# .Eutychi Auguſtini Nyphi philo-
# thei Sueſſani commentatio-
# nes in Librũ de ſubſtãtia
# Orbis ad illuſtrẽ pri-
# cipẽ Salerni Ro
# bertum ſecun
# dum San
# ſeueri
# niũ.

¶ Auguſtini Nyphi philoſophi Sueſſani cōmētationes in librū de ſubſtantia orbis Auer
rois ad illuſtrem Salerni principem Robertum ſecundum Sanxeuerinium.

¶ Praefatio.

Dolebam Illuſtris princeps, his diebus tempeſtati noſtrae non parum: Nec
iniuria quippe. nam pauci in ea mecoenates: Multoqȝ minus ſtudioſi ſpecta
bantur principes: qui artes, atqȝ ingenia alere potuiſſent: inſitam profecto nō
modo principum propenſionem ad tyrannidem atqȝ rapinam cernebā: Sed
omnium hominum fere (quod inauditum eſt) hac tempeſtate viuentium ad
vniuerſa malorum genera inſtinctum. Reminiſcebar tēporum iamiam prae-
teritorum: quibus nullus vnq̄ ſtudioſorum claruiſſe viſus eſt: quin ſuo potitus eſſet me-
coenate: inſuper proximorum temporum ſubmemineram: quibus magnanimi duces mū
di regiones fere omnes coilluſtrarunt: Lyſias galliam: Alphonſus appuliā: hyberiaȝ vni
uerſamqȝ fere Italiam: Matthias vngariam: Franciſcus ſforzia Lombardiā: Coſmes
atqȝ Laurentius Medices Tuſciam. Nicolaus pontifex latium atqȝ Mundum vni-
uerſum: coeteri quoqȝ coeteras. Hi nāqȝ artes, virtutes, ingenia, adeo fouerunt: vt ab ijs
ad nos nulli aut pauci floruerit artifices. Nā honos alit artes. Mecoenates viros aedūt.
Sint enim Mecoenates non deerunt flacci, marones: quibus e rebus non parum tempe
ſtati miſerendum eſſe arbitrabar. Uerum cum aut diuina prouidentia conſultāte, aut coe-
lico fato compellente: aut humana fortuna inſtigante preſenti anno datum ſit vt Saler-
num petierim, bonas artes profeſſurus: Te hic quaſi nouum Mecoenatem conclamatu
omnium audiui: quod ⁊ ſi nec aetati: nec tempeſtati congruat: Tuae proſapiae peculiare
eſt: ⁊ non ſine diuina prouidentia inſtitutum: ſi quidē nunq̄ natura ſuo deſit ſemini, itaqȝ
quaſi pacatus, ⁊ tibi, ⁊ aliqua ex parte tempeſtati: cui ſeminarium virtutum poenitus nō
deeſſe video, congratulor. Cupiēs igitur te viſitare, atqȝ tibi cliens fieri, accedere ad te no-
lui (quemadmodum nec ad perſaruȝ reges licebat) manibus vacuis. Elucubrationes er-
go has meas: quas ijs diebus in Auerrois de ſubſtantia orbis meditatus ſum, accipe: ijs
te viſito: has tibi dedico. Nam coelo digno coeleſtia dicanda ſunt. Uale.

**℄ Auguſtini Nyphi cõmentationes in librũ Auerrois de ſubſtantia orbis primũ.**

In hoc tractatu intẽdimus perſcrutari de reb⁹: ex quibus componitur corpus celeſte. determinatum eſt.n. corpus celeſte componi ex duabus naturis: ſicut generabilia ꝛ corruptibilia corpora.

Cto in librorꝫ prohemijs expoſitores facẽ ſolẽt: vt Auer. ipſe ait: verꝫ qꝛ vtilitas huius libri eſt talis: q̃lis generatiz eſt totius phię: ſpãtiz tãta quãta illa libri cęli: cui⁹ hic liber adminiculus eſt. Itẽ ordo huius eſt talis: q̃lis ille qui de cęlo. diuiſio quoqꝫ ex ſectione capl'orꝫ pꝫ. ꝓportio ẽt ꝯſtat. Uia doctrinę eſt ea quę libri cęli: hęc itaqꝫ ṗtermittẽs. Intẽtionẽ libri pñtis aggredit̃: ꝛ i fine capituli ṗmi libri iſcriptionẽ addit. Nomẽ auctoris: ꝛ quos alios in expõne hui⁹ ſectariuolum⁹: adijcim⁹ nos. Eſt ãt auctor Auerroes dogmate maumetanus: idiomate arabs: gñe maurus: ſpẽ Hiſpan⁹: pñia cordubẽſis: fuit aũt anno a ṗdicatiõe maumeti. ccccc. ꝯuerſatus eſt cũ regibus: vt cũ rege maroches: ꝛ alijs. hic multa ex gręcis fragmenta collegit: ꝛ Arꝫ. ṽba expoſuit: habuitqꝫ ſingulũ ṽbũ intantũ ꝙ ſibi plus q̃ꝫ dęmoni credidit. Et qm̃ gręcos nos latini non habebam⁹. iniſi ſum⁹ in h̾ hoie: ꝓꝑ fragmẽta gręcorꝫ: q̃ collegit. Hũc librꝫ expoſitũ nõ iueni niſi a Joãne gandauẽſi: q huic adeo adheſit: vt ꝓꝑ ṽba ſimplicia h⁹oẽs religiões ſpreuerit. Siqd itaqꝫ boni inuenim⁹ in eo: ſectabimur: ſiqd errati: ꝯfutabimus pace ſꝑ ſua ṗmiſſa. Reuerẽdus ẽt me⁹ ṗceptor multa fragm̃ta in expõne hui⁹ collegit: quę (vbi bona videbunt̃) acceptabim⁹: vbi erronea: ꝯfutare nõ ambigã: iuxta illð Arꝫ. duob⁹ exñtibus amicis: ſcm̃ eſt ṗhonorare ṽitatẽ: colligã a diuerſis gręcis ꝛ latinis ea q̃ videbunt̃ ꝑ expõne lr̃ę: vt ab Alexãdro. Themiſto. Simplicio: ꝛ alijs: potiſſimũ a Themiſtio: quẽ Auerroes i toto ſectat⁹ eſt: vĩ.n. Auer. themiſti⁹ expãſus. Ille.n. paraphraſtice ṽba Arꝫ. enodanit: Auerroes aũt cõmentãdo: atqꝫ ampliãdo. Parcat aũt mihi. ꝑ qꝛ Auerroẽ in ꝓṗo idiomate nõ legi: idcirco ſcio me fore erraturꝫ m'ltis in locis: quę in ſuo idiomate puto eẽ ꝑ ſe nota. Scðo ꝙ iuuẽtute ductus multa minus pẽſiculate: minuſqꝫ mature ex igenij iuuenilis prõptitudine ſcio me dicturꝫ: potiſſimũ quũ fere q̃ter in h̾ ſcripſeriz: ꝛ milies legeriz. ℄ Ad rẽ itaqꝫ ꝯdeſcẽdendo Auerroes ṗtermittẽs illa octo: itẽtionẽ eorꝫ quę dicturus eſt accepit: ꝛ hãc tanq̃ꝫ ꝓhęmiũ. Deinde exeq̃t. Inqt igit̃. [In hoc tractatu intẽdim⁹ ꝑſcrutari de rebus: ex qbus cõponit̃ corpus cęleſte.] eſt igit̃ itẽtio ſua tractare de reb⁹: h̾ eſt ex partibus cęli. Sunt ãt qõnes quatuor. vꝫ. an res ſit: quid res ſit: q̃lis res ſit: ꝓꝑ qd q̃ꝫ res talis ſit: terminatur⁹ itaqꝫ de cęli ꝑtibus has quatuor qõnes: ꝑ ſoluẽs qõnẽ an res ſit: declarat cęluꝫ hr̃e ꝑtes. vt inde de partibus poſſit cęteras qõnes abſoluere. ꝓpterea addit. [Declaratũ ẽ.n. corp⁹ cęleſte cõponi ex duab⁹ nãis: ſicut gñalia ꝛ corruptibilia corpa.] qbus in ṽbis hꝫ cęluꝫ hr̃e ꝑtes. 2° ipſuꝫ habere ꝑtes vt cõpoſita gñabilia: ꝓꝑ qð ꝑtes gñales erũt vt regulę ꝑ inueſtigatione partiũ cęli: nã per cõuenientiam ꝛ differentiã earꝫ cũ his: de ꝑtibus illis ꝑtractabit: res enim difficiles itelligi nõ pñt: niſi per ſimilitudinẽ: ꝛ qd nõ ſunt. vt. 12. meta. cõmẽ. 39. hĩ. Enitemur q̃cũqꝫ Auerroes hic dicet: eẽ dicta Arꝫ. vel ex his ſeq demr̃are.

℄ Sed tamen in iſtis eſt declaratum has duas naturas eſſe per generationẽ ꝛ corruptionẽ in eis inuẽtas in celeſtibus aũt per motuꝫ localem: qꝛ enim declaratum eſt hec corpora moueri ex ſe: ꝛ in loco eſſe: amplius auteꝫ illud qð mouet̃ ex ſe componitur ex duabus naturis videlicet recipiẽte: ꝛ agẽte. qm̃ quũ declaratum eſt omne motum habere motorem. Amplius aliquid motuꝫ eſſe ꝛ mouẽs in eodem impoſſibile eſſe: quum hoc inquaꝫ ſit declaratum eſt corpora celeſtia componi ex duabus naturis.

℄ Accepit cęluꝫ habere ꝑtes. ꝛ gñabilia hr̃e ꝑtes: docet nũc qũo vijs differẽtibus hęc duo ſint accepta ab Arꝫ. gñabilia hęc inferiora hr̃e partes. ſcitũ eſt ex motu generationis ꝛ corruptiõis. cęlũ hr̃e ꝑtes. ſcitur ex motu locali. ṗma via ſic cõponit̃ apud Arꝫ. oẽ gñabile ꝛ corruptibile hꝫ ꝑtes natura differẽtes: hęc corpora iferiora generãt̃ ꝛ corrũpunt̃. igit̃ hęc corpora hñt ꝑtes natura differẽs. *Demõſtratio ꝙ generabilia hñt partes.* ℄ Scða via ſic ſyllogiȥat̃. omne qð mouet̃ ex ſe ꝛ eſt in loco cõponit̃ ex duabus naturis: agẽte ꝛ recipiẽte. Cęleſtia corpora mouent̃ ex ſe: ꝛ ſunt in loco. igit̃ cõponunt̃ ex duabus illis naturis. ꝓbat̃ maior. *Qꝛ cęlum habeat partes.* Tum ṗmo. qꝛ omne motũ ex ſe hꝫ motorẽ aliuꝫ a moto. Tum ſecũdo: qꝛ nõ eſt poſſibile idẽ eſſe mouẽs ꝛ motũ. Ex his ꝯcludit̃ cęluꝫ cõponi ex duabus ijs naturis. Auerroes ꝑ ponit ṗmã viam. Scðo ibi [Qꝛ.n.] tangit ſcðam viã. ṗmo ponẽs minorẽ. ſcðo maiorẽ. 3° tangẽs ꝓbationẽ maioris. vltimo ꝯnem. ꝛ ṽba patet. Et in hoc pꝫ error expõnis Joãnis: ipſe.n. credit Auerroem tãgere duas rõnes ad ꝓbandũ cęlum cõponi: et deſignauit. Secũdaꝫ ibi [Amplius aũt.] ꝛ nõ eſt ita: qꝛ hęc eſt ſecũda ꝓbatio maioris: vt pꝫ. Sed in his eſt ṗmo dubitatio circa ṗmã viã. Scðo circa ſcðam. *Dubitatiões Joannis. poſitio.* Joannes voluit cõpõneꝫ generabiliũ eſſe adinuẽtaꝫ dupl'r: ex ꝑte qdẽ formę: ꝓꝑ opõneꝫ: vt. 8. metaphy. cõmẽ. 12. operatio fecit ſcire formã. ex ꝑte ṽo materię. ꝓꝑ generationẽ ꝛ corruptionẽ. Nã quũ gñatio ſit tranſitus de forma in formã. nec poſſit fieri hoc niſi aliqd ſubijciatur. igitur erit mã quaſi ſubm̃ omniũ formarum. Sed hęc expoſitio eſt ꝯtra textũ ꝛ cõtra rõnem. *Contra Joãnem.* ꝯtra textũ quidem inquit enim [Sꝫ tñ in iſtis eſt declaratũ has duas naturas eſſe per gñationem ꝛ corruptionẽ in eis inuentas:] ecce qũo dicit has duas naturas eſſe [inuẽtas per gñationem ꝛ corruptionẽ.] hę aũt duę naturę mã ſunt ꝛ forma. quare vtraqꝫ per gñationeꝫ inuenit̃. ꝯtra rõnem ṽo: qꝛ correlatiua vnica via inueniunt̃. vt tradit̃ in pñtis. for^a ꝛ mã correlatiua ſunt: vt. 2. phicę auſcultatiõis cõmẽ. 26. quare vna via ꝓhibent̃. Aiaduertendũ itaqꝫ ꝙ forma põt dupl'r ꝯſiderari. vno mõ reſpectu materię: ꝛ ſic eſt ꝯſideratio nãlis. ꝛ inuenit̃ ꝑ gñationeꝫ vt materia. alio mõ ꝓut ẽ vnũ entiũ ꝛ act⁹: ꝛ ſic eſt ꝯſideratio metaphyſica: ꝛ hac rõne fortaſſis ꝑ *Forma quot modis conſideratur.*

oppoſitionē declarat̄ qualis ē: ⁊ quę ⁊ quicqd fit.in.8. metaphy.verbū illud quod Joānes ait. vz. ꝙ oppoſitio fecit ſcire formā.in cōmen.illo.12.⁊ alibi nō iueni.

Demſo Ar.

¶ Conſiderādo igit̄ mām ⁊ formā: vt correlatiua per gn̄ationez Ariſtoteles inuenit duabus ꝓpoſitionibus. p̄ma.oē qđ fit ſm quicꝫ fuit: ⁊ ſm quicꝫ fit. Scđa.oē qđ fit: fit ex ſuo ꝯtrario. has accepit Ariſtotiles.8.⁊.12. metaphyſicę: ⁊ p̄mo auſcultationis phyſicę: ⁊ alibi: et Auerroes declarauit illas.8.phyſicę auſcultatiōis cōmen.4.⁊ p̄mo cęli cōmē.24.⁊ in cōmē.textus.52.p̄mi phyſicę auſcultatiōis: ⁊.8.metaphy.cōmē.textus.4.⁊ 12.metaphyſicę.cōmē.6.ex p̄ma ꝓpoſitiōe ſyllogiçat̄ ſic.oē qđ ſm qcꝫ fit: ſm quicꝫ pręſupponit̄ cōponit̄ ex duabꝰ naturis.ſed omne qđ fit: ſm quicꝫ fuit ⁊ ſm quicꝫ fit: igit̄ componit̄ ex duabus naturis: ⁊ hęc eſt p̄ma. Secūda ſic ſyllogiçat̄.omne qđ fit ex ſuo cōtrario: ex duabus naturis fit: omne qđ generat̄: generatur ex ꝯtrario: quare ex duabus naturis. Hāc viam tangit Auerroes infra.nūc vō ſit accepta intātū ⁊ per hęc tollit̄ ꝯdictio in dictis Auerrois.

Soluit̄ contradictio.

¶ Ipſe eni accipit p̄mo cęli.cōmē.20.⁊.9.metaphyſicę.cōmēto.7.ꝙ oppoſitio declarat eſſentiā ⁊ materię ⁊ formę: cuius ſignuꝫ affert ꝙ res potioris actionis vel oꝑationis collocant̄ in potiori ordine.12.metaphyſicę cōmēto.44.⁊.2.cęli cōmēto.62.⁊ ita vult per oppoſitionē declarari materiā ⁊ formā.hic vō ait eas eſſe inuētas per gn̄ationē.poteſt dici p̄mo ꝙ generatio ⁊ corruptio ſunt oꝑationes materię.p̄mo cęli cōmēto.20.vt inciſio gladij.vel pōt dici 2° ꝙ loquit̄ de his vt ꝯſiderant̄ in metaphyſica: hoc eſt vt ſūt ꝑtes entis in eo ꝙ ens: nō in eo ꝙ ens gn̄ale.

Poſitio Empedocl'. de cęli loco.

¶ Aiaduertendū.3.ꝙ Empedocles ⁊ alij plurimi voluere cęluz non habere partes: ex quibus cōponit̄: ſed eſſe ſimplex: ⁊ hoc qꝛ nō eſt in loco: compoſitū enim dicebant: debet moueri ⁊ eſſe in loco.ꝓpter hęc addit cęlū ex ſe moueri: ⁊ eſſe in loco per ſe vt diſputat.4.phyſicę auſcultatiōis.cōmēto.43.

Nō p̄ma libri vtrū idē poſſit ſe mouere.

¶ Sꝫ circa hęc q̄runt vtrū idem ſimplex ſm idem poſſit ex ſe moueri h̄ eſt excluſa cōpoſitione. ¶ Arguit̄ ꝙ ſic.4.cęli cōmē.22.⁊.4.cęli cōmēto.28. Scđo.9.metaphyſicę cōmē.16.eſt aliqua actio imanēs.igit̄ idē eſt agens ⁊ motū. Tertio nam eſt p̄nm motus eiꝰ in quo eſt.2.phycę auſcultationis cōmēto.3.conſtat aūt p̄nm per excellentiā intelligi pro effectiuo p̄mo phyſicę auſcultationis cōmē.primo ⁊.12.metaphyſicę cōmēto.23.⁊.5.metaphy.cōmen.4.⁊ alibi. igitur idē mouet ſe. Quarto.intellectus mālis intelligit ſe.3.de anima cōmētis.7.⁊.15. Quinto.8.auſcultationis phyſicę cōmēto.40. aliquid mouere ſe ſꝫ qđ mouet̄ vniuoce eſt impoſſe.ſed ęquiuoce fieri pōt. Sexto Auer.ſcđo phyſicę auſcul.cōmē.p̄mo.4.cęli cōmento.24.⁊.8.auſcul.phyſicę cōmētis.20.⁊.60.⁊ Ar. in de cauſa motuū animaliū.volunt ꝙ idez alterare ſe eſt impoſſibile: ſed idē mouere ſe in loco fieri pōt. vltimo aqua calefacta ifrigidat ſe: vt dicit Auic. ¶ In oppoſitū ⁊ pro ꝯtraria parte eſt Ariſtoteles p̄mo de generatione: vbi dicit ꝙ idē ⁊ oīno ſimile non poteſt agere in ſe: qꝛ tunc vt dicit Auerroes ibi cōmē.48. idē ⁊ ſm idez ageret in ſe.⁊ ſi ſic: tūc nihil eſſet impoſſibile: ⁊ cōmēto.73.dicūt omne motū diuidi in partes duas ſaltē itemqꝫ Auerroes.3.de aīa cōmento.4.⁊.5.19.⁊.30.contra Auempacen.

Platonis poſitio.

¶ In iſto q̄ſito Plato vbiqꝫ idē ſimplex mouere ſe ꝯtēdit.imo in hoc: ſimplex ait a cōpoſito differre. Nam ſimplex eſt ſeipſum mouens.cōpoſitū vō per alterꝫ ſe mouet: ꝓpter quod vult deū eſſe numerū ſeſe mouētez. animā etiā numerꝫ ſeip̄m mouentem.

Cōtra Pla.

¶ Contra hanc opinionem arguunt Ariſtoteles ⁊ Auerroes.qꝛ tunc idem eſſet mouens ⁊ motuz. quod Joānes ait pro tanto eſſe incōueniens: qꝛ tunc idē eſſꝫ in actu ⁊ in potētia: ⁊ hoc eſt impoſſibile. qꝛ actus ⁊ potentia ſunt differentię valde oppoſitę. p̄mo de anima cōmento.6.

Joannis deductio.

Cōtra Joan.

¶ Sed hęc deductio pace ſua nulla: p̄mo qꝛ actus ⁊ potētia nō ſunt valde oppoſita niſi relatiue: vt.9.metaphyſicę cōmēto.11.modo idem pōt eſſe relatiuū ad ſe.5.metaphyſicę: quare idez poſſet ſe mouere. ¶ Scđo Auerroes.8.phyſicę aucultatiōis cōmē.40. idem eſſe in actu ⁊ in potētia ęquiuoce cōcedit: qđ alij intelligunt idem eſſe in actu v̄tuali: ⁊ potētia formali. q̄re actus ⁊ potētia nō ſunt valde oppoſitę. ¶ Tertio ipſemet.8.phyſicę auſcultationis tenet idem poſſe ſe mouere: vt forma grauis mouet: ⁊ mouet̄: ⁊ tn̄ idē eſt ī potētia ⁊ actu.

Poſitio ſubtiliū doctoꝝ.

¶ Quidā latini ⁊ acuti tenēt etiam ad mentē Ariſtotel' tria.p̄muz ꝙ aliqd poteſt agere in ſe. Et vtunt̄ rōne quadā: quā vocant Achillem ſic.actiuū ⁊ paſſiuū ſunt relatiua adequata.igit̄ omne actiuū pōt in omne paſſiuū: ⁊ oē paſſiuū pōt pati ab omni actiuo. Sed a.eſt agens ad b.⁊ patiens ab f. igit̄ pōt agere in ſe. Dicūt ſcđo ꝙ nihil pōt ſe mouere cauſando formā ſubſtātialē.hoc eſt nihil pōt ſe generare.ꝓbāt.qꝛ nihil imꝑfectius pōt cauſare perfectius. Tertio dicūt nihil poteſt agere in ſe actione vniuoca: ꝓbant.qꝛ tunc duo indiuidua abſoluta eiuſdē ſpeciei poſſent eſſe ſimul in eodē. Ex ijs inferūt p̄mo generatim idem poſſe agere in ſe: ⁊ alterare ſe.nam q̄titas ⁊ qualitas ſunt effectus ſpecie diſtincti a forma.igit̄ a forma poſſunt cāri tāqꝫ ab agente equiuoco.

De ſubō ⁊ ꝓpria paſſiōe.

¶ Speciatim dicūt ſubiectū poſſe cauſare in ſe ꝓpriā paſſionē.qꝛ ęquiuoce ſe habent.⁊ hoc ꝯfirmant: qꝛ potentia mere paſſiua eſt ꝯtradictionis: ſubiectū reſpectu ſuę paſſiōis nō eſt ꝯtradictiōis: igit̄ nō eſt mere paſſiua: ⁊ per ꝯn̄s eſt actiua aliquantulum. Scđo ſpeciatim dicunt ꝙ tam grauia ⁊ leuia: qꝫ animalia mouent ſe ad vbi naturale ablato omni impediēte. Tertio ꝙ aqua calefacta ifrigidiat ſe: ⁊ ſemē aīatum alterat ſe. Et hoc qꝛ in oībus his agens ⁊ actio ęquoce ſe hn̄t.

Impugnatio.

¶ Sed ꝯtra hoc p̄mo declarabimꝰ hęc eſſe ꝯtra Ariſtotel'.ex Auerroem. Scđo ꝙ ſunt ſimpl'r errata. ¶ Quantū ad p̄mū.de mēte Ariſtotel'.dicēduz p̄mo nihil ſeip̄m generare.vn̄.2.de anima inquit. Generat aūt nihil ipſum ſeip̄m: ſed ſaluat. Ubi Auerroes cōmēto.47.inq̄t.⁊ generare eſt generare alterꝫ: non ſe: impoſſibile enim eſt vt aliqd generet ſe. Ad hoc eſt rō Auerrois demoſtratiua in metaphyſica. vz. generans eſt: qđ generat̄ non eſt.quare ſi aliquid ſe generet: idez ſimpliciter eſſet: ⁊ non eſſet: qđ nemo cōceſſit.ſimiliter nihil per ſe corrūpit ſe: nam corrūpens eſt. corruptum non eſt: quare idem eſſet: ⁊ non eſſet: per accidens autē nihil ꝓhibet idē corrūpere ſe.eo ꝙ minus ad deſtruenduz requirit̄.nihil aūt generat ſe etiā neqꝫ per accn̄s. qꝛ ſiue per ſe: ſiue per accidens omne generās ꝓſupponit̄ eſſe. Hāc etiā aduerſarij ꝯcedunt. ¶ Dico ſcđo ꝙ nihil alterat ſe.vel auget ſe: actu intellige alteratiōe et auctione corruptiuis.hāc Auerroes ponit ſimul cuz p̄° 4.cęli cōmento.24.⁊.2. phyſicę auſcultationis commen.p̄mo. Et Ariſtotel'.in libro de cā motuū aīaliuz.⁊ Auerroes ꝓbat hāc. Nihil per ſe generat ſe: qđ auget̄ generat̄.nam augmētatio eſt quedam aggeneratio: vt declarat p̄mo de generatiōe.cōmē.38.igit̄ nihil auget ſe. Simil'r ⁊ de alteratione arguit.nihil eſt aptū natum generare ſe.omne alterans ſe eſt aptū natuz generare ſe.nā alteratio eſt ꝓpter gn̄ationem tanqꝫ ꝓpter finē. eſt enim generatio finis alterationis: potens autem in finē: poteſt ⁊ in omne mediū ad finem: ⁊ ecōtra potēs

in oīa

in omnia media: poteſt ⁊ in finem. 7. metaphyſicę. commento. 31. quare ſi aliquid poteſt ſe alterare alteratiõe corruptiua: idem poſſet per ſe generare ⁊ corrumpere. De motu locali: poſtea dicemus. ¶ Tũc ſpeciatim ſequitur. Primo ꝙ ſubiectuꝫ non eſt cauſa effectiua ſuę paſſionis: vt in ignis non eſt cauſa effectiua caloris: nec aqua humoris. p̃mo quia tunc idem alteraret ſe. cõtra iam dicta. ¶ Scđo: quia. 8. phyſicę auſcultationis. cõmento. 4. agens dans formam: dat accidentia per ſe: quę conſequuntur illam formam mediãte forma. igit̃ ſi forma daret accidentia per ſe: daret illud mediante quo inſunt ſubiecto: ⁊ ſic daret formaꝫ. De grauibus ⁊ leuibus quomõ mouent ſe: nunc omittimus. ¶ Sed de aqua calefacta dicimus. Scđo ꝙ ipſa non reducit ſe apud Auerroem: quia. 2. de anima. commento. 115. ipſa in ſui ſubſtantia non poteſt alterare. ſed in vaporibus quibuſdam: qui continentur in illa: illi enim calefiunt: qui poſtea a continente medio: vna cũ aquę aptitudine expellũtur. Ubi võ ſubſtantia aquę eſſet remiſſa: ⁊ frigus etiam: vt tenet Auerroes. 3. cęli commento 67. tunc ſi aqua reduceret ſe: generaret ſe: quia non poteſt reducere ſe: niſi generet partes ſubſtantię remiſſę. Ex ijs facile poteſt ſolui ad captiunculas illorum.

*Utrũ ſubꝫ cã ſit ſue proprie paſſionis.*

*De reductiõe aquę calefactę.*

¶ Ad primum dicendum aliquod eſſe verum in genere: quod eſt falſum in ſpecie. 7. phyſicę auſcultationis. cõmento. 2. vnde. 5. metaphyſicę. viſus repugnat talpe in ſpecie: non autem in genere. Nam aliter homo cecus viſu priuari dicitur: ⁊ aliter talpa. hoc quidẽ ſm genus. illud võ ſm ſe. Et hoc exponit Auerroes ibi cõmento. 27. Sic in propoſito ſm rationem generis omne actiuum poteſt agere in ſe: propter rationem tactam. Tamen in ſpecie eſt falſa de generatione: de alteratione: ⁊ de augmentatione. vnde alterãs poteſt inquantum agens alterare ſe inquantum patiens: non tamen alterans inquantũ alterans. ¶ Ad rationes alias concedantur illę quę faciunt pro nobis: verum ad eas contra nos dicendum. ¶ Et ad primam. ꝙ lꝫ qualitas ⁊ quantitas ſint effectus ęquiuoci: tamẽ ab alio eſt incompoſibilitas: in alteratione quidem: quia diſponit ad generationem ⁊ corruptionem. In augmentatione võ: quia augmentatio eſt quedam aggeneratio. ¶ Ad aliud dicendum. ꝙ ſubiectuꝫ reſpectu paſſionis eſt potentia pure paſſiua: ſed non omnis eſt cõtradictionis: ſed tranſmutabilis. vt dicitur. 9. metaphyſicę. cõmento. 17. ſubiectum enim poteſt recipere propriaꝫ paſſionem ſm potentiam ad dimidium contingentis: ⁊ non ad vtrunqꝫ. cęlum etiam recipit intelligentiam: ſed nõ per potentiam ad vtrũqꝫ: ſed ſm dimidiuꝫ: propterea dicitur ſubiectum. 8. metaphyſicę. cõmento. 12. de cęteris patet: quid ſit dicendum. ¶ Sed tota difficultas eſt de reductione aquę. Nam calculatores dicũt aquaꝫ reduci non quidem ab extrinſeco: ſed ab intrinſeco ſiue a forma: ſiue a qualitate virtuali. ¶ Primo: qꝛ ſi a continente reduceretur: tunc a proportione minoris inęqualitatis proueniret actio: vt quãdo eſſet inducta maior frigiditas ꝙ̃ꝫ habeat continẽs. Scđo aliqua gutta addita infrigidat: vt patet in olla bulliente: igitur non medium: ⁊ ita poteſt idem alterare ſe. Tertio tũc a ſimilibus in forma ⁊ gradu proueniret actio: vt quãdo aqua erit ita frigida in gradu ⁊ forma: vt aer circũſtans. Quarto tunc actio non eſſet merito contrarietatis: vt quando aer eſſet ita frigidus ſicut aqua. Quinto habitibus pręſentibus in materia ceſſat actio: igitur cum aer infrigidauit aquam vt ipſe eſt: ceſſabit actio. ¶ Animaduertẽduꝫ itaqꝫ de mente Auerrois ⁊ aliorum: ꝙ aqua poteſt dupliciter alterari ad calorem: vel quantum ad vapores contentos in ea: ipſa aquę ſubſtantia exiſtente perfecta: vel quantum ad ſubſtantiã: quãdo videlꝫ ipſa eſſet remiſſa in frigiditate propria: tunc enim vt remittitur in qualitatibꝰ proprijs: ⁊ ſubſtantia remittetur. 3. cęli cõmento. 67. Si p̃mo modo: medium ⁊ aquę aptitudo conſtituunt vnum agens a proportione maioris inęqualitatis. nam licꝫ aer per ſe non eſſet agens maius: tamen cum illa aptitudine redditur maius. Si ſecundo modo: medium ⁊ aptitudo aquę remiſſę ꝯſtituũt ſimiliter agens maius. ¶ Tũc ad p̃muꝫ dicendũ. ꝙ aer ita calidus ſicut aqua cũ aptitudine conſtituũt vnũ agens totale ꝓportionis maioris inęqualitatis: ⁊ ſic negatur ꝯſequentia. ¶ Ad ſcđꝫ dicendũ guttam illã addere aptitudini: ⁊ per ꝯſequẽs facit agens proportionis maioris inęqualitatis. mediũ enim cũ illa gutta agunt: ſed mediuꝫ actiue: illa diſpoſitiue. ¶ Ad tertium dicendũ. ꝙ mediũ erit ſimile in gradu ⁊ forma: ſed ꝓpter aptitudinẽ paſſi eſt diſſimile in potẽtia. ¶ Et per idẽ ad quartũ: eſt enim diſſimilitudo ꝓpter potentiaꝫ. ¶ Et per idem ad quintũ: nõ enim habitus ſunt pñtes in materia ſꝫ formã gradũ ⁊ potẽtiam: ⁊ ꝓpterea adhuc perdurat actio vt fiat aſſimilatio etiam in potẽtijs. Et hęc eſt mens Ariſtotel'. et Auerrois. Hęc de mente Ariſtotel'. ¶ Quantũ ad 2^m vꝫ. qd ſit dicendũ ſimpl'r: accipiendum p̃mo de mente Ariſtotel'. ⁊ Auerrois p̃mo de anima. cõmẽto. 37. ꝙ dupliciter mouet̃ omne: aut ſm alterũ: aut ſm ſeipſum. ſm alterũ quidẽ: vt nauta: qui mouet̃ ad motũ nauis. ſm ſeip̃m võ: quod per ſui naturã mouetur. Et faciunt quidã vim in verbis. Nam grauia dicunt moueri per ſe: non tñ ex ſe: nam per ſe eſt ęquale cauſę per ſe mouentur pro quanto a forma mouent̃: ꝙ̃ꝫ motum habent ab alio. Non aũt ex ſe: quũ nũqꝫ̃ inciperent moueri: niſi remoueret̃ prohibens. ¶ Ego võ in verbis nullã faciens vim: ſubdiſtinguo moueri ſm ſeipſum: qꝛ vel eſt priuatiue: vel poſitiue. illud enim mouet̃ ſm ſeip̃m priuatiue quod mouet̃: ⁊ nõ incipit moueri: vel deſinit moueri alio ꝯcurrente: vt animalia: ⁊ cęluꝫ. Illud võ mouet̃ ſm ſeipſuꝫ poſitiue: qđ remotis impedimentis hꝫ p̃ncipiũ vnde motus: ⁊ vnde quietis: vt grauia ⁊ leuia. ¶ Et ꝓpterea Auerroes varius inuenitur in q̃õne de motu grauiũ ⁊ leuium: nõ ꝓpterea: qꝛ ſibi ipſi cõtradicat: vt quidẽ ignari credidere: ſed propter ęquiuocationẽ verbi per ſe. Naꝫ quãdoqꝫ vult ea moueri ab alio: quãdoqꝫ per ſe: qđ rõne diuerſa veruꝫ eſt: vt alibi diximus. ¶ Moueri etiam ſm alterũ codeꝫ cõmẽto ſubdiſtinguit Auerroes: nã quoddã mouetur per accidens: qđ poteſt per ſe moueri: vt nauta ad motum nauis: qui ſeorſum per ſe moueri põt. Quoddam võ: qđ per ſe minime moueri poteſt: vt albedo: quę mouetur ad motũ corporis albi: quę ſeorſum moueri non poteſt. ¶ Jis acceptis accipiendũ ſecũdo nullũ indiuiſibile per ſe poſſe moueri: vt neqꝫ animaꝫ: neqꝫ deum: neqꝫ aliud tale. Hanc Ariſto. eodem de anima p̃mo. ⁊ Auerroes declarat pluribus cõmẽtis: vt c. 38. incipiũt: qꝛ vel motu alterationis: vel augmenti ſiue decrementi: aut gñatione aut motu in locũ: ⁊ hoc vel ſm vnum horum: vel plures hoꝝ: ꝙ non motu in locum deducit. nã ſi non mouetur ſm accidens: natura inerit ſibi motus: vbi motus ineſt ſibi natura: ⁊ locus etiã inerit ſibi natura. ¶ Nam locus eſt finis motus: ⁊ cuicũqꝫ ineſt mediũ in finẽ ineſt ⁊ finis. ⁊ ſic erit corpus. Amplius ſi indiuiſibile natura mouetur. ⁊ violentia etiam mouebit̃. ſimil'r ⁊ de quiete. quieſcet enim alicubi violẽter.

*Solões rõnum aduerſariorum.*

*Nõ de reductione aquę.*

*Prima põ.*

*Põ Auer.*

*Dẽ qđ mouetur: dupl'r moueretur.*

*Per ſe ⁊ ex ſe differũt.*

*Primus modus loquẽdi.*

*Vñ Auer. varius de motu elemẽtoꝝ.*

*Moueri ſm alterum multiplex.*

*Nullũ indiuiſibile ꝑ ſe mouetur.*

alicubi naturaliter. Hoc aũt fieri nequit. nulla enim quies ineſt violenter animę. ¶ Rurſus vel a medio: vel ad mediũ vel circa mediũ. Ubi a medio erit ignis: vbi ad mediũ erit terra. Ubi circa mediũ erit cęlum. Eadem aũt ratio eſt ꝛ de medijs corporibus. Multę alię rõnes poſſunt colligi ex Auerroe in cõmẽtis illorum textuũ: quas nũc omittimus. ¶ Et in his perſpicuũ eſt: ꝙ erronee quidã dixere Ariſtotel. demonſtrationibus non repugnare indiuiſibile poſſe moueri. hi enim deſtruũt totũ phyſicę auſcultationis 7^m ꝛ totum 8^m precipuã partẽ primi de anima libri. Et omitto demonſtrationes ſexti: quas oẽs ſophiſticas reddũt. Uerũ q2 res hęc eget diligẽtiori tractatu: nunc omittitur.

Errata recentiorum.

Qua e re colligit tertiũ: ꝙ omne motũ ſiue per ſe ſiue ex ſe: ſiue ẜm ſe priuatiue: ſiue poſitiue ſit cõpoſitũ ex duabus partib⁹: quaꝝ altera ſit forma. vel vt a forma: altera materia: vel vt materia. Ut vo iſtud tertiuꝫ intelligatur.

Oẽ motuꝫ eſt cõpoſitum.

¶ Animaduertẽduꝫ Materiã eſſe bifariã apud Ariſto. in perihermenias: eſt enim materia ęquale ipſi contingẽti: contingẽs aũt duplex eſt. Alteruꝫ ad vtrũqꝫ: vt qđ eſt ad vtrũqꝫ: vt hoiem ambulare. homo enim dũ ambulat: põt non ambulare: ꝛ dũ non ambulat: põt ambulare. Alterum ẜm dimidium. vt cygum eſſe albũ: poteſt enim eſſe albus. Sed nõ duꝫ eſt alb⁹: eſſe nõ albũ. quare ꝛ materia eſt in potẽtia dupliciter. vt ẜm vtrũqꝫ: vt materia rerũ generabiliũ ꝛ corruptibilium. ꝛ ẜm dimidiũ vt materia cęli. Cęlũ.n. compoſitũ eſt ex parte quę eſt forma: vt ex intelligẽtia. Et ex parte quę eſt materia: vt ex orbe. qui materia eſt intelligentię: nõ quidem ẜm vtrũqꝫ. Sed ẜm dimidiũ contingentis: hoc eſt ad eſſe tm̃. Quare duplex materia eſt: vna quidem ad vtrũqꝫ potẽtia. altera ẜm dimidiũ.

Materia bifariam. Contingẽs duplex.

¶ Prima dicit̃ particulatim: ſignatimqꝫ receptiua: argumẽto ꝙ recipit mediãtibus dimẽſionibus: ꝛ q̃litatibus. In tẽpore certo: rõne ſignata: diſpoſitione terminata: ab agente demonſtrato atqꝫ particulari. ꝓpter quod Auerroes materiã hanc vbiqꝫ trãſmutabilẽ vocitat. oĩs corruptionis cãm: ꝛ principium contingentię ac potẽtialitatis fundamẽtuꝫ: ꝛ rõnem.

Materia potentia ad vtrũqꝫ qualis.

¶ Scđa materia generatim receptiua eſt: q2 nec mediãtib⁹ dimenſionibus: nec qualitatibus nec in tempore certo: nec ratione deſignata: nec diſpoſitiõe terminata: nec ab agẽte demõſtrato: atqꝫ particulari: recipit omne quod recipit.

Mã potẽtia ẜm dimidiuꝫ qualis.

¶ Quo fit: vt hę ambę materię vno mõ ſint eiuſdem rõnis. Alio mõ alterius rõnis. In rõne quideꝫ potentię ꝯueniunt. ꝛ quaſi eiuſdẽ ſpeciei potentię metaphyſicę ſunt: q̃ tñ differunt in ratione potẽtię phyſicę.

Qualr eiuſdem ratiõis hę materię.

¶ Per idẽ forma duplex eſt: vna quidẽ materię ꝑmo modo. ꝛ hęc forma tranſmutabilis dicit̃: altera forma reſpondẽs materię ſcđo modo acceptę. Et forma hęc ęterna: ac intrãſmutabilis dicit̃. Prima ꝯſtituit̃ in eẽ per materiã hoc eſt depẽdet in eſſe ꝛ conſeruari a materia. vt ꝑmo auſcultationis cõmen. 83. ꝛ. 12. metaphyſicę. cõmẽto. 37. Forma ſcđo modo nõ conſtituitur a materia ꝓpria: ſed ipſa ꝯſtituit materiã hoc eſt cęlum in eſſe: ꝛ ſibi ſpeciem ꝛ eſſe actuale prębens: vt primo auſcultationis phyſicę. cõmento. 63. ꝛ. 8. eiuſdem commento. 79. ꝛ alibi pluries.

Forma duplex.

¶ Ex ijs patet ꝑmo ambas materias eſſe receptiuas tm̃: lꝫ differenter. nam materia tranſmutabilis recipit contingẽter ẜm vtrũqꝫ: materia intranſmutabilis contingenter ẜm dimidium.

Quales ambę materię.

¶ Scđo ꝙ forma ꝑmo modo ꝛ forma ſcđo mõ ſunt ꝑncipia agẽtia omniũ operationũ: ꝛ motuũ: quę in ſunt ſubiectis ſuis. ſed etiam differẽter. Nã forma trãſmutabilis: eo ꝙ recipitur in ſubiecto ꝯtingẽti ad vtrũqꝫ: ꝛ ab eodem conſtituitur in eſſe: redditur potentialis ꝛ receptiua. dat enim ſibi materia cõditiones ſuas: quũ det ſibi eſſe: ꝓpter quod dat ſibi tranſmutabilitateꝫ: ꝛ corruptibilitatem. at forma intrãſmutabilis nulla ratione efficitur a ſubiecto potẽtialis ꝛ receptiua. ꝛ idcirco remanet pure actiua. Nã ipſa a ſubiecto non habet eſſe: ſꝫ ſibi prębet eſſe.

Quales ambę formę.

¶ Tertio ꝓpter hęc forma trãſmutabilis eſt mouens ꝛ mota: non dico vt quod ꝛ per ſe ſeorſum: ſed vt forma eſt mouens hoc eſt ꝑncipium motus. quo. vꝫ. graue vel leue mouet ſe. nã in ratione formę eſt actus in rõne actus eſt agens. Eſt vo mota ẜ eſt: eſt illud quo graue vel leue mouetur: vt in mã. naꝫ a materia redditur potẽtialis ꝛ receptiua. ꝛ capax motus. Forma vo intrãſmutabilis tm̃ mouens: quia tm̃ forma. ꝛ nulla rõne potentialis: ac materialis. Sapide propter hęc dicit Auerroes quarto auſcultationis phyſicę: ꝙ materia eſt quo graue eſt in potentia ad motũ. forma vo qua mouetur.

Forma tranſmutabil. mouens mota.

¶ Nã materia eſt fundamentum omnis potentię. quod vo mouetur eſt in actu: et forma fundamẽtuꝫ omnis actualitatis. ¶ Tũc poteſt reſponderi ad queſtionẽ. vꝫ. vtrũ idem poſſit ſe mouere. Patet vno modo ꝙ ſic. alio modo ꝙ non. idem enĩ compoſituꝫ in actu poteſt ſe mouere: ſed ẜm partes diuerſas. Idem vo non poteſt ſe mouere: quando fuerit impartibile. Rurſuꝫ compoſitũ per ſe moueri eſt dupliciter. vel a ſe ꝑuatiue: hoc ẽ ꝙ nec cepit nec deſinet ab alio moueri. ꝛ hac ratione omne qđ mouetur per ſe debet diuidi in motorẽ in actu: ꝛ motuꝫ in actu: vt animal: ꝛ cęlum. vtrũqꝫ enim hac ratione diuiditur. quia vtrũqꝫ hac ratione mouetur. Alio modo poſitiue tm̃: qđ habet. vꝫ. ꝑncipium motus: ſiue incipiat: ſiue deſinat ab alio moueri: vt elemẽta. Et hęc nõ diuiduntur in motorẽ ꝛ motũ in actu: ſed idem diuerſa ratione eſt motor: ꝛ res mota vt forma.

Mã quo graue ẽ i potẽtia forma q̃ mo[illegible] Solutio ad qõnem.

¶ Tunc ad rationes. ad ꝑmaꝫ reſponſum eſt: idem enim poteſt ſe mouere: ratione tamen diuerſarũ partiũ. ¶ Ad ſcđm loquitur de actione animę rationalis: modo anima habet partes diuerſas. ¶ Ad tertiũ capiendo naturã pro forma trãſmutabili. diximus idẽ poſſe ſe mouere. nã eniꝫ ſic accepta mouet vt forma. mouetur auteꝫ vt in materia. ꝛ ſic pro ratione diuerſarũ partium. ¶ Ad quartũ intellectus materialis intelligit ſe intelligẽdo alia ꝛ ſpecies: ſiue eſſentias cęterorum intelligibiliũ. de his dicemus quandoqꝫ. ¶ Ad q̃ntũ patet ſolutio: idem enim mouere ſe: eſſeqꝫ agens ꝛ patiens in actione ęquiuoca eſt poſſibile in forma tranſmutabili. hꝫ.n. vim agendi vt forma: vim patiendi vt in mã. ¶ Ad ſextũ ꝓcedit̃ totũ ad ſenſuꝫ qõnis. ſimiliter ꝛ ad vltimũ.

Ad rõnes.

¶ In hoc tractatu igitur perſcrutari ſumus de his duabus naturis: ex quibus corpus caeleſte componitur. vtrum ſint ſimiles illis naturis: ex quibus generabilia componuntur. quarum vna dicitur forma altera materia: ſcilicet vtrũ haec materia ꝛ forma quae ſunt hic ſint eadem cum illis: aut diuerſa ẜm magis ꝛ minus.

Cõmẽ. 3.

¶ Recolligit cęluꝫ eſſe ex partibus compoſitũ: quẽadmodũ gñabilia corpora ꝯſtant. Mouet nunc qõnem: quã in ꝑdicamenti li. eſt pertractaturus: vt ſpecialius intentionem: quã generalius accepit: exponat. Et petit vtrũ partes quas hꝫ cęlum: ſint eiuſdem ſpeciei cũ partibus generabilibus: eiuſdem quoqꝫ generis. an ſpecie dĩant. Nam ſoluta qõne an res ſit: vt ꝙ cęluꝫ ſit compoſitum:

positum:remanet questio qd res sit: cognitio aũt toti⁹ quidditatiua ex cognitiõe partiũ depẽdet. vt.7.meta. pz.6.quoqꝫ topicoꝝ. Sapide itaqꝫ Auer. petit an celi partes dĩant a ptib⁹ reꝝ generabiliũ. ℂ Aduertẽdũ aũt pro vbis Auer. ꝙ differre ꝫ magis ꝛ min⁹ interdũ sunt sub eadẽ spẽ. vt.5.auscul. phy.cõ.53. Et sic differre ꝫ magis ꝛ min⁹ est differre nũero. vel differẽtys indi- uiduis: qua rõne albũ vt duo dĩt a seipso vt quatuor. Interdũ accipiť pro differre ꝫm pus ꝛ posterius: vt.8. metaphy.cõmen.x. vbi dĩ. formę sunt vt numeri. Et hac scđa rõne accipit Auerroes. q̃si dicat. vtruz partes celi sint specie ecdem cũ partibus gñabiliũ. an dĩnt ꝫ magis ꝛ minus. hoc est per prius ꝛ posterius: qđ est dif- ferre tum spẽ tũ gñe. Joãnes textũ hũc nõ olfecit.

Differre ꝫm magis ꝛ min⁹ quot modis.

ℂ Sed si sint diuersae speciei: tunc aequiuo- ce dicitur corporeitas: aut ꝫm prius: ꝛ po- sterius: quoniam autem hae duae naturae existentes in his generabilibus: ꝛ caelesti- bus corporibus non sunt conuenientes spe- cie: ꝛ manifestum est posito corpore cae le- sti ingenito: ꝛ incorruptibili. Et corporib⁹ quae sunt apud nos: genitis: ꝛ corruptibi- libus. Causas enim corporis generabilis ꝛ corruptibilis: ꝛ aeterni esse easdem impos- sibile est. excitatum igitur est has duas na- turas: ex quibus componitur corpus caele- ste: non esse eiusdem speciei: neqꝫ eiusdẽ ge- neris cum duabus naturis ex quibus com- ponuntur generabilia.

Cõ.4. ℂ Circa hunc textũ pmo dicemus verũ ꝛ crassiusculuz sensum eius. scđo loco adducemus dicta alioꝝ: partim approbãdo: ptim ꝯfutando. Quãtũ ad pmũ Auerroes mouit qõnem vtrũ. vz. celi ptes sint eiusdem spẽi cuz ptibus corpoꝝ gñabiliũ. Nunc soluit: non qdem quie- tatiue: sed excitatiue: ad inducendũ hoies ad attentio- nem tentãdo rei difficultatẽ. ℂ Et arguit hypo^ce a po- sitione añtis ad positionez ꝯñtis sic: si partes celi dĩnt specie. Corporeitas dĩ de celo: ꝛ corpore genito aut eq- uoce: aut analogice. sed partes celi a ptibus gñabilib⁹ dĩnt spẽ. igiť corporeitas dĩ vel equiuoce: vel analogi- ce. minorẽ psyllogiçat. ꝛ subintelligit hãc maiorem. eternũ ꝛ corruptibile dĩnt spẽ. Et sub hac accipit mi- norẽ. d. manifestũ est posito corpore celesti ingenito et incorruptibili: ꝛ corporibus quę sunt apđ nos: genitis ꝛ corruptibilib⁹: subintellige ꝯclõnẽ acceptã. ℂ Scđo eandem minorẽ psylogiçat ꝛ vult esse subintelligen- dã minorẽ. Et inquit. cãs. n. gñabilis ꝛ corruptibilis ꝛ eterni esse easdem ĩpoĩe est. Subintellige minorem hanc. Sed ptes celi sunt corporis eterni cãe. partes ge- nerabiliũ sunt cãe corporis generabilis. igiť dĩnt spẽ. ℂ Et ppterea ꝯducit ꝯclonem. ꝛ inquit. excitatũ igiť est has duas nãs. ex qbus componiť corpus celeste: nõ esse eiusdẽ spẽi: neqꝫ eiusdẽ generis cũ duab⁹ naturis: e quibus cõponunť generabilia corpora. Sapide dixit excitatum. nam hęc non est qõnis quieta terminatio. ℂ Aut fortasse Auerroes fecit vnũ psyllogismum ad pbandũ minorẽ. Et sic ex littera cõponiť: cãe eterni ꝛ causę rei genitę dĩnt spẽ. partes celi: ꝛ partes reꝝ gene- rabiliũ sunt causę eterni: ꝛ cãe rei genitę. igiť dĩnt spẽ. De psyllogismo pmo accepit minorẽ ibi. Manifestũ est posito. Scđo maiorẽ ibi. Causas. n. corpis. Tertio

Syllus hypotheticus.

Prim⁹ psyllogismus.

Scđs prosyllogismus.

Facilior expositio.

Digressio.

ꝯclõnez ibi. Excitatũ igitur. ꝛ hec expositio est magis ad vbum. Hec de pmo: q̃tum vo ad 2^m transigamus. ℂ Quidã contẽporanei nr̃i dĩt pmo Auicẽnã opina- tum fuisse mãm celi: ꝛ mãz corpoꝝ corruptibiliũ esse eiusdẽ rõnis: celũ tñ oẽ eternum a motore. Dicunt. 2. Auerroẽ ꝯtradicere Auicẽnę solũ in cã mãli. Nã cãs agentes esse easdẽ spẽ eternoꝝ ꝛ corruptibiliũ pz. for- mã quoqꝫ celi esse alterã specie ꝛ rõne a forma corru- ptibiliũ: etiaz dĩt Auerroẽ sibi supposuisse: ac pro ma- nifesto recepisse. Et sic sermonẽ Auer. solũ de materia esse intelligũt: vt. vz. Auicẽnę ꝯdiceret. tertio syllogis- muz Auerrois ita cõponunt. Materia eterni ꝛ mate- ria corruptibilis dĩnt rõne ꝛ spẽ. Celũ est eternũ ꝛ cor- pora nr̃a gñabilia sunt ꝛ corruptibilia. igiť dĩnt mã ce- li: ꝛ mã corruptibilis spẽ ꝛ rõne. Maiorẽ dicũt Auer- roem accepisse pro ꝯstanti hic. Uerũ dĩt ipsaz decla- rasse pmo celi. cõmẽ. 20. per hoc ꝙ si mã celi eẽt eius- dem spẽi cũ mã corruptibiliũ: celũ aliqñ corrũpereť. Declarant ꝯñtiam ex. 8. metaphy. cõmen. 12. qꝛ tran- smutatio est mãe ꝓpria ꝛ peculiaris passio. Constat aũt passionẽ nũq̃ e subto ꝓprio separari: qua e re opus est vt celũ aliqñ corrũpatur. aliter ociosum esset aliquid. Hec contẽporanei nr̃i. ℂ Sed pace hoꝝ hic multifa- riã aberrãt. Primo ꝙ nõ loquunť pro vbis Auerrois. nõ. n. dudum ꝯtra Auicẽnaz loquiť: cũ sit in parte ex- citatiua. Scđo errant ꝙ Auerroes supponat pro famo- so formã celi ꝛ formã rerũ corruptibiliũ esse rõne alte- ram. querit. n. de partibus celi: ꝛ nõ de altera parte. et exposuit de materia ꝛ forma vt in textu ꝑximo dixi- mus. Tertio formã celi ꝛ formã hoꝝ corporũ esse spẽ dĩntes nõ pz: vt dicunt. Jmo est res quesita. Multi. n. philosophãtes formã celi dixerũt esse elemẽtariaz: vt in metheoris tradit Aristo. Et ꝑpter hoc factus est li- ber phice auscultationis. 8. ℂ Rõ vo qua pbant celũ nõ esse ex mã eiusdem rõnis. nulla est: nisi maioribus viribus corroboreť. Concedit. n. Auic. celũ esse corru- ptibile: sed eternitatẽ hẽre ab intelligentia. Sed de his posterius diligentius dicemus. Vba igiť Auerrois sunt intelligẽda vt diximus. ℂ At tñ emergunt qõnes: pri- ma nãqꝫ est in ꝯñtia Auerrois. ptes celi dĩnt spẽ a par- tibus corruptibiliũ. igiť gñe: ꝛ corporeitas dĩ equiuo- ce de vtrisqꝫ. hec qdem ꝯñtia nulla est: pmo qꝛ minor dĩa nõ arguit maiorẽ: sed ecõtra. Scđo oẽ enthime- ma tenet in vtute syllogismi: vt fiat itaqꝫ syllogismus. Qz subaudi hec: vt si causę dĩnt spẽ: ꝛ causata etiã dĩnt spẽ ꝛ gñe. Mõ hec est falsa. ℂ Tum: qꝛ idẽ ignis spẽ gñatur ab igne. Et ab excussione lapidis cũ calibe pri- mo metheoroꝝ. ꝛ 3. celi. cõmẽ. 56. Similr eodẽ celi. 3. cõmẽ. 58. ꝛ 59. dicit eandez aquã spẽ generari ab aere denso: ꝛ terra rara. Et. 12. meta. cõmen. 18. vespę gene- ranť ex corporibus equoꝝ mortuoꝝ: ꝛ ex seminib⁹ ve- spaꝝ. ℂ Scđa qđ est: qꝛ hic vĩ cõmitti circulus. nam pbat diuersitatẽ causati per diuersitatẽ cãꝝ: ꝛ dĩiam cãꝝ ꝑpter dĩiam causatoꝝ. ℂ Ut vo vis rõnis intelli- gať: Auer. supponit pmo oẽ qđ est in gñe componi ex mã ꝛ forma: vel ex potẽtiali materię: ꝛ actuali formę. ℂ Declarat hoc ipse in li. destructio destructionũ dis- putatione septima in solone ad quartũ dubiuz. Patet idẽ. 8. metaphy. cõmẽ. 6. ꝛ Aristo. in. x. metaphy. in vl- timis fere vbis. ꝯtra Platonẽ assumit. q̃cũqꝫ dĩnt ma- teria: dĩnt gñe. nec valet qđ latini addũt euz intellige- re de gñe phy. Nam tunc Aristo. nihil hẽret ꝯtra Pla- tonẽ. itẽqꝫ Auer. in paraphraxi Porphyry. paraphraxi tertia. idez assumit. Uolens ꝙ genus generũ in ꝑdica- mento subꝫ sit corpus. ꝑncipia quoqꝫ esse materiam ꝛ

Põ ꝯtẽporaneorum.

Impugnatio

Dubõnes.

Difficultas secunda.

Declo rõnis.

Quale oẽ qđ ẽ in gñe.

formā.z.celi quoqȝ cōm en.49.ↄtra Auicē. aſſumit ſi orbes eſſent eiuſdē generis:tūc eſſent generabiles:q̄ re oē qḋ reponit̄ in gñe ꝑdicamētali aut eſt cōpoſitū ex mā ⁊ forma vt ſubē oēs ꝑdicamētales: aut ex potētiali mā ⁊ actuali formę:vt accñtia ꝑdicamētalia. de h dicem⁹ qñqȝ in li.deſtructionū. ¶ Et per māẓ ipſe intelligit māẓ tranſmutabilē: vt pꝫ in tertia Porphyrij paraphraſi.vbi ↄcludit genus generū eſſe corpus ſenſibile.hoc eſt ſubm corruptioni. Petit ſcḋo Auerroes celū non cōponi ex mā trāſmutabili.⁊ hoc declarabit̄ in iſto li.neqȝ ex forma trāſmutabili. ¶ Et tūc in ſcḋa figura ſeqt̄ur.igit̄ ꝑtes celi ⁊ ꝑtes corpoꝝ trāſmutabiliū dr̄nt ſpē gñe.⁊ corporeitas dr̄ aut equiuoce:vel analogice. ¶ Syllogiſmus igit̄ Auerrois nō tenet per ſe: qꝛ teneret in omni mā:vt dicit Auerrois. Sed tenet ꝑ accñs:vbi.vꝫ.dr̄ia ſpecifica ⁊ generica ⁊ analogica ſūt idem ꝭm ſubm.⁊ dr̄nt rōne. ¶ Tunc ad rōnes:ad primā pꝫ ſolō ꝙ ſyllus Auerrois eſt argm̄ tenens ꝑ accñs. ¶ Ad ſcḋam dōm oēs mās:e gbus ignis fit reduci ꝑ calefactionē ⁊ exiccatiōeẓ ad māẓ vni⁹ rōnis. Similr̄ ad illud de aqua dicat̄. Ad illud de veſpis Auerrois.8. auſcultationis pħicę. cōmē.46. rñdit veſpas ex putrimā ortas:⁊ veſpas ex ſemie ꝓcreatas eſſe eiuſdē ſpēi ſubalternę:ſꝫ ſpē ꝓxima differre. ¶ Ad vltimū Auerroes.7.metaphy.cōmē.35.rñdit circulū in diuerſis generibus cāę eſſe poſſibilē.nam partes ſunt toto ꝑores ꝭm māẓ:⁊ totū ꝑtibus ꝭm formā. ¶ Joānes hic vr̄ ꝓbare hac rōne ꝙ corpus dicat̄ analogice de celo ⁊ corruptibili.Et ſyllus ei⁹ eſt.nulla cā ē in eodē gñe cū effectu:ſed celū eſt cauſa corruptibilium: quare celum non eſt eodem in genere cū effectu ⁊ re corruptibili. ¶ Maior Joānis debet intelligi de cauſa eſſentiali: ⁊ per ſe. Nam cauſę accidentales: ⁊ accidentaliter ordinate poſſunt eſſe eiuſdem ſpeciei.vt.12.metaphyſicę.cōmen.z.colligi poteſt.

Qual̄r Auer. ſyllus.

Ad rōnes.

Rō Joan.

Moderatio.

¶ Remanet igitur perſcrutari de eis:quibus hae duae naturae quae ſunt in corpore caeleſti:differunt ab eis:quae ſunt in corpore generabili ⁊ corruptibili.

Cōmē.5.

¶ Recolligit intentionem libri:⁊ terminata queſtiōe an celū habeat partes:ordinat ad queſtionē quid eſt: ⁊ ſermo eius pꝫ. Et in hoc finit ꝓhemiū.

PRincipium q̄dem igitur ꝑſcrutationis eſt in hoc. Ariſto.enim cum inuenit indiuidua exiſtentia per ſe haec: quae vocantur ſubae:transferri de vna diſpōne in aliam. Inuenit hanc trāſmutationem duobus modis. aut transmutationem in diſpōnibus extrinſecis a q̄dditatibus ſubaꝝ exiſtētiū per ſe: quae nō facit illa indiuidua differētia ꝭm illas diſpōnes trāſmutari in noie neqȝ in diffōne: ſicut diſpōnes quae dicunt̄ quantitates: qualitates. ⁊ alia ꝑdicamēta:q̄ appellant̄ accñtia:aut trāſmutationeẓ in diſpōnibus:q̄ faciunt indiuidua dr̄ia ꝭm ipſas trāſmutari noie ⁊ diffōne:q̄ transmutatio dr̄ generatio ⁊ corruptio.

Cōmē.6. Trāſmutatio plex.

¶ Exequit̄ Auerroes.quod in prohemio ꝑmiſerant.et diſtinguit ꝑmo transmutationē in duas. Nam altera eſt penes accidentia:⁊ hęc generatio ſiue corruptio ꝭm quid dicit̄:altera penes ſubam: ⁊ hęc generatio ⁊ corruptio ſimpl̄r nuncupatur. hęc diuiſio ex textu ita poteſt ꝓbari:qꝛ ſenſu ↄſtat indiuidua exñtia per ſe: qḋ addit ad differentiā indiuiduoꝝ accidentiū: quę per ſe nō exiſtunt:hęc quę vocant̄ ſubę hoc eſt compoſita ex mā ⁊ forma:trāſferri de vna diſpōne in aliā: diſpoſitio nomen eſt cōe ad oēm formā.⁊ hoc dupl̄r tm̄:aut in diſpōnibus extrinſecis a quidditatibus ſubaꝝ exiſtentium per ſe:quę nō facit illa indiuidua noie ⁊ diffinitione transmutari:vt ſunt accidētia. Nam accidētia ſunt extrinſeca a q̄dditatibus ſubaꝝ compoſitarū: etiā per eoꝝ variationē ſuba nec amittit nomen: nec diffōnem. Aut transfertur ad ea:q̄bus ⁊ nomen ⁊ diffinitio ſubti transmutati euariatur: vt generatio ⁊ corruptio. ¶ Et igit̄ vis verboꝝ hęc. Aliquod indiuiduū ſubę tranſmutat̄:vt ſenſu conſtat. vel igitur ad diſpoſitiones exteras:q̄bus neqȝ amittit̄ nomen:neqȝ diffinitio.⁊ hęc eſt ꝑma:quę dicit̄ generatio ꝭm quid. Uel ad diſpōnes eſſentiales quibus ⁊ nomen delet̄: ⁊ diffinitio euariatur.⁊ hęc eſt generatio ſimpliciter. igitur duę ſunt formę tranſmutationis. ¶ Joānes hic aliam diuiſionis fingit cām. ait.n. tranſmutatio eſt ad ens: ens aūt aut ſubſtantia:aut accidens. igit̄ trāſmutatio duplex. ¶ Membra hęc quę Auerroes tangit Ariſt. accepit rōne ⁊ obſeruatione ꝑmo de gñatione textu.ſꝫ non ſimplex ⁊ ꝑfecta. Uſqȝ ibi.maxie aūt generabit̄. ⁊ tu nota Auerroē e cōmento.x. vſqȝ ad.24. ¶ Animaduertendū ꝙ diuiſio verificat̄ ꝓpter duo: ꝑmo qꝛ tota q̄dditas indiuiduoꝝ ſubę eſt forma eoꝝ.vt.7.metaphy.cōmen.21.44.34.⁊ qꝛ in gñatione amittit̄ forma:perdet̄ ⁊ diffinitio.⁊ qꝛ ratio:quā ſignificat nomē: eſt diffinitio:perdet̄ ⁊ nomen. ¶ Scḋo qꝛ tranſmutatio ſubſtātialis tanq̄ꝫ ꝑmi termini eſt compoſiti:vt.7. meta.cōmē.31.⁊.12.metaphy.cōmen.18. Materię vt ſubti:vt ꝑmo auſcultatiōis pħicę. cōmē.60. formę vt quo.12.metaphy.cōmē.14. ¶ Tranſmutatio accidentalis tanq̄ꝫ termini ꝑmi:eſt formę accñtalis:q̄ eſt ꝭm q̄d additum enti ſimpl̄r.tanq̄ꝫ ſubti aūt eſt indiuidui ſubę vt in actu.5.phy.auſcultatiōis.cōmē.7.Et p⁹ pħicę auſcultatiōis.cōmē.63.⁊ ſic in hac ſcḋa ſpē trāſmutationis nō perdit̄ diffinitio:quū remaneat indiuiduū in actu:⁊ ita nec nomen. ¶ Sed ambiges mixtio eſt trāſmutatio:qm̄ mā ꝑ mixtionē acq̄rit aliq̄d noui. Et tn̄ neqȝ eſt gñatio ſimpl̄r.neqȝ gñatio ꝭm quid: vt Ariſto.ꝑmo de gñatiōe. ¶ Auerroes.3.celi. cōmē.67. Rñdet ꝙ mixtio eſt ad mediū inter ſubas:⁊ accidētia.nam formę ſubſtantiales elementoꝝ ſunt medię. Sed de hoc als.nunc ꝟo ſatis ſit mixtionem eſſe aliquid congregatum ex alteratione ⁊ gñatione. Et propterea non ponit in numero.

Eis diuiſionē

Rō Joanis

Verificatio diuiſionis.

Dubitatio de mixtione.

Rñſo.

¶ Quum igit̄ cōſiderauit hos duos modos tranſmutationis: inuenit in eis cōmunia:⁊ ꝓpria. Cōmunia quidē ſunt quinqȝ:quae inſunt tranſmutationi ſubali ⁊ accidentali.eſt enim cōmune ijs duabus habere vnū ſubm recipiens tranſmutationem.

Cōmē.7.

¶ Data diuiſiōe: declarat mēbra.⁊ ꝑmo collit quinqȝ in q̄bus ↄueniūt:deinde ea in q̄bus dr̄nt.nā oīs ꝑfecta cognitio ↄſtat ex cōi ⁊ ꝓprio.6. Topi.⁊ incepit a cōib⁹: qꝛ cōia ſunt notiora ꝓprys. ¶ Sꝫ dices.hę duę tranſmutatiōes hn̄t cōia ⁊ ꝓpria:igit̄ genus ⁊ dr̄iaẓ. Nā genus eſt ꝑncipiū ↄuenietię: ꝓpriū ꝑnm̄ dr̄ię. ¶ Dōm ꝙ hęc cōia ſunt ꝑ quādaẓ equiuocatiōeẓ.⁊ illa ꝓpria per quādam

Dubitatio.

Solu.

Primus cōe quādā dr̄iā modalē: vt ſuba ⁊ accn̄s. ❡ Prim̄ ū itaqꝫ cōe eſt vtriqꝫ trāſmutatiōi ſubeſſe ſubꝫ recipiēs illas. Iſtud cōe p̄mū accepit Auerroes p̄mo de generatiōe ab Ariſto. textu p̄mi cōmē. ⁊ 2° metaphy. textu. 12. p^{ti}. vbi ait. in oi motu opꝫ intelligere ſubm̄ cōe. ⁊ p̄mo auſcultationis phy. accepit Ariſto. tanq̄ prin^m ex nihilo nihil fieri: q̄ꝛ in omni factiōe oꝫ intelligere mā. ❡ Et

Supplemētū Jo. ꝯ Joānē Joā. ſupplet rōnē: q̄ꝛ oē qđ fit: eſt poſſibile fieri ⁊ po^a nō radicat̄ in nihilo: vt pꝫ. ❡ Et in hoc ſupplemento dupl'r errat. p̄mo: q̄ꝛ conturbat cōia hec gnqꝫ: q̄ꝛ poſſe p̄cedere eſſe: eſt tertiū cōe. Scōo: q̄ꝛ potētia illa fundabit in motore. nā res fieri pōt: pp potentiā agentis ẜm

Phs theologus diſcordāt. Que ꝓpō eſt pn^m apō phyloſophum. nos. ❡ Et ꝑpea in iſto p̄ cōi: theologus dꝫ a phō nāli diſcordare. Nā nālis phus eam ꝓpōnē accipit vt principiū: cui oēs gnqꝫ ſenſus cōcordāt. ❡ Ut in hoc viſu qđe videm⁹ albificationē ſupponere ſubm̄: auditu audim⁹ ſonū ſupponere aerē: guſtu ſaporē ſupponere poma: tactu caliditatē ſupponere ligna: olfatu odorem ſupponere corpus odorabile: ⁊ ita erit vt pn^m nāli phō. q̄ omni trāſmutationi ſubſit ſubꝫ: q̄ꝛ phs ex p̄exiſtēti cognitione facit doctrinā: doctrina vō ois ex añ cognitis fit. Nā aut p̄ inductionē: aut p̄ ſyllm̄. At inductio p̄ncipij eſt ⁊ vl'is. ſyll's aūt ab vl'i: ſunt igit̄ pn^a: ex qb⁹ ſyllus: quoꝝ aūt non eſt ſyllus: eoꝝ inductio eſt: vt 6° ethi. tradit: quare nālis phs originē ſumit ex ſenſibus.

Que ꝓpō pn cipium apud theologum. ❡ Et ſic p̄ ꝯueniētiā ſenſuū hoc tanq̄ pn^m aſſumeret. theologus vō: q̄ p̄ reuelationē altioris p̄ncipij: ędit ꝓpōnes: diceret trāſmutationē: ſiue mutationē aliquā eē: ⁊ nō ſupponere ſubꝫ: ⁊ hoc nō ꝯ ſenſus erit: ſꝫ ſupra ſenſus: ſed de his in lib. deſtructio deſtructionū.

**❡ Amplius neceſſariū eſt nō eē p̄cedere eſſe rei genite ⁊ corruptibilis: ⁊ oio inherere ei⁹ qđ fit: non enim fit niſi illud qđ nō eſt.**

Cōmen. 8. Scōm cōe. ❡ Scōm cōe eſt q̄ nō eſſe hoc eſt p̄uato p̄cedit eſſe ħ eſt formā rei genitę ⁊ corruptibilis: p̄cedit dico: hac rōne vt p̄tis ipſa inhereat ſubto: q̄ forma: ⁊ ſubdit cām: q̄ꝛ nō fit: niſi illud qđ non eſt. ❡ Iſtud 2^m cōe accepit Auer. p̄ phy. auſcul. textu cōmē. 61. ❡ Aiaduertēdum

Negatio ꝑuatio differunt. negationē differre a p̄uatiōe. vñ Auer. p̄ auſcultatiōis phicę. p^{to}. 25. ingt. q̄ hoc nomē ens: ⁊ nō ens dñr ꝺ. 10. p̄ñtis. q̄ꝛ de quocūqꝫ ens dicit̄: de illi⁹ oppoſito dī non ens. igit̄ inter negationē ⁊ p̄uationē hęc eſt dr̄ia. q̄ negatio nō limitat ſibi ſubm̄ determinatū. nā ⁊ lapis nō videt: ⁊ hircoceruus nō videt. priuatio vō limitat ſibi oio ſubm̄: q̄ꝛ nō dī lapis cęcus: ⁊ tragelaphus cęcus: ſꝫ catulus. qua e re negatio nulli ſubto heret: ſꝫ bñ priuatio: ad deſignandū igitur ſe loqui de p̄uatione adycit: ⁊ omnino inherere: ⁊ reliqua.

**❡ Similr autē inuenit̄ poſſe p̄cedere eſſe in ſubiecto neceſſario in vtroqꝫ modo factōis: qđ enim eſt impoſſibile: non fit.**

Cōmen. 9. ❡ Joānes intelligit iſtud 3^m de potētia paſſiua. in oi. n. tranſmutatione ſiue ſubali: ſiue accn̄tali hęc potentia p̄ſupponit̄. Et rō Auer. apud ipſuꝫ eſt hęc: q̄ꝛ oē qđ eſt in actu: prius fuit in potentia: ⁊ ſic lꝫ actus p̄cedat potētiā in diuerſis: in eodē potētia eſt p̄or actu. ❡ Ego vō dico q̄ ſi intelligit̄ de potētia paſſiua: tunc iſtud tertiū nō eēt aliud a p̄mo: vel a 2°. ❡ Naꝫ ſi potētia paſſiua accipit̄ pro ſubto potēti: nō dr̄t e p̄: ſi accipit̄ pro caretia cū aptitudine: tūc erit idē qđ 2^m. Nā 9° meta. p^{to}. 3. ait. dicere aliqđ eē in po^a ad hoc eſt ẜm q̄ caret illo: ad qđ pōt. Propter q̄ poſſe accipere hic pro cōi ad potentiā actiuā ⁊ paſſiuā: ⁊ ac rōne poſſe p̄cedit eſſe: q̄ꝛ p̄ęexigit tam potētia in agēte: q̄ in ſubto: ⁊ ħ eſt acceptū 3° de aia. textu cōmē. 17. qđ Auer. ipe reſumit p̄ cęli p^{to} 124. ⁊ ſub hoc ſenſu valet rō Auer. qđ impoſe non fit. Nā qđ nō eſt poſe potētia in agēte: ⁊ po^a in mā nō fit. ❡ Aiaduertēdū q̄ theologi diſſentiunt huic 3° cōi: q̄ꝛ tenēt potētiā in deo excedere potētiā ois ſubti: ⁊ ꝑpea aliqđ eſt ꝯtigēs fieri: cui nulla r̄ndit po^a in ſubto: ſꝫ ſoluꝫ eſt poſe fieri pp potētiā agētis. Sed dr̄ia hęc omittat̄ ad tp̄s. Naꝫ nūc vt phs loquor. ❡ Et hoc mō cōe iſtud 3^m itelligēdo: dr̄t ēt a p̄mo: ⁊ a 2°: vt ꝯſtat. Sꝫ eſt in dictis Auer. ꝯdictio. ❡ Naꝫ p̄ auſcul. phicę. p^{to}. 63. inter trāſmutationē ſubalē ⁊ accn̄talē talē deſignat dr̄iā. q̄ ſubalis eſt entis in po^a: accn̄talis entis in actu: hic aūt vult in vtroqꝫ mō factionis p̄exigi potētiā: eſſe vtrāqꝫ entis in potētia. ❡ Soluit Auer. 5° auſcul. phy. cōmē. 8. vbi colligit̄ q̄ tam ſubm̄ gnōnis: q̄ accn̄talis trāſmutationis ſit in po^a: lꝫ rōne diuerſa: ſubm̄ quidē gnātionis eſt in po^a taꝫ formal'r q̄ cōcomitatiue. ſubiectum vō accn̄talis trāſmutationis eſt formaliter in potentia: ſed cōcomitanter eſt in actu.

**❡ Amplius inuenitur eſſe neceſſario illud ex quo eſt factio illius rei: ⁊ ad qđ eſt: eſſe contraria ⁊ habere idem genus.**

❡ Quartū cōe eſt q̄ terminus e quo res tranſmutat̄: ⁊ termin⁹ ad quē in vtraqꝫ trāſmutatiōe ſūt ꝯrꝫ: ꝯrietate. vꝫ. eiuſdē gn̄is taꝫ ſubycibilis: q̄ p̄dicabilis. Collit̄ ab Ar. iſtđ. 6. auſcul. phy. tex. cō. 91. ⁊ 5° eiuſdē p^{to}. 7. ⁊ Auer. p̄ ꝯriū intell'it diſpatū. p̄ phy. p^{to}. 41. vl' ꝯrietatē extremi ad extremum: vl' extremi ad mediū: vel medy ad mediū. p̄ cęli. p^{to}. 20. Addit q̄ ꝯria eē eiuſdē generis: tā ſubti q̄ p̄dicati: pp eē ⁊ nō eē negatiue tēta: q̄ nō ſunt eiuſdē gn̄is aliq̄ mō. Dn̄t nr̄i ꝯtēporanei iſtud 4^m nō differre a 2°. ſed eē illi⁹ explicatiōeꝫ: qđ nos nō approbam⁹: cū dicat eē gnqꝫ cōia: ⁊ nō q̄tuor: ſꝫ ħ 4^m dr̄t a 2° rōne: q̄ꝛ eſt illo cōius. nam accipiēdo ꝯria pro diſperatis: ſic ſunt cōia: ⁊ cōiora priuatiue oppoſitis. Cōmē. 10.

**❡ Et q̄ illa contrarietas reducitur ad primā contrarietatē. ſ. non eſſe ⁊ formam.**

❡ Quītū cōe eſt vt termini e quo: ⁊ ad quē ſint ꝯrꝫ priuatiue. Et Ar. declarauit iſtud gntū. p̄mo auſcul. phy. tex. cōmē. 60. ⁊ inde. Nec iſtđ 5^m ſupfluit: q̄ꝛ ꝯria priuatiua in trāſmutatiōe in min⁹ ſūt: q̄ ꝯria p̄uatiua ſim^r: vt cęcū ⁊ vidēs ſūt p̄uatiue ꝯria: nō tn̄ in trāſmutatione. Sed dices. Motus circularis eſt trāſmutatio accidentalis: ⁊ tn̄ nō eſt de ꝯrio in ꝯriū aliq̄ rōne. Auer. p̄ cęli. cōmē. 65. ⁊ 86. ait hoc 5^m eē vl'r veꝝ: excepto motu circulari. Uel vt dicit Auer. ibideꝫ. cōmē. 87. in motu circulari eſt ꝯrietas ẜm p̄tes: vt ſtella cōſtituta in ortu vī ꝯria ſtellę conſtitutę in occaſu. Sil'r ſtella in imo: ꝯria eſt ſtellę culminanti: vt dicunt aſtrologi. Cōmē. 11.

**❡ Differūt aūt in hoc: q̄m inuenit tranſmutationē indiuiduoꝝ in ſuis ſubſtantijs cogere ſubiectū nō eē ens in actu: ⁊ nō hr̄e formā qua ſubat̄. Si. n. hr̄et formā: nullā aliā reciperet: niſi illa deſtructa. vnā. n. formam hr̄e niſi vnum ſubm̄ eſt impoſe. Et ſi eſſet ſuba ſimpl'r exn̄s in actu: tūc eēt impoſe: ⁊ nō receptiuū. qđ. n. eſt in actu: non recipit aliqđ: qđ eſt in actu: ẜm qđ eſt in actu.**

❡ Tactis gnqꝫ ꝯueniētijs: tangit vnā dr̄iam tm̄ penes ſubꝫ: volēs q̄ ſubꝫ trāſmutatōis ſubalis ſit ens in po^a Cōmē. 12. Differentia.

formalr̃ ⁊ cōcomitāter. At ſubm̃ trāſmutationis acci-
dentalis: eſt in actu cōcomitāter: ⁊ in potētia formalr̃.
Poſitiões de materia. ¶ Aiaduertendum ꝙ quidam dixerunt materiā eſſe
vnū elementoꝝ excepta terra: quā nemo poſuit mãz:
niſi Heſiodus: qn tñ nō fuit pħus: ſed famoſus in po-
nendo leges. p̊ meta. cōmētis p̊ ⁊. 14. aliȷ mãz dixerūt
eſſe corpus: nō quidē hoc aut illud: ſed cōmune oibus:
⁊ hanc poſitionē ꝗdam Auicēne aſcribunt primo ſuę
ſufficiētię. capite. 3. ⁊. 4. aliȷ Platoni: vt Ar. 2° de gene
ratione. textu cōmen. 3. ⁊. 4. ſiue Plato: ſiue Auicēna:
iſti ſunt qui mãz ſubſtantiari per formā corporis con-
tendunt. Et has duas pōnes tangit. Et ingt. dr̃nt autē
in hoc: qm̃ inuenit tranſmutationē indiuiduoꝝ in ſuis
ſubſtātȷs cogere ſubm̃ nō eſſe ens in actu: ⁊ hoc ꝯ pri-
mos. Et nō hr̃e formā: qua ſubſtantiaṫ: ⁊ hoc ꝯ ſcđos.
Impugnatio Declarat hęc ambo: ⁊ p̊mo 2m deinde p̊mū. Et inquit.
ſi. n. hr̃et formā: ſubaudi qua ſubaṫ: nullaz aliā recipe-
ret: niſi illa deſtructa: declarat ꝯñtię impolitatez. hoc
eſt ꝙ habeat tm̃ vnā: ⁊ nullaz aliā recipiat: eſt impoľe.
vnā. n. formā hr̃e niſi vnū ſubm̃ hoc eſt vnū ſubz hr̃e
niſi vnā formā eſt ipoľe: qꝛ eo ipſo qđ eſt ſubz eſt plu-
riuz formaꝝ. Et ſic nō tm̃ vnā: ſed pľes recipit. deinde
cōfutat p̊mā pōnē. Et ingt: ⁊ ſi eſſet ſuba ſimplr̃ exñs
in actu: tūc eēt impoľe: ⁊ nō receptiuū. cuiꝰ ꝯñtię dedu
Cōmē. 10. ctionem aſſignat. d. qđ enim eſt in actu: nō recipit ali-
quid: quod eſt in actu: ẜm quod eſt in actu. Sic igitur
patet ꝙ ſubm̃ gnōnis eſt omnino in potentia: ⁊ ſupple
ſubm̃ alterationis in actu. Rez hāc accepit Auerroes
p̊mo de gnōne. textu cōmē. 10. ⁊. 5. phy. auſcul. textu cō
Dicta Jo. men. 7. ¶ Joānes declarat hic duo: p̊mū ꝙ ſubm̃ hr̃e
tm̃ vnā formā ⁊ nullā aliā: eſt impoľe. Et hoc qꝛ ſubm̃
formaꝝ ſubaliuz ſe hꝫ vt ſubm̃ accñtiuz. conſtat autē
ſubm̃ accñtiuz cōtinuo eſſe nūc ſub vno: nūc ſub alio
accñte. igiṫ ſubz formaꝝ ſubaliū ſiľr nūc ſub vna: nūc
ſub alia forma. 2° declarat ꝙ forma non ſit de eēntia
materię: qꝛ vel duę formę eēnt ſiľ in eodē actu: vel ex
Contra p̊mū. nihilo aliqđ fieret: vt deducit. ¶ Sꝫ hoꝝ duoꝝ p̊mū
nullā hꝫ neceſſitatē: qꝛ accñtiuz q̄dā ſunt formę ꝓprię
ſubtis: q̄dā ꝯtingentes. Si igiṫ ſiľitudo eēt nec͞ia: etiā
ſubta q̄dā hr̃ent formas ꝓprias: q̄dā hr̃ent ꝯtingētes.
Cōmē. 11. Et ſic vt ſubm̃ pōt hr̃e duo accñtia inſimul: alterū pro-
priū alterū enarrabile ꝯtinuo: ſic ⁊ ſubm̃ formaꝝ ſub-
ſtantialiū habebit quādā formā ꝓpriā: quādā euaria-
Contra ſcđz. bilē: ⁊ ſic ſiľitudo ꝯcludit oppom. ¶ Scđz qđ dixit nō
eēt ad ꝓpoſitū: qꝛ nemo ait mãz hr̃e aliquā formā de
ſui eſſentia: ſed bñ mām hr̃e formā ꝓpriā: vt corporei-
Prima dubitatio de cōſequentȷs. tatis. Nō eē ꝓpriū nō eſt de eēntia ſubti. ¶ Sꝫ dubi
tabis circa ꝯñtias Auerrois. ꝯ p̊mā ꝗdem: qꝛ ꝯñtia vr̃
nulla. nā mā pōt eē in actu vniꝰ rōnis: ⁊ recipere actū
alterius: vt in actu generico: ⁊ recipere actū ſpecificuz:
vt Plato ⁊ Auic. ſentiūt. Similr̃ ꝯñs nō vr̃ ipoľe: pōt
eniz ſubz hr̃e duas formas alteriꝰ rōnis: vnā genericaz
alterā ſpecificā: vnā ꝓpriā: alterā euariabilez: vt ſubz
Scđa dubᵒ. accñtiuz diximus. ¶ Cōtra ſcđaz vō: qꝛ. 3. cęli. cōmen.
67. mā exñs in actu elr̃tario: p̃t recipere formā mixti
vltimaz: nec valet ꝙ illę elr̃tarię formę remittunṫ: qꝛ
remiſſio ⁊ intēſio nō variāt ſpēm. 5° phy. cō. 43. ¶ 2°
p̊ncipalr̃ ābiges: qꝛ Auerroes eſt iſufficiēs: qꝛ iter has
trāſmutatiōes nō eſt tm̃ hęc ſola dr̃ia. naz 5° phy. enu-
merat aliā cōmētis. 51. ⁊. 55. itēꝗ ſubaľ trāſmutatio eſt
ſubita: accñtalis ſucceſſiua. 6. ꝯto. 3. phyſi. ⁊ 6° phy. ꝯto
Tertia dubᵒ. Soľo ad p̊mam. 32. ⁊ 4° phy. ꝯto. 129. ¶ Tertio ambiges vtrū calefa-
ctio ⁊ albificatio ſint vľ motus: aut gnōnes aliq̃ rōne.
¶ Ad p̊mā debes ſcire ꝙ fortaſſe nō eſt incōueniens
aliqđ eē in actu vnius rōnis: ⁊ recipere actū alteriꝰ: ſed
vt dicit Plato: vľ Auic. eſt incōueniēs. vꝫ. mā exñs in
actu qūocūꝗ recipiat formā ꝑ illū actū tanꝗ ꝑ rōnez
recipiēdi recipiētē: ſic. n. eēt accñs ipſa recepta forᵃ: qꝛ
recipiṫ i actu ẜꝫ ꝙ in actu. Et hāc ſoľonē inuit Auer. p̊
de gnōne. cōmē. 24. Et in vbis ſuis hic: quū adȷcit ẜꝫ
ꝙ in actu. Sꝫ de hoc poſtea latius. ¶ Ad ſcđaz rōnez
Ad ſcđam pō ꝯtemporancarū. ꝯ idē cōtemporanei nr̃i dñt. ꝙ ſubm̃ ſubatuz ꝑ formā
ſubalez pōt recipere accñtia: qꝛ forma illa eſt facta po
tentialis ꝑꝑ mãz: ꝑ quā ſuſtentaṫ. vt 9° meta. cōmē. 2.
At formā ſubalez nō pōt recipere: qꝛ illa potentialitas
nō ſufficit: tunc dñt mām ſub actu elr̃tario poſſe reci-
pere formā mixti vltimā: qm̃ actus elr̃tariꝰ eſt mediū
Impugnaᵒ nō ꝗdē receptiuū: ſed diſpoſitiuū. ¶ Sꝫ p̊mū dictum
hoꝝ nihil eſt: qꝛ a pari dicerē formā ſubalē effici adeo
potētialez: vt nō tm̃ apta ſit recipe accñs: ſꝫ ſubam. Et
ſi fingis hoc nō eē: qꝛ nō eſt facta potētialis tāta poten
tialitate vt ſufficiat. Tūc iſti voluntarie loquūṫ: ⁊ pro
cā rei volūtatē ꝓbent. ¶ Amplius ſi forma vt poten-
tialis facta e mā ipſa pōt accñtia recipere: tūc mā poſ-
ſet accñtia recipere: qꝛ mā erit ſummoꝑe apta: ⁊ p̊mo
Pō latinoꝝ potētialis. ¶ Latini vt Thomas ⁊ Egidius alr̃ dñt:
ꝙ vꝫ accñs eſt ens ẜm ꝗd: ſuba eſt ens ſimplr̃: mō eſſe
ſimplr̃ p̃cedit in ſubto eē ẜꝫ ꝗd. ⁊ ſic añ accñtia p̃cede
re dꝫ forᵃ ſubalis: ⁊ ſic mā p̊hr̃e dꝫ formā ſubalez ſi dꝫ
recipere accñtia: hęc diuus Thomas in libello de nā
Quid ꝯ pōne latinoꝝ. māç. ¶ An hęc ſoľo ſit vā: poſterius dicemᵒ. nunc vō
ſcias eā nō eē ad mentē Auer. ꝗ vult dimēſionē p̃eſſe
oibus: neꝗ ad mētē Auic. in li. ſuę ſufficiētię. capite. 7.
¶ Sꝫ ꝗd ſit dđm posteriꝰ dicemᵒ. nūc vō ſcias tm̃ dif
ferentiā hāc ſeq nās reꝝ: nullāꝗ eſſe cām aliaz: niſi ob
Ad ſecūdaʒ principalez. diuerſas reꝝ nās. ¶ Ad ſcđaz p̊ncipalem dđm Auer-
roem hic enumeraſſe vnā tm̃ dr̃iaz: ꝙꝗ ſint pľes alię.
nā habita p̊ma dr̃ia: ſtatiz hr̃ ꝙ accñtalis trāſmutatio
Cōmen. 5. ſit de poſitiuo in poſitiuū. ſubalis vō de p̃uatiuo in po-
ſitiuū: vt p̊mo phy. cōmē. 52. dicit ēt Auerroes 5° phy.
cōmē. 10. dato ꝙ formę ſubales eēnt ꝯrię vt eſtimauit
Alexr. adhuc gñatio dr̃ ab alteratione. ¶ Ad ſcđaz ꝯ
idē ſoľo eſt ibidē: eodē cōmē. 10. ꝙ. vꝫ. eſſe ſucceſſiuū ⁊
eſſe ſubitū nō ſunt dr̃ię motꝰ: ⁊ mutationis. naz formę
elr̃tarię ſucceſſiue acqrunṫ: ⁊ tñ eaꝝ eſt gnātio. Cui ⁊
Auic. ꝯuenit. tractatu de motu. capite. 13. ſiľr augmēta
Ad tertiam principalez. tio eſt motus: ⁊ eſt ſubita. ¶ Ad tertiā p̊ncipalez cōtē-
poranei nr̃i ꝙ gnātio ẜꝫ ꝗd eſt ēt ſucceſſiua. Sꝫ Auer.
loqṫ in trāſmutiōe ſubali ſimplr̃. ¶ Sꝫ dices ꝯ. Naz
Ar. 5° phy. textu cōmē. 7. diuidit trāſmutationē in ge-
nerationē. ⁊ trāſmutationē accñtalez. Et gnōnē ſubdi-
uidit in ẜm ꝗd ⁊ ſimplr̃: tūc a quo dr̃ genus: dr̃ ⁊ ſpe-
cies: gnātio dr̃ a motu. per Ar. igiṫ ⁊ gnātio ẜm ꝗd a
motu ēt. Sic igiṫ dđz: ꝙ lꝫ generatio ẜm ꝗd ⁊ motus
nō differūt ẜm rez: differūt rōne: tñ Auerroes nō facit
vim in verbis: ⁊ accepit trāſmutationē accñtalez: put
diſtingniṫ a ſubſtantiali vtcunꝗ accepta.

¶ Unde natura huiꝰ ſubiecti recipientis ſub-
ſtantiales formas: videlꝫ primae materiae
neceſſe eſt: vt ſit natura potentiae. ſ. ꝙ poten
tia ſit eius differentia ſubſtantialis.

Cōmē. 13. ¶ Dictum eſt ſubiectum tranſmutationis ſubſtantia-
lis non eſſe ens in actu: neꝗ habere formaz propriam.
Ex hoc infert ꝯcluſionē talem. vꝫ. ꝙ materia p̊ma eſt
Poᵒ mãe eſt eēntialis differētia māę. ens in potentia: ad hunc. vꝫ. ſenſum ꝙ potētia eſt diffe
rentia materię eſſentialis. Concluſionē hanc ex dictis
ſic ſyllogiça. ¶ Subiectū trāſmutationis ſubſtantia-

lis non eſt ens in actu neqꝫ habet propriam formam. Materia eſt ſubiectũ tranſmutationis ſubſtantialis. igitur neqꝫ eſt in actu: neqꝫ habet formaꝫ propriam. ⁊ ſi ſic. igitur eſt ens in potentia eſſentialiter. Nam ex negatiua ſequitur affirmatiua. quotiens ſubiectũ conſtauerit: modo materiaꝫ conſtat eſſe ſubiectum tranſmutationis ſubſtantialis.

Qꝫ ex Ar. ¶ Animaduertẽduꝫ quoqꝫ eſt: ꝙ qui enumerat que Ariſtotelis dicit in primo de generatione in ṗmo textu: ṗmo item phyſicoruꝫ textu cõmenti. 60. ⁊. 2. metaphyſice textu cõmenti. 12. Et. 5. phyſicorum textu cõmenti. 7. facile concluſionẽ hanc colliget: ⁊ conſidera.

Du° ¶ Sed mox ambiges: quia potentia eſt accidens vt in ṗdicamento qualitatis: ⁊ materia eſt ſubſtantia: qꝛ principia ſubſtantię ſunt ſubſtã tia. Igitur potentia nõ eſt eius eſſentialis differentia.

R°. Dici poteſt primo ꝙ eſt propriũ accidens: verum quia quotiens differentię rerum latuerint: ꝓprium accipitur loco differentię: vt. 4. cęli cõmento. 26. ⁊. 8. metaphyſicę cõmento. 5. idcirco vocauit illam differentiaꝫ.

Rñ° 2°. Uel dicendum ꝙ potentia poteſt accipi pro naturali ipſius materię aptitudine ſiue capacitate ad formas ſubſtantiales ⁊ hac ratione fortaſſe accidens propriuꝫ eſt: quia omni ſoli ⁊ ſemper competit. Alio modo pro principio: vnde fluit illa ſiue aptitudo: ſiue capacitas. Et hac ratione erit differentia eſſentialis: vt rationale poteſt capi pro aptitudine ad ratiocinandum: ⁊ ſic eſt proprium: vel pro principio: vnde fluit illa aptitudo: ⁊ ſic eſt differentia eſſentialis.

**¶ Et ideo nullam habet formam propriam: ⁊ naturam exiſtentem in actu: ſed eius ſubſtantia eſt in poſſe.**

Cõmẽ. 14. ¶ Ex hoc ꝙ prima materia nec habet formaꝫ ꝓpriaꝫ: nec eſt ens in actu: cõcluſit illaꝫ eſſe eſſentialiter in potentia. nunc cõtra: per hoc qđ eſt eſſentialiter in potentia infert illa duo cõtra antiquos. ṗmo ꝙ nullam habeat formaꝫ propriam. vt Plato ⁊ Auicẽna dixerunt. Scđo ꝙ nec ſit in actu vt ignis: vel aer: vel aq̃: vt antiqui.

Circulus q̃o ¶ Hęc aũt ratio cõuerſiua eſt diuerſa rõne: ꝓut potentia eſt cauſa priuationis oĩuꝫ formarũ vt ſubm. ⁊ priuatio potentię vt forma vel alia rõne.

**¶ Et ex hoc materia recipit oẽs formas.**

Cõmẽ. 15. ¶ Ex illo dato. vꝫ. ꝙ materia eſt in potentia eſſentialr̃ ad omnes formas. Sequiť nũc ꝙ recipiat omnes formas. tenet enthimema: quia receptio ſupponit carentiam: ⁊ potentiaꝫ.

Mã recipit omnes. ¶ Materia caret forma: qꝛ nullam habet ꝓpriã: nec eſt in actu aliqua forma. Itemqꝫ eſt in potentia. igitur recipit omnes.

Qꝫ ex Ari. ¶ Animaduertẽduꝫ ꝙ Ariſto. declarauit duo. Primuꝫ ꝙ materia nullam habet formã propriaꝫ per quã recipiat: vt cõtra Platonẽ ſcđo de generatione textu cõmenti tertij. Scđm ꝙ materia nec priuationẽ habet ſibi eſſentialẽ: ⁊ perpetuaꝫ: vt ṗmo phyſicoꝝ textu cõmenti. 79. quas inſimul propoſitiones Auerroes cõgregauit. 7. metaphyſicę cõmento. 8. Et primo phyſicoꝝ cõmento. 66. quibus conceſſis patet materiam poſſe recipere omnes. nam nec perpetua ſibi priuatio impediet: nec ꝑpetua ſibi forma.

Materia. Intellectus. Senſus. Elẽta difñt. ¶ Uñ per hoc ꝙ ṗma materia recipit oẽs formas differt a ſenſu ⁊ ab intellectu. Nã ſenſus ⁊ intellectus non formas ipſas recipiunt. Sed inter rationes formaruꝫ intellectus quideꝫ vniuerſaliter: ſenſus particulariter. Hęc. 3. de anima. pluribus locis dicta ſunt. Per hoc ꝙ recipit omnes: differt ab elementis: quę quãquam: vt. 3. cęli cõmento. 67. elementa ſint in potentia ad omnes formas mixtorum: non tamen ad omnes ſimpliciter. Et per hęc omnia colligitur deſcriptio primę materię.

**¶ Sed poſſe quo ſubſtantiatur hoc ſubiectum: differt etiam a natura ſubiecti: quod ſubſtantiatur per hoc poſſe. In hoc ꝙ poſſe dicitur reſpectu formae: hoc autem eſt ſubiectum vnum entium: ⁊ elementũ vnuꝫ aeternum exiſtentium per ſe: quorum ſubſtantia eſt in potentia per ſe: quia ſubſtantia eſt in potentia.**

¶ Ambiget fortaſſe quiſpiam: ſi potentia eſt differẽtia eſſentialis materię. igitur erit eſſentialiter potentia. Cõm. 16. Reſpondet ꝙ differunt. nam potentia eſt relatio quędam ad formã.

Potentia. Mã difñt. ¶ Materia eſt ſubiectũ vnuꝫ entiuꝫ abſolute: hoc eſt ſubſtantia. Et elementũ vnuꝫ ęternũ ſubſtantiaꝝ: quę per ſe exiſtunt: quaꝝ eſſe eſt in potentia ſaltem ad accidentia. cum omnis ſubſtantia ſit in potentia. Differunt itaqꝫ: ꝙ potentia ſit accidens relatiuum. Materia vͦ ſit ſubſtantia: ſaltem quia principium ⁊ elementũ ęternum ſubſtantiarum. Qꝛ qdeꝫ potentia ſit relatio quędam. patet in ṗdicamẽtis: ꝙ materia ſit ſubſtantia. patet ṗmo phyſicorum textu commenti. 52. ꝙ videlꝫ ṗncipia ſubſtãtię ſunt ſubſtantię.

Du° ¶ Sed dices potẽtia eſt relatio ad agens: vt. 5. metaphyſicę accipitur textu cõmenti. 17. vbi dicit ꝙ potentia paſſiua eſt principiuꝫ tranſmutandi ab alio inquãtuꝫ aliud. Ubi intelligit agens.

Rñ°. ¶ Dici põt ꝙ potẽtia refertur ad formaꝫ: ⁊ ad agens: ſed non vna ſpecie relationis ad formaꝫ quideꝫ: modo menſurę ad menſuratum: ad agẽs mõ actionis ⁊ paſſionis.

¶ Animaduertendum ꝙ quidã dicunt Auerroem intelligere ꝙ materia differt a potentia: per hoc quia materia non eget ſubiecto: at potentia ſic. Expoſitiões alioꝝ. Alij dicũt: Auerroeꝫ velle materiaꝫ non eſſe in potẽtia ad hoc vt ſit: vt declarat Ar. ṗmo phyſicorum textu cõmenti. 82. quia tunc materię eſſet materia. ¶ Sed hęc omnia friuola ſunt. nam Auerroes repetit expoſitionẽ noſtraꝫ ṗmo phyſicoruꝫ textu cõmenti. 70.

Rõnes Jo. ¶ Joannes tribus rationibus probat materiaꝫ differre a potentia: ṗmo quia diuerſoruꝫ ṗdicamẽtoruꝫ. Scđo: quia materia ipſa manet: potentia tranſit. Tertio ꝙ materia eſt vna: potẽtię tot quot formę.

Cõtra Jo. ¶ Sed pace ſua: iſte confundit Auerrois doctrinaꝫ. nam Auerroes locutus eſt hic de potẽtia: quę eſt differentia materię. Hęc auteꝫ non eſt potentia reſpectiua: de qua loquitur Joannes: cuꝫ iſta non ſit differẽtia materię. Sꝫ eſt potẽtia abſoluta a forma particulari: lꝫ reſpectiua ad formaꝫ vniuerſaleꝫ. ⁊ ſic 2ª ratio nulla eſt: quia hęc potentia eſt materię coęua. 3ª minime: qꝛ hęc eſt vna ſm̃ rem: lꝫ ſit ad multas formas: vt poſtea dicemus: ⁊ ſic tãtũ ṗma ratio valet quã Auerroes hic accepit.

**¶ Et ideo eſt difficile intelligere vel imaginari ipſam: niſi in comparatione ad alterũ ſicut dicit Ariſtoteles.**

Cõm. 17. ¶ Materia non intelligitur niſi per ſuã deſcriptionẽ: ſua deſcriptio eſt potentia: quare non intelligitur niſi prout eſt in potentia: potẽtia eſt relatio ad formã: quare non intelligiť niſi cõparatione ad alterũ hoc eſt formaꝫ.

Qꝛ mã ꝑ formam intelligatur. ¶ Hęc ꝯcluſio eſt Ar. ṗmo phy. textu cõmenti 69. Et põt ꝓbari ṗmo: qꝛ oẽ qđ intelligiť vel eſt actus:

vel in actu: vt nono metaphyſicę tradunt Ariſtotel. ⁊
Auerroes cōmento. 20. itemqꝫ primo cęli commentis
92. ⁊ 95. ⁊ 12. metaphyſice. commento. 14. intelligitur
omne propter formam: ſentitur v̓o propter materiam.
Nam intelligibile mouet intellectum. 3. de anima cō-
mentis. 2. ⁊ 3. Materia non mouet aliud: nec agit in
alterum. 12. metaphyſicę commento. 33. ſemper enim
eſtimabitur forma mouens. 3. phyſicorum. textu com-
menti. 17. quare omne quod intelligitur: propter for-
maꝫ intelligitur. Rurſus omne quod intelligitur per
ſe: eſt vniuerſale. Modo cōſtat formā eſſe vniuerſale
quoddaꝫ: vt primo metaphyſice cōmento. 27. ⁊ alibi.
His conſtat materiā non poſſe intelligi niſi in cōpara-
Nō ſcđa principalis de potentia mãe. tione ad formam. ¶ Querere ſolitus ſum hic: vtrum
potentię materię diſtinguantur ⁊ inter ſe: ⁊ a materia:
realiter. ꝙ ſit arguitur. primo quia p̄mo cęli. ⁊. 4. phy-
ſicorum. commentis. 100. 20. expreſſe ſoluens queſtio-
nem: dicit ꝙ ſic. Scđo idem. 12. metaphyſicę. cōmen-
to. 11. Nam ſi agens vnuꝫ ſit materia quoqꝫ vna potē-
tia etiam effectus erit vnus. qua e re ſi omnes poten-
tię erunt vna: omnes formę erunt vna. Tertio ideꝫ te-
ſtatur hic ⁊ primo phyſicoruꝫ. cōmento. 70. ¶ Ad cō-
Pō Joã. trarium Auerroes hic dicit materiā pro poſſe ſuſten-
tari. ¶ Joannes dicit. primo ꝙ accipiendo potentiam
pro potentia reſpectiua: ſic realiter diſtinguitur a ma-
teria: quoniam vt dixit hęc eſt relatio: illa ſubſtantia.
Dicit ſcđo ꝙ hę potētię reſpectiuę ſunt infinitę in ma
teria: ac inter ſe etiā realiter diſtinctę: quia. 3. phyſico-
rum cōmento. 10. ſi poſſe ſanari ⁊ poſſe infirmari ſunt
idem. Tunc ſanitas ⁊ egritudo eſſent ideꝫ. itemqꝫ. 12.
metaphyſicę cōmento. 11. Inquit numerū potentiarū
eſſe pro numero formaruꝫ. ⁊ primo de generatiōe cō-
mēto. 22. ait. ꝙ materia vna eſt ſubiecto: at plures po-
tentia. Ex hoc accipere ꝙ potentię illę a materia reali-
ter diſtinguuntur. Quoniā potentię plures ſunt: at ma
teria vna. ¶ Secundo ꝙ infinitę ſint: patet primo ꝙ
numerus formaruꝫ in materia receptibilium eſt infi-
nitus: igitur ⁊ potentię. Scđo: quia ſi potentia omniuꝫ
formaruꝫ vna eſſet: tunc agens extrahens potentiam
pro vna forma: pro omnibus extraheret. Et ex ijs di-
cit tertio: ꝙ eiuſmodi potentię a parte ante ſunt ęter-
nę in materia: a parte poſt deſinūt aduenientibus for-
mis. hęc Joannes: ⁊ plura alia in queſtionibꝰ libri phy
ſicoruꝫ. ¶ In queſtione v̓o propria hic ꝙ potentia di
ſtinguatur realiter a materia: etiam his met rationibꝰ
probat. Addit tamen vnum quartum: ꝙ. vꝫ. potentia
eſt relatio imperfecta. Ideo poteſt imediate fundari
in eſſentia materię. Nam ineſt ſubiecto in actu compo
ſito ex materia ⁊ forma: ſed ratione materię: cui per
ſe primo ⁊ imediate ineſt vt in proprio fundamento.
Que ꝯ Jo. ¶ Circa hanc poſitionē oportet videre primo in qui-
bus bene: in quibus male dixit. ſuntqꝫ adducenda oīa
contra eum: deinde aliter dicemus. Or itaqꝫ reſpecti-
ua potentia realiter diſtinguatur a materia: tolerabi-
le eſt: itemqꝫ ꝙ infinitę: ⁊ inter ſe: ⁊ materia realiter
diſtinctę: ſimiliter tolerari poteſt. Sed ꝙ ęternę ſint a
parte ante: deſinantqꝫ a parte poſt: fortaſſe non eſt cō
ſonuꝫ doctrinę Ariſto. ⁊ Auerrois. nam primo cęli con
tra Platoneꝫ accipitur generatim illud ꝙ ęternum a
parte ante eſt ęternum a parte poſt: vt Auerroes gene
ratim accepit ibidem commento. 138. nec valet quod
Joannes dicit: verbuꝫ Ariſto. ſoluꝫ in ſubſtantijs eſſe
verum: primo quia Auerroes 2° cęli cōmento. 15. pro-
bat ſex cęli differētias poſitionis eſſe ſubſtantias: quia
ſi eſſent accidentia corruptibilia: ⁊ non corrumperet̃:
tunc natura contingens verteret̃ in neceſſariā: vbi pa-
tet eum de accidentibus loqui. Scđo: quia. 12. meta-
phyſice cōmento. 41. ait. ꝙ de poſſibilibus eſſe: ⁊ non
eſſe: ſolus motus eſt ęternus: ⁊ tamen nec incepit: nec
deſinet: modo potentia non eſt motus. quare non erit
ęterna. Tertio: quia fortaſſe plura accidentia ęterna a
parte ante numero differētia eſt impoſſibile eſſe eodē
in ſubiecto: quando quideꝫ omnis numeralis differen
tia ſit propter ſubiecta. Qđ etiaꝫ adycit potentiaꝫ eſſe
relationē imperfectā: ⁊ idcirco nō egere niſi ſubiecto:
non autē fundamento: cōtradicit ſibi in queſtionibus
primi phyſicoruꝫ. vbi concedit ibi fundamentuꝫ: ⁊ ter
minuꝫ: ⁊ ratiocinabiliter quideꝫ: quoniā relatio idcir-
co eget fundamēto: quia inter accidentia eſt imperfe-
ctius apud omnes philoſophos: ⁊ qꝛ relatio imperfe-
cta eſt iperfectior omnibus: quare rationabiliter ege-
bit fundamēto: ⁊ magis. tanto quideꝫ magis quanto a
perfectione cadit. hec ſunt contra Joānez. ¶ Propter
que aliter. ⁊ dupliciter ad queſtioneꝫ conſueui dicere.
Primo ꝙ ſicut materia eſt vna numero per priuatio- Alia pō ꝛ°.
nem omniuꝫ formarum: vt declarat Auerroes. 12. me-
taphyſice cōmento. 14. ⁊ primo de generatione com-
mento. 54. ita ei inheret vna ſiue paſſio: ſiue affectio
ſibi coęterna. vna dico numero: ſicut eſt materia quā
noſtri potentiam vocant: hac enim mediante exit in
propriaꝫ operationē: quę eſt tranſmutatio primo cęli
cōmento. 20. huius rei argumentū eſt: ꝙ nihil agit per
eſſentiaꝫ: nihilqꝫ recipit per eſſentiā: niſi deus. ⁊ intel-
lectus materialis: deus quidem per eſſentiā agit: intel-
lectus v̓o per eſſentiam recipit. Cętera v̓o cuncta ſiue
agentia: ſiue potentia agunt vel patiuntur per poten-
tiam diſtinctam a ſubiecto: vel propria eſſentia. qua e
re materia ipſa recipiet per potētiaꝫ: ſiue affectionem
aliam ab eſſentia. ¶ Uerum animaduerſione dignuꝫ Duplex materie po°.
ꝙ materię potentia bifariam eſt. vna quidem abſolu-
ta non quidem ꝙ nulla ratione relatiua ſit ad opera-
tionem: ſed eo ꝙ reſpicit generatim: ac indifferenter
omne genus: omnēqꝫ ſpeciem: ac omne indiuiduū for
mę. ⁊ hęc eſt materię propria ſiue affectio: ſiue peculia
ritas: ſiue vt gręce loquar idiotropia. hoc eſt propria
materię naturalitas: per quā ipſa p̄mo ⁊ per ſe exit ad
receptioneꝫ. ¶ Altera potentia eſt reſpectiua. quę nō Po° reſpectiua multiplex.
vna ratione eſt. nam ſi quidem ad genus formarū: ge-
neralis eſt. ſi v̓o ad ſpeciem: ſpecifica. at ſi ad indiui-
dua: indiuidualis. Has quidam ſemina: ſiue inchoa-
tiones materię aiunt eſſe: qđ nos omittimus. Utcūqꝫ
ſit. dicendum ꝙ reſpectiuę potentię indiuiduę: ⁊ ſi nu-
merentur pro numero ⁊ ratione formaruꝫ: non tamen
ſunt ęternę materię: imo đ nouo genitę: ac đ nouo cor-
ruptibiles: oportet eniꝫ intelligere: vt Auerroes inquit
12. metaphyſice cōmento. 11. ꝙ materia per potentiaꝫ
quę eſt eius affectio: recipit formas generales: quibus
mediantibus: recipit ſpecificas. quibus quoqꝫ ⁊ indi-
uiduas qualitates elementarias. quibꝰ receptis in ma
teria ipſa inaſcuntur quedaꝫ ſiue relationes ſiue reſpe
ctus ad formas elementarias. quibus etiam receptis:
deſinit primus reſpectus: ⁊ emergit alius ad formam
mixti ꝯſilis: ⁊ homogenij: ac recepta hac forma. deſi-
nit reſpectus qui ad eaꝫ preerit: ⁊ exurgit alius ad for-
maꝫ mixti perfecti. Et hanc Auerroes ꝓpoſitioneꝫ vo
luit primo auſcultationis phyſicę cōmen. 70. veruꝫ lo-
quendo de potentijs reſpectiuis ſiue genericis: ſiue
ſpecificis: nunc quid dicēduꝫ ſit omitto: quia res illa

ad queſtionem de incboatione ſpectat:fortaſſe eniz nõ
ſunt aliç a potẽtia pͥma:quç eſt affectio materiç:niſi ra
tione.Sed loquẽdo de potẽtia abſoluta:quç eſt mate/
riç affectio:dici poteſt ſm alterã opinionem : dicentes
enim affectionẽ ſiue paſſionẽ diſtingui realiter a ſub/
iecto:dicerent illã potẽtiam realiter a materia diſtin/
gui.Dicentes vͦ paſſionem nõ realiter : ſed formaliter
a ſubiecto diſtingui:dicerent etiã illã a materia diſtin/
gui formaliter:qñ quidem illa eſt in prçdicamẽto qua/
litatis:materia vͦ in prçdicamento ſubſtãtie.¶ Sed

Ambiguitas.

ambiges primo:qꝛ ſi vna eſt potentia:qua rõne poteſt
ſaluari multitudo generatoꝝ.Nã mã vna : ꝛ potentia
exiſtẽte vna genitũ vnum erit. Scdo ſi primç elemen
tariç qualitates recipiuntur in mã ſine potentia reſpe
ctiua:quare formç ſubſtantiales non. Tertio vtrũ po/
tentia reſpectiua:ſiue abſoluta:ſint relationes:an qua/
litates:ꝛ ſi relationes an reales:an rationis:quũ termi/
nus eaꝝ: videlꝫ forma non ſit niſi ens rationis.¶ Ad

Solutio.

primã ſoluat̃ multitudo generatoꝝ:quia potentiç ge/
nerales ꝛ ſpecificç plures ſunt:ꝛ agentia plura.qd̃ Ana
xagoras non conceſſit.nam poſuit agens vnũ : ꝛ mate/
riam ac potentiã vnam : idcirco oportet euꝫ dicere oĩa
genita eſſe vnũ. Nos vͦ neqꝫ agens concedimus vnuꝫ
niſi generaliſſimũ:nec potentiam vnaꝫ niſi generaliſſi
mã:ꝛ propterea dicimꝰ genita fore plura.¶ Ad ſcdm
dicendum illud eſſe:quia qualitates illç ſunt imperfe/
ctç:ad quarum inductionẽ ſat eſt e parte materiç gene
ralis ſiue ſpecifica potentia.e parte vͦ agentis:prçſen/
tia agentis particularis. Formç vͦ ſubſtãtiales quum
ſint longe perfectiores:pluribus egent:eſt enim hçc na
turç regula vt impfectius generatione prçcedat imp/
fectũ: vt nono dĩ metaphyſicç.cõmento.13.ꝛ.8.phyſi/
cç auſcultationis. cõmento.58.vnde ꝛ materia ſuapte
nã poteſt recipere formas ſubſtãtiales ſine diſpoſitio/
nibus preuijs:at formç ſubſtantiales nõ poſſunt ineſſe
illi:niſi mediantibus illis.¶ Ad tertiũ rñdet Joãnes

Rñſio Joãnis.

primo phyſicoꝝ. ꝙ potentia illa abſoluta eſt qualitas
de ſecũda ſpecie qualitatis:at reſpectiuç ſunt relatio/
nes:quç inſunt mãç mediante illa prima,quaꝝ termi/
nus eſt agens. Hç nãqꝫ potẽtiç(quum ſint relationes)
vt ſubiecto:materiç inſunt. Ut vͦ fundamẽto:inſunt
primç abſolutç potentiç. At vt ad terminũ referuntur

Obiectio.

ad agens.¶ Contra obyciunt quidam noſtri cõtẽpo/
ranei:qꝛ ſi terminus talium relationuꝫ eſſet agens aut
vniuerſale:vt cçlum:ꝛ deus.vel particulare:vt Socra
tes.non particulare:qm̃ tale eſt corruptibile ꝛ genitũ:
ac potẽtia relatiua eſt çterna:non põt autẽ relatio eſſe
çterna:niſi terminus ſubiectũ:ꝛ fundamentũ ſint çter
ni.Si vͦ ſit agens vniuerſale:tunc potentiç non eſſent
infinitç. nam termino exiſtente vno: relatio vna erit.
¶ Scdo.forma eſt menſura mãç:qꝛ eſt eius pfectio:ꝛ
ſic ſalteꝫ materia refertur relatione tertij modi ad for
mã.¶ Tertio relatio tranſmutabilis ad tranſmutans
eſt poſt tranſmutationem. 5° metaphyſicç cõmento
20.Ulterius arguere ſolitus ſum contra fundamentũ
illarum potentiaꝝ:qꝛ eo dato : tunc principiũ eoꝝ quç
recipiuntur in materia : non eſſet dimenſio . nam illa

Defenſio

potentia eſſet prima.¶ Sed pace hoꝝ:videtur ꝙ hçc
argumenta nulla ſunt. Ad primã nõ eſt inconueniens
vnũ terminum eſſe plurium relationum: vt ſi vnus pa
ter plures haberet filios:vnica eniꝫ relatione numero
ad oẽs referretur:qñ quidem apud eos plura acciden/
tia numero nulla ratione poſſunt vni ſubiecto ineſſe.
Et hanc rñſionem dat ipſemet Joannes.4.phyſico/
rum. queſtione vltima. ſicut igitur terminus illaꝝ eſt
agens vl'e:videlꝫ cçlum:qd̃ quidẽ eſt vnũ re: ſed plura
habitudinibus.quç quidẽ non relationes ſunt:ſed mo
di relatiuorum. reducibiles in pdͥto relationis.¶ Ad
ſecũdã diceret Joãnes materiã ad agens ꝛ ad formaꝫ
referri:alia atqꝫ alia relatione.Ad agens quidẽ: modo
actui ad paſſiuũ per potẽtiaꝫ illam videlꝫ: quãdo qui/
dem potentia eſt principiuꝫ tranſmutãdi ab altero in/
quantuꝫ alterum:ꝛ ſic ab agente. Ad formã vͦ: modo
menſurç ad mẽſuratuꝫ:quã ob rem hçc relatio erit ra/
tionis a parte formç: realis vͦ a parte materiç. ¶ Ad
tertiã diceret ꝙ reſpectus nouus bene eſt poſt trãſmu
tationẽ:at reſpectus antiquus prçcedit tranſmutatio/
neꝫ.nouus quidẽ eſt ad agens:qꝛ trãſmutauit. antiquꝰ
vͦ:quia põt trãſmutari.Ad vltimam noſtram diceret
fortaſſe Joãnes:ꝙ nihil ante dimẽſionem recipitur in
materia:vt verbum illud ante : dicit ordinẽ temporis:
at vt dicit ordineꝫ naturç:fortaſſe potẽtia illa prior eſt
dimẽſione.¶ Sed dices recipit̃ ne illa affectio in mã.
igit̃ mediãte alia:ꝛ ita in infinitũ.Dicẽduꝫ ꝙ materia
ſeipſa recipit illaꝫ:vt hõ ſeipſo recipit riſibilitateꝫ:niſi
fortaſſe per pdͥcata primi modi:quç antecedũt pdͥca/
ta ſecũdi modi.¶ Sed dices ſi agens vniuerſale erit
terminus illarũ:tunc relationes illç nunqꝫ deſinere:qꝛ
ſubiectuꝫ fundamentũ ꝛ terminus ſunt çterni. Igitur
relationes. Niſi qs pro Joãne dicat.agens vl'e eẽ çter/
num qdeꝫ re:at generabile ꝛ corruptibile rõne:ꝛ habi
tudine.Et ſi dices:vnde illa habitudo deſinit eſſe quũ
nec terminus:nec ſubiectũ:nec fundamẽtũ deſinat eẽ.
Dici põt ꝙ deſinit:propter cõditionẽ neceſſario requi/
ſitam hoc eſt ꝓpter actionẽ agẽtis particularis.Et cer
te res hçc eget conſideratione. cçterũ tranſigamus ad
ſecũdam poſitionẽ:ꝛ dicamus ꝙ potentia materiç ab/
ſoluta eſt dimenſio materiç : ꝙ ſi ab illa diſtinguitur
tm̃ ratione diſtinguit̃ : non autem realiter. probatur
primo:quia materia eſt multa in potẽtia per dimẽſio/
nem interminataꝫ vt dicemus:ꝛ materia eſt multa in
potentia per potentiaꝫ generalem. igitur dimenſio eſt
potentia ſm rem.Secũdo dimẽſio eſt ꝓpriũ materiç:
ꝛ potẽtia ꝓpria eſt affectio materiç: quare erũt idem.
qua e re vna met res erit dimenſio ꝛ potentia abſolu/
ta.pro quanto quidem reddit materiam diuiſibilem:
dicit̃ dimenſio.pro quãto vͦ reddit eam potenteꝫ:erit
potentia.ꝛ ſic ſolum ratione diſtinguũtur.De potẽtijs
vͦ reſpectiuis iam dictũ eſt. His acceptis facile ſoluũ/
tur rõnes hincinde:quas tibi relinquo : ꝛ de potentijs
materie ſatis ſit.¶ Secũdo principaliter querũt vtrũ

Tertia qō principalis de cognitione materiç.

materia difficile intelligat̃.videtur ꝙ nõ:qꝛ poteſt in/
telligi per ſe.Tum primo: quia habet eſſentiaꝫ per ſe
diſtinctã ab omni alio.Tum ſecũdo: quia intelligitur
circũſcripto omni alio. ¶ Auerroes.2.metaphyſi.cõ/

Rñ. Auer.

mento primo ait: ꝙ intelligẽdi difficultas eſt duobus
modis:ex parte rei:ꝛ ex pte intellectꝰ.Subſtãtie qdeꝫ
enim abſtractç a pte rei facile intelligibiles ſunt.a pte
vͦ intellectus difficile.Materia vͦ ꝛ tẽpus ꝛ res eiuſ/
modi ecõtra ſunt. Nam e parte rei difficile:e pte intel
lectus facile concipiunt̃.Tunc ad queſtionem diceret
ꝙ materia difficile intelligit̃:difficultate ex parte rei.
¶ Ubi animaduertendũ eſt ꝙ per ſe itelligibile vno
modo dicit̃ quãdo non per aliud intelligit̃ vt forma.
Alio modo ꝙ lꝫ per aliud intelligatur:tamẽ hꝫ diſtin/
ctam intelligibilitateꝫ a quocũqꝫ alio. ꝛ hac rõne mã
dici põt intelligibilis per ſe:non autẽ pͥmo modo.tunc
pꝫ ꝙ materia difficultate e pte rei difficile intelligit̃:

qꝛ ratione alterius intelligit. ¶ Nam ſicuti ꝑ formaꝫ
eſt in actu: ita per illā intelligit. quidā quoꝝ ſtudiū eſt
in ꝯtradicendo: huic obyciunt. ꝙ omnis difficultas eſt

*Obiectio ma liuolorū.*

ex parte intellectus: ⁊ nulla ex parte rei. Nā omne diffi
cile ex parte rei: erit tale reſpectu cuiuſcūqꝫ intellect⁹:
⁊ ſic reſpectu intellectus diuini. ꝓbant aſſumptuꝫ: qm̄
qđ eſt tale ex parte rei: eſt tale per naturaꝫ: ⁊ qđ eſt tale
per naturaꝫ: eſt tale ſimpl'r. ⁊ qđ eſt tale ſimpl'r: eſt tale
ad quodcūqꝫ: quare ⁊ reſpectu intellect⁹ diuini. ꝓpter
qđ dicūt ꝙ materia difficile intelligitur ex parte intel-
lectus ⁊ nō rei: ꝓpter rōnes tactas. ¶ Auerroes multiꝫ
modis derideret argumētuꝫ iſtud. Nā. 3. celi cōmēto

*Reſpōſiones Auerrois.*

9. ait ꝙ illud qđ eſt tale per naturā: eſt tale ſimpl'r: dū-
modo ſit ens abſolutū. mō itelligibile ē tale reſpectu.
Nā referꝰ ad intellectū. ¶ Diceret ſcđo ꝙ materia pͣ
⁊ vniuerſaliter res gn̄abiles nullo mō intelligunt ab
intellectu diuino. qꝛ. 12. metaphyſicę cōmen. 51. de⁹ nō
intelligit niſi ſe. ⁊ ſic ꝯſequēs deberet eſſe tale. vꝫ. ꝙ re
ſpectu cuiuſcūqꝫ itellectus erit difficile: ad quē. vꝫ. re-
fertur modo intelligibilis ⁊ intell'us: qđ Auerroes con
cederet. Uerū pace eoꝝ. nec ipſi Auerroem: nec ſe itel-

*Ygnorātia. arguentium ꝯtra Auer. Difficile et facile quot modis.*

ligunt. ꝓpter qđ animaduertenduꝫ ꝙ difficile ⁊ facile
vno mō referūt ad res corporeas. ⁊ ſic difficile idē eſt
qđ laborioſuꝫ: facile vͦ abſqꝫ labore: vt dicim⁹ Socra-
tes facile fert pondus vel difficile. Et hac rōne diceret
Auerroes ꝙ omnis difficultas eſt ex parte noſtri: non
quidē intell'us: niſi per accidens: ꝓpter ſenſuuꝫ laborē.
Intelligētes quidē res paruę entitatis laboramus ſen-
ſibus: nō aūt intellectu. vt. 3. de aīa. cōmento. 6. dicit. ex
parte rei nullus eſt labor: qꝛ res ad hoc vt intelligant
nulla rōne laborant. Alio modo facile ⁊ difficile refe-
runt ad res intētionales. vt illud dicat facile ex pte in-
tellectus: ad qđ ipſe hꝫ ꝓportionē. illud difficile ad qđ
ꝓportionē non habet. Ex pte rei. illud facile qđ ad in-
tellectū habet ꝓportionem. difficile: ad qđ non: vt ma-
teria. Tunc patet ꝙ duobus modis eſt difficultas: ⁊ ex
parte noſtra: vt reſpectu ſubſtantiaꝝ abſtractaruꝫ. nā
ipſe ad nos: nō aūt nos ad ipſas ꝓportiones habem⁹.
⁊ intellige de ꝓportione exceſſus. at facile itelligimus
materiā: qꝛ ad eā ꝓportioneꝫ habemus exceſſus. ipſa
quoqꝫ difficile intelligit. qꝛ nullaꝫ hꝫ exceſſus rōnem:
ſed defectus. ¶ Tunc pꝫ ꝙ̄ inique Auerroē incuſant:
quū ⁊ Ariſtotel. hęc ſit etiā intentio in littera illa. ingt

*De intentio Ariſtotelis.*

enim. Forſan aūt ⁊ difficultate duobus modis exiſten
te: non in rebus: ſed in nobis eſt eius cauſa. vbi conſtat
verbū illud forſan cadere ſupra vltimū verbū eſt. naꝫ
aſſertiue ait duobus modis eſſe difficultatem. Sed du
bitatiue aſſerit illā eſſe ex pte noſtra. Huic expoſitioni
Alexan. aphrodiſius. ꝯſentit. ⁊ expoſitor Thomas: cę-
teriqꝫ oēs. Ad rōnes in ꝑncipio qōnis ſol'o pꝫ.

**¶ Et quando inuenit ſubſtātiales formas di
uidi ſm̄ diuiſionē huius ſubiecti. diuiſio au
tem nō eſt huic ſubiecto: niſi inquātum ha-
bet quantitatem ſciuit ꝙ principium eorum
quae exiſtunt in hoc: ſunt tres dimenſiones:
quae ſunt corpus.**

Cōmē. 18. ¶ Perfecit Auerroes declarationē naturę materię: nūc
facit aliud ꝑncipiū: ⁊ declarat primā ⁊ principalē eius
affectiōeꝫ: ſiue diſpoſitionē. Et ꝯcluſio eius eſt ꝙ tres
dimenſiones quę dicunt corpus ſaltē more geometrę
ſunt ꝑncipiū eoꝝ: quę exiſtūt in materia: enthimema-
ticę rem hanc perſuadet: duabus. vꝫ. propoſitionibus
acceptis: prima ꝙ ſubſtantiales formę diuidunt diui-
ſione materię. Scđa. diuiſio ineſt cuicūqꝫ ꝑ dimen-
ſionē: ſiue quantitatē. igitur dimēſio trina erit ꝑncipiū
eoꝝ quę in materia exiſtunt. Unde poteſt enthimema
ad tertiā figuraꝫ ſic reduci: diuidunt omnes formę ob
materiā. diuidunt omnes formę ꝓpter quātuꝫ: igitur
materia eſt quanta. ¶ Sed dices plus collegit in ꝯclu
ſione ꝙ̄ ſit emiſſum in ꝓpoſitionibus. Nam collegit
quātum eſſe principiū eoꝝ quę in materia exiſtunt. di-
cas ꝙ ſyllogiſmi vis eſt hęc. Diuidunt omnes formę
ob materiā pręcedentē: ⁊ tūc ſequit ꝙ materia ꝑcedēs
eſt quanta: ⁊ ita quātitas erit eoꝝ quę ſunt in materia
ꝑncipiū. ¶ Aiaduertēduꝫ ꝙ tam maior ꝙ̄ minor pn̄t
intelligi de diuiſione numerali: ⁊ diuiſione dimēſiua.

*Intell'us verborum Auerrois.*

formę enim diuidunt ob māꝫ: ⁊ ob ꝗ̄titateꝫ. In nume
ro. ⁊ in dimēſione. In numero quidē: vt ab Ariſto. col-
ligitur. 7. metaphyſicę. textu cōmēti. 28. ⁊ textu com-
mēti. 41. ⁊. 8° metaphy. textu cōmēti. 8. ⁊. 12° metaph.
textu cōmēti. 49. Similiter hoc ꝗ̄titatem diuidi acci
pit Ariſtoteles. 5. metaphyſicę. textu cōmē. 18. ⁊ ꝑ phy-
ſicoꝝ. textu cōmenti. 10. 15. In dimēſione aūt ꝑmo de
anima. textu cōmen. 67. ⁊. 43. Igitur quomōcūqꝫ res
intelligat: erit vera: ⁊ ad mētē Ariſtotel'. ¶ Sꝫ de qua
ꝑceſſione loquit: eſt queſtio: ait enim dimēſiōeꝫ eē ꝑn

*Difficultates*

cipiū: ⁊ oē ꝑncipiuꝫ eſt ꝑus. igitur quo mō prius. an ſꝫ
eſſe indiuiduale: an ſm̄ eſſe genericū. vtrū ſm̄ rōnem:
an ſm̄ rem. nāqꝫ ſi ꝑncipiū: quo modo principiū an vt
agens: an vt forma: an vt materia vel finis. quatuor. n.

*R° Joānis.*

ſunt principia: quatuor quoqꝫ cauſę. ¶ Joānes hic fin
git in expōne huius loci. qđ Auerroes itelligit de ꝑori
ſm̄ oē indiuiduū: videt enim velle ꝙ vna met res eſt
dimēſio terminata: ⁊ interminata. nā vtroqꝫ mō ineſt
cōpoſito: vt interminata gdeꝫ compoſito ineſt merito
māę: vt terminata vͦ merito formę. Amplius vt ꝑma
materia eſt vna numero ⁊ ſemꝑ cū forma: ſic dimēſio
vna numero ⁊ ſemꝑ cū terminis. ⁊ tūc habet dicere di
menſiones nō tm̄ pręcedere ratione terminos: ſed re:

*Rū. ꝓpria.*

quādo quideꝫ ſunt vt materia. ¶ Sed mihi videt. ꝙ
quę dicit Joānes etiā ſi vera: nō ſint ad ꝓpoſitū: Auer-
roes enim tm̄ vult habere dimenſiones eſſe priores ge
nere ipſis formis. ꝑores dico inꝗ̄tuꝫ principiuꝫ. Tum
diuiſionis formaꝝ: tum diſpoſitiuū. Tum ad materiā
reducibile. poſterius declarabit eas ꝑcedere numero
formas. ⁊ hoc eſt doctrine ꝯſonū. naꝫ generaliora ſunt
ꝑora ſpecialioribus. igit ꝑus de priori genere eſt agen-

*Obiectio. Rū.*

dū ꝙ̄ de ꝑori numero. ¶ Sed dices indiuiduū formę
eſt ꝑus indiuiduo dimēſionis. igit forma ꝑor dimēſio-
ne. Fortaſſe dicet ꝙ vt forma eſt ꝑor mā: ⁊ ecōtra: al'r
atqꝫ aliter forma gdē materia ꝑor eſt: ꝑoritate formę
ad māꝫ: cōtra aūt materia eſt ꝑor forma ꝑoritate ma-
terię ad formā vt dicit Auerroes. 7. metaphy. cōmen.
35. ſunt eni ſibi inuicē cauſę: ⁊ oīs omni vult eſſe ꝑma.
Sic forma eſt ꝑor dimēſione ꝑoritate formę: dimēſio
eſt ꝑor forma ꝑoritate materię. ⁊ ſic patet ſol'o ad oēs
qōnes. verum poſterius latius diſputabimus.

**¶ Et quum inuenerit in eis dimenſionibus
cōmunicari formas omnes: quarum queli-
bet habet quantitatem terminatam propri-
am: ſciuit dimenſiones terminatas vltimo
actu nō poſſe eſſe: niſi poſtꝙ̄ forma ſubſtan
tialis eſt in eo: ſicut eſt diſpoſitio de alijs exi-
ſtentibus in actu.**

Comē. 19. ¶ Secunda concluſio. quantitatis terminata ſequitur formam in materia: ⁊ nullo modo precedit eam: ⁊ ſyllogiçari poteſt ſic: proprium ineſt poſt ſubiectum. dimenſio terminata eſt propriū formę. igitur ineſt poſt formam. De ſyllogiſmo accepit tantū vim minoris. quum inquit eas conuenire in cōmunibus dimenſionibus atq; ſingulam habere propriam. Addit ꝙ ſimili ratione ſyllogiçari poteſt de alijs accidentibus: nam cętera accidentia: vt interminata pręcedunt formas vltimas. at vt terminata ſequuntur illas: quia vt ſic efficiuntur propria accidentia formis. hęc cōcluſio poteſt ex verbis Ariſtotelis hinc inde colligi. nam ex ſecūdo de generatione. textu commenti. 41. patet clare. itēq; ſignatio et determinatio non ſequuntur materiam: quum illa tm̄ recipit: ſitq; in finitudinis potius cauſa tertio phyſicorum: textu commenti. 59. 60. ac. 67. Propterea non agit. 12. metaphyſicę. textu commenti. 30. nec ſibi terminum limitabit: quare ſapide dixit terminos eē ob formas. Sapidius quoq; octauo phyſicorum: commento. 4. et. 3. cęli. commento. 28. ⁊ quarto cęli. commento. 22. ait. agens tātū dare de accidentibus: quantum de formis: quando quidem accidentia vt terminata: ſint propria formis. etiam omnis forma habet qualitates: ⁊ quantitatē terminatas ad maximum et ad minimum.

¶ Inuenit etiam ꝙ ſubiecta omnium accidentium ſunt indiuidua ſubſtantiae: quae ſunt in actu de quibus declaratum fuit ab eo eſſe compoſita ex formis ⁊ ſubiecto: q̄d eſt in potentia.

Comē. 20. ¶ Secundo arguit ad idem: ſubiectū ⁊ quęlibet pars ſubiecti eſt prius accidentibus: maxime terminatis: de quibus loquimur. Indiuidua ſubſtantię vel formę ſunt ſubiecta omnium accidentium terminatorum. igitur ſubiecta vel formę ſunt priores accidentibus. ¶ Animaduertendum eſt indiuidua ſubſtantię eſſe ſubiecta omnium accidentium: ratione quidem materię: ſubiecta ſunt dimenſionem interminatarum. Ratione vo formę dimenſionem et omnium accidentiū terminatorum. Nec obſtat ꝙ cęlum eſt ſimplex: et recipit accidentia. Anima quoq; rationalis ſimiliter. ¶ Nam Auerroes loquitur de accidētibus materialibus: vel fortaſſe ambo ſunt ex materia ⁊ forma ſuo modo. Uerum compoſitum ęternum differt a compoſito corruptibili: lꝫ enim vtrūq; propter formam accidentia recipiat: tamen ęternum compoſitum recipit illa propter formam tanquā per medium diſpoſitiuum: non receptiuum. ac compoſitum generabile ꝓpter formam: vti per medium ⁊ receptiuum: ⁊ diſpoſitiuum. huius differentię argumentum eſt: ꝙ forma compoſiti generabilis cum recipiat eſſe a materia: efficitur potentialis: ⁊ receptiua at forma compoſiti ęterni: cum det eſſe materię tm̄: non potentialis eſt: ſed purus actus: ⁊ ſic ſi diſponit ſubiectū: tribuitq; illi naturam recipiendi: ipſa propter ſui puritatem non recipit: nec effecta eſt potentialis.

¶ Et accepit etiam ſignum ex hoc: quod hoc ſubiectum recipit accidentia contingentia in eo quod non eſt ſimplex: quoniam ſi eſſet ſimplex actu: non poſſet recipere accidentia: pati enim contrarium eſt ipſi actui.

¶ Signum illud poteſt ſic componi: ſubiectum recipit accidentia contingentia non vt actus purus. igitur vt mixtum cum potentia: tale eſt compoſitum. antecedēs declaratur: quia actus purus non recipit. Comē. 21. ¶ Dices Auerroem arguere ab inſufficienti: quia lꝫ non recipit vt actus: recipit vt pura potentia. Difficultas rationis. Et ſic ratio deberet eſſe hęc: ſubiectum nec vt actus purus: nec vt potentia pura recipit: ⁊ recipit illa. ¶ Igitur vt mixtum ex vtroq;. Reſpōdeo. Dici poteſt ꝙ Auerroes ſupponit materiā ſiue puram potentiam nihil recipere: niſi interminatum accidens. itemq; ſubiectum ipſum recipere illa: ꝙ ſi recipit: ⁊ non vt pura materia: vt petit: nec vt pura forma vt probat. igitur vt mixtū ex vtroq;. ¶ Hęc fere omnia colligi poſſunt ab Ariſtotele partim ſecundo de anima. textu commenti quarti. ⁊ 7. partim p̄mo de generatione. textu cōmenti. 54. qua e re bene Auerroes ſeptimo metaphyſicę: cōmento ſc̄do ait. ꝙ indiuiduum compoſitum prędicamenti ſubſtantię eſt prius indiuiduo predicamenti accidentis. Q̄ ab Ar. His itaq; tribus rationibus patet accidentia terminata cuiuſcunq; prędicamenti ſequi formas: ſubiectiſq; ineſſe propter formas ipſas. at ipſa interminata ſequi materiam: ſubiectiſq; ineſſe propter materiam.

¶ Et quia inuenit omnes formas communicari in dimenſionibus non terminatis: ſciuit ꝙ prima materia nunquā denudatur a dimenſionibus non terminatis: quia ſi denudaretur: tunc corpus eſſet ex non corpore: ⁊ dimenſio ex non dimenſione: ⁊ tunc formae corporales eſſent contrariae: ⁊ ſuccedentes ſibi in hoc ſubiecto: ſicut eſt diſpoſitio de formis ſubſtantialibus.

¶ Tertia cōcluſio magis ſtricta eſt. Perpetuo vna numero dimenſio interminata eſt materię primę coęterna. Comē. 22. hoc eſt ꝙ nunꝙ materia denudetur ab his dimenſionibus interminatis numero: cum quibus ſtetit ab ęterno. loquor ingenue: propter ſophiſtas: quorum capituncule mihi patent. Probat rem enthimemate ſic: omnes formę quę de nouo generantur communicant in dimenſionibus interminatis numero eiſdē. igitur dimenſiones interminatę eędem numero ſunt materię coęternę. Conſequentia non aliter deberet probari: ꝙ vt eam de materia probat Ariſtotelis vbiq;. hac enim rationis formula. Ariſtotel. probat materiā eſſe vnam numero omnium formarū: quia omnes formę communicant in materia vna numero. ꝙ ſi valet de materia: etiam et de dimenſionibus valebit. verum Auerroes deducit conſequentiam ſimili rationis formula: vt Ariſtoteles fecit de materia. arguebat enim Ariſto. ſi materia vna numero non prefuiſſet. tunc generata non eſſent ex materia. Et ſic materia fieret vna cum formis. ⁊ tunc materię eſſent contrarie ſuccedentes ſibi in eodem ſubiecto: quod relinquit tāquā manifeſtū impoſſibile. Simili ratione ⁊ Auerroes arguit. nam ſi denudaretur: tunc corpus eſſet ex non corpore: ⁊ dimēſio ſiue quātū ex non quāto. ⁊ ſic formę corporeę hoc eſt ipſę dimēſiones eſſent contrarię: ⁊ ſuccedētes ſibi in hoc ſubiecto: vt formę ſubſtantiales ipſę. Ecce quo modo non mutato verbo rationis formula hęc eſt illa Ariſtotelis. Accedit ad hęc ꝙ Ariſtoteles ipſe ad verbus enthimema eiuſmodi fecit tertio cęli textu

Dubitationes circa rõnem. Pria pō. commenti.64.⁊.29. ❡Sed ambigunt: quia corpus ex non corpore: ⁊ dimenſionē ex non dimenſione fieri non eſt inconueniens. Jmmo neceſſariũ: quũ vnũquodqꝫ ex ſua p̄uatione fit: vt tradit Ariſtotel'. ❡Quidam noſtri contemporanei de intentione Joannis petunt primo ꝙ omne generans ſit corpus: vt.7. metaphyſicę commento.31.⁊ primo cęli.commentis. 22. et 33.cuius argumentum eſt: quia a ſimplici ⁊ inuariabili non prouenit nouum.8.phyſicorum:textu commenti.46.⁊ ſcd̃o de generatione.textu commenti.56.quod Auerroes enititur affirmare.8.phyſicorum:commento.15.Petunt ſcd̃o generans eſſe ſimul cum generato: vt primo de generatione:textu commenti.44.et.78. ⁊ ſeptimo phyſicorum:cõmento.10. Ex quibus ſequetur corpus eſſe ſimul cum genito in tertia figura: ſic. Omne generãs eſt ſimul cum genito. Omne generãs eſt corpus.igitur corpus eſt ſimul cũ genito:tunc ſubaſſumendo ſyllogiſmus augetur ſic. omne exiſtens cũ alio ſimul:tangit illud:⁊ cum eo habet vltima ſimul: vt primo de generatione. textu commenti.44.⁊ quinto phyſicorum.textu commenti.21.corpus eſt ſimul cũ genito:vt patuit:quare habet corpus vltima ſimul cum illo:⁊ tangit ipſum.his acceptis arguunt.ſi corpus fieret:ſiue dimẽſio ipſa generaretur:tunc eſſet corpus ex non corpore:⁊ ex corpore:quod eſt contradictio.Ꝙ quidem ex corpore:facile patet ex acceptis:⁊ ſubacceptis: quia generans eſt tangens ⁊ hꝫ vltima ſimul cũ materia in qua agit:quare materia eſt pręcorporea et quanta.igitur corpus erit ex corpore. quod vo ex non corpore:patet etiam:quia ſiue prępoſitio ex. dicat habitudinem termini a quo:ſiue cauſę materialis: ſemper omne quod fit:ex priuatione fit.Sit igitur corpus ſi fieret:⁊ ex corpore ⁊ ex non corpore fieret.Auerroes itaqꝫ ſupponens primã conſequentis partem. videlꝫ. ꝙ corpus ex corpore fiat: deducit ꝙ ex non corpore: quaſi vtens breuilogo. Obiectio ꝯ illam. ❡Scioli noſtri contra obijciunt.Tum ꝙ nõ ſemper agens ⁊ patiens ſunt ſimul: vt Auerroes ipſemet profitetur primo de generatione:commento.45.Tum ſecundo ꝙ de mente Joannis phantaſma generat ſpeciem in intellectu materiali: vbi conſtat phantaſma eſſe quãtum ſaltem per accidens ad ſenſoꝝ diuiſionem:intellectus vo eſt indiuiſibilis:qua e re corpus agit in nõ corpꝰ.nec valet dicere phantaſma agere virtute intellectus agentis: quia ſic omnia agentia naturalia agunt virtute dei. Aliter fingunt.materia recipit generationem ab agente corporeo.igitur eſt indiuiduum. igitur quantum ⁊ corporeum:quando quidem dimenſio ⁊ quantitas eſt principium indiuiduationis primo phyſicorum: commento.6.quare pręfuit dimẽſio:⁊ corporeitas.igitur ex corpore fiet corpus:⁊ ex non corpore etiam. Impugna° ❡Deductiones hę re vera friuolę ſunt. Nam intentio Auerrois eſt probare ꝙ dimenſio interminata vna numero ſit ſemper in materia:diceret itaqꝫ aduerſarius ꝙ materia eſt quanta quantitate pręcedenti: vſqꝫ ad inſtans generationis:at genitum corruptis omnibus quę pręfuerunt:erit quantum:⁊ quale:vbi:⁊ quando:⁊ id genꝰ per quantitatem ſequentem ⁊ qualitatem.⁊ id genꝰ: vt diuus Thomas aſſerit in libro de principio indiuiduationis. Et maxime ſecunda deductio eſt friuola: quum petat dubium pro approbatione alterius dubij: Rº ad obiectiões p̄mas. quia vtrum quantitas ſit principiũ indiuiduationis: eſt valde ambiguum. ❡Uerum vtcunqꝫ res ſe habeat: obiectiones contra p̄mam deductionem nullę ſunt.prima non:quia Joannes loquitur in actione corporea.Secũda minime:quia apud ipſum phantaſma non eſt agens ſpeciem vel intellectionem. ⁊ ſi eſt: erit partiale tantum:de quo in libro de anima. ❡Tertij Tertia pō multo puerilius dicunt Auerrois conſequentiam patere: vbi enim corpus vel dimenſio interminata fit: mox ſequitur.igitur ex non corpore:ac non dimenſione:quando quidem omne quod fit: ex priuatione fiat. Sed ꝙ conſequens ſit falſum ⁊ impoſſibile eſt illud quod debet probari: ad hoc vt antecedentis inferatur falſitas.Quod itaqꝫ conſeq̄ns ſit impoſſibile:perſuadent.Tum ꝙ vbi corpus ex nõ corpore fieret:indiuiſibile efficeretur diuiſibile:quod eſt impoſſibile:vt albedinem effici nigredinem.aut eſſe non poterit niſi quis fingat indiuiſibile extendi: quod eſt inconceptibile: queadmodum nemo concipiet diuiſibile effici indiuiſibile.p̄mo de generatione:commento.9. ❡Pręterea ſubiectum ſiue terminus a quo:⁊ terminus ad quem: non opponuntur:diuiſibile autem ⁊ indiuiſibile opponuntur:quare vnũ alteri non ſubijcietur. Rurſus fieri nequit vt indiuiſibile recipiat rem diuiſibilem:recipiens enim diuiſibile neceſſario eſt diuiſibile.Quibus patet eſſe impoſſibile corpꝰ effici ex nõ corpore: quare corpus non generatur:ex oppoſito enim conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis.primo priorum:non generatur:⁊ eſt:igitur eſt ęternum vnum numero omnibus cõmune:vt materia ipſa eſt. conſequẽtia tenet. ex negatiua cum conſtantia ſubiecti ſequitur affirmatio.ſecũdo de interpretatione. Hęc igitur tertia deductio ſic poteſt colorari. ❡Dico hunc tertiũ declara- Impugna° tionis modum eſſe puerilioꝛem: prima quidem ratio petit.nam neceſſarium eſt diuiſibile (cum fit) ex indiuiſibili fieri: vel vt e termino e quo: vel vt e ſubiecto. quando quidem vnumquodqꝫ quod fit: e ſuo fiat contrario. ❡Ad ſecũdam dicerem ꝙ tãquam e termino e quo indiuiſibile efficitur diuiſibile: ⁊ econtra.priuatio enim indiuiſibilis res eſt quę tamen e forma ipſa fit:quę eſt res diuiſibilis.ſi intelligis tanquam ex ſubiecto.poteſt etiam concedi.nam actu indiuiſũ poteſt effici diuiſibile:album poteſt eſſe nigrum. nam materia actu indiuiſa:poteſt effici corporea.tertia etiã ceſſat.nam vt album poteſt recipere nigrum : hoc eſt id quod eſt albus recipiet interdum nigrum : ſic indiuiſum poteſt recipere diuiſionẽ. Deductiones igitur hę friuolę ſunt:⁊ rem logicam non ſapiunt. ❡Uidetur Pō p̄pria igitur mihi ſaluo meliori ſemper iudicio: conceſſaqꝫ licentia dicendi aliter:ſi aliter occurrit.Rationẽ Auerrois eſſe enthimema e primo ad vltimum ſic. Si corpus ac dimenſio illa numero interminata fieret. Tũc per rationem generationis fieret ex non corpore: ⁊ nõ dimenſione.Ultra ex non corpore:⁊ non dimenſione.igitur dimenſiones eſſent contrarie in eodem ſubiecto ſibi ſuccedentes: vera ratione contrarietatis.Dico ſuccedentes vt formę ſubſtantiales ſibi inuicem ſuccedunt in eadem numero materia.quod vltimum cõſequentis eſt contra Ariſtotelem in prędicamentis. Deductio vltię conſequentię. ❡Sed quo modo vltima conſequentia deducatur: opus eſt conſideratione.poteſt igitur deduci p̄mo accipiendo dimẽſionem ſimplr acceptam non cõſequi formã ſubſtãtialem:vt p̄priũ accidens ꝯſequitur ſubiectum: non enim dimenſio ſimplr vt dimenſio magis hanc q̃ illam ſibi formã limitat:ſed indifferenter põt ſtare cum qualibet:quando quidem ſit accidens cõe: atqꝫ ꝯtingens vt pro parte. 4.cęli.cõmen.40.colligiť.

Tunc

Tunc arguitur. accipitur per intellectus dimēſio p̄cedēs illa numero q̄ p̄fuit generando non cōſideratis terminis vel illamet remanet vel in tranſmutatione deſinit: ſi remanet pari rōne reſpectu cuiuſqꝫ formę: ⁊ ita ęterna materie ſimpliciter. Si deſinet vel quia ꝓpria formę p̄cedēti vel q͛ propter aduentum formę ſequentis ſuccedit alia quantitas huic contraria. q̄ ſecū ſtare nō pōt. nō p̄mū: q̄n quidem accepimus dimenſionem ſimpliciter acceptam non eſſe proprium formę. igitur ⁊ propter ſucceſſionez veri contrarij. Et hoc erat conſequens Auerrois. ¶ Aut poteſt ſecundo deduci ſic. Omne accidēs cōmune ⁊ indifferens tam p̄cedenti q̄ꝫ ſequēti formę corrumpitur per ſucceſſum veri contrarij: quod cum forma ſequenti ducitur vt primo de generatione. cōmen. 24. ⁊ ſecundo eiuſdem cōmento. 27. ⁊ primo phyſicorum. textu cōmenti. 60. Sꝫ dimenſio ſimpliciter accepta eſt accidens commune ac indifferens tam ſequenti q̄ꝫ pręcedenti vt nunc petimus quare vbi deſinet eſſe: deſinet propter contrariuꝫ. Et hęc deductionis ratio patet.

Scda deductio.

¶ Et hoc totum conuenit ſenſui. videtur enim ꝙ forma caliditatis agente in aquam: aquā augeri ⁊ creſcere in dimenſionibus ⁊ vicinari dimenſionibus aeris: quū igitur peruenit ad maximam quantitatem aque: tunc ſubiectum eius denudatur a forma aque ⁊ quantitate dimenſionuꝫ aquae propria: ⁊ recipit formaꝫ aeris ⁊ quantitateꝫ dimenſionum propriarum formae aeris: ⁊ ſimiliter facit contrarium forma frigiditatis in aere: ſcilicet ꝙ dimenſiones aeris nō ceſſant diminui donec ſpolietur a ſua forma ⁊ recipit formam aquae.

Cō. 23. ¶ Conſuetudo eſt ſapientum. poſt demōſtrationes inducere exemplum ſenſibus conformę. vt ratio demōſtratiua reddat̄ magis ſenſata ⁊ quaſi geometrica. vt primo celi. cō. 22. ⁊ 8. phyſicoꝝ. cōmen. 22. ⁊ 65. Auerroes igit̄ nunc enitit̄ exēplū inducere conformę ſenſatis ⁊ pꝫ. Animaduerſione tn̄ dignum Auerroē exēplum hoc ad verbū accepiſſe ab Ariſto. 4. phyſico. textu cōmē. 84. ¶ Sed ambigunt contra exemplum. Nā videtur ipſe concedere maximam raritatē cū qua pōt ſtare forma aquę ⁊ minimā. ſil̄r cū qua forma aeris: ⁊ ita dat minimū ⁊ maximū: qđ oibꝫ ſophiſtis diſplicet. Et q̄ꝫq̄ꝫ res hęc perſępe legendo pluribus tetigeriꝫ locis: q̄dam ⁊ potiora tangere: non erit inutile. ¶ Contra. itaqꝫ hęc ſequit̄ p̄mo motū eſſe in inſtanti vt alterationem augmentationem ⁊ eiuſmodi. quodlibet enim minimum acquirit̄ in inſtāti: ſ͛m qđ fit trāſmutatio. Hoc autem deſtruit Ariſtoteles. 6. phyſicorum. Tū ꝙ vnus motus eſt altero velocior. Tum ꝙ in eodem nūc eſſet motus ⁊ quies. Secūdo. tunc rei permanentis daretur vltimum. Nam applicetur agens condenſans minimo cōdēſato in inſtanti quod eſt p̄ſens. pꝫ ꝙ nunc in hoc inſtanti eſt minimum illud: ⁊ imediate poſt hoc non erit. igitur fuit illud vltimū. Tertio. omne agens naturale citius agit in partem propinquam q̄ꝫ in remotam. igitur inductio nō fit ꝑ minima. Quarto. ſi p̄mum minimū inducitur in inſtanti. q̄ro de ſecundo an in tempore inducetur an in inſtāti. ſi in tempore pari rōne in p̄mo. igit̄ per partem poſt partē: ſi in inſtanti: cū inſtans non ſit inſtāti imediatum. tūc inter p̄mū ⁊ ſecundum tp̄s mediabit: queraꝫ itaqꝫ in tempore medio: cur agens naturale non impeditū approximatū paſſo ſufficienter diſpoſito nō agit. Multa quoqꝫ alia poſſunt addi: quę doctꝰ vir ex his facile diiudicabit.

q. de minimo naturali 4°.

Argumēta contra Auerro.

¶ Animaduertendū ꝙ vt de maximis ⁊ minimis eſt multiplex poſitio ſic de motu. ¶ Sophiſtę itaqꝫ oēs tenēt nullius rei naturalis dari minimū vl̄ maximū. hoc eſt nec inequali nec in q̄ꝫto: ⁊ tūc iſti tenent quēlibet motū eſſe ſucceſſiuū ⁊ cōtinuū: ⁊ augmētū eſt: q͛ ꝯtinua motus ſucceſſio eo fit: ꝙ forma ſucceſſiue ⁊ ꝯtinuo fluit ꝑ partē poſt partē: vt in motu locali ob vbi quod ſucceſſiue fluit. In alteratione ob fluxū qualitatis. In augmentatione ob quātitatē. ¶ Alij motū localē ⁊ alterationē ſucceſſiuos ⁊ continuos eſſe concedunt ob qualitatē: ⁊ vbi q̄ per partem poſt partem fluunt: at motū quātitatis eſſe ꝑ minima: quia augmentatio eſt quędam aggeneratio. ¶ Expoſitor Thomas opinat̄ qualitatis eē minimum quo ad quātū. nō autē quo ad gradū ſiue quale. Tunc dicit. Motū localē eſſe ſucceſſiuū ⁊ ꝯtinuū propter vbi: quod ſucceſſiue ⁊ cōtinuo fluit: itemqꝫ alterationē eſſe ſucceſſiuam ⁊ continuaꝫ quo ad gradus. nō aūt quo ad partes ſubiecti: quū fiat per minima. ¶ De augmentatione: cū ſit quędā aggeneratio: dicit vt de generatione. ¶ Alij ad mentem Auerrois opinātur omnium eſſe minimuꝫ in quali ⁊ quāto p̄ter vbi: ⁊ ſic concedunt minimam qualitatem in gradu minimam in quanto quo ad ſubiecti partes: minimā quo ad q̄ꝫtitatem aggeneratam: ⁊ minimū de quolibet generato. Tunc de motu dicunt ſolū localeꝫ eſſe ſucceſſiuū ⁊ continuum: cęteros autem fieri per minima ⁊ ſucceſſiuos non continuos. huius cauſam ait Auerroes. 8. phyſi. cōmē. 23. ꝙ omnium eſt dare minimū inquantū naturale p̄ter magnitudinē ⁊ quantitatē: quarū vt ſic non dat̄ minimū. conſtat aūt motū localē fieri ſupra ſpatio vt q̄ꝫtum ⁊ magnum. quare ſolus ipſe eſt continuus ⁊ ſucceſſiuus.

Pria pō.

Scda pō.

Diui Thome pō.

Altia pō.

¶ Quę haruꝫ ſit verior: nunc non determino: veruꝫ probabiliter ſuſtineo vltimaꝫ opinioneꝫ: quā videt̄ Aurroes hic tenere. ¶ Vbi animaduertendū gradū eā formę particulam appellare Auerroeꝫ quaꝫ agens naturale non impedituꝫ cuꝫ omnibus alijs poteſt momentanea actione producere: propter quod minima qualitas in gradu vel minimū in quali dicitur veluti caliditas vt vnuꝫ. Minimū in quanto Auerroes appellat totū illud vel totaꝫ illaꝫ partē ſubiecti: quantā agens naturale non impeditū cum cęteris neceſſarijs poteſt momentanea actione qualificare vt minimū corpus calefactū. ¶ Ex ijs ſequitur ꝙ minimū in quali hoc eſt gradus formę ęque cito introducitur ab imbecillo agente. vt a pollenti. nā in minimū ęque pn̄t vt per diffinitionē minimi pꝫ. ¶ Scđo animaduertēdū ꝙ agens ibecillū ⁊ pollens nō differūt penes effectuꝫ primo productū. vt ſophiſtę opinant̄. Nā vtrunqꝫ primo ęque cito poteſt in minimū: ſed penes multitudinē ꝓductoꝝ inęquali in tp̄e. Nā pollens agens poſtq̄ꝫ momentanea actione ꝓduxit p̄mū minimū producit ſcđm nō multo tempore intercepto: at ibecillū poſtq̄ꝫ produxit primū. maiori tēpore elapſo ꝓducit ſcđm: quare agens pollentiꝰ erit: qđ in ęquali tp̄e produicit plura: vel in minori ęqualia: vel eſt aptū natū producere. ¶ Quo fit vt ſolus motꝰ in loco eſt continuo ſucceſſiuus. Nā ille ſolus fit per partē poſt parteꝫ continuo ſucceſſiue: quia fit ſupra ſpatio in eo quod quantū. Alij omnes cum fiant per minimū poſt minimū mediate ſunt ſucceſſiui: non eutez continui: niſi per rōnem generis. ¶ Ad p̄mā itaqꝫ concedo ꝙ quilibet motus excepto locali fit ſubito: lꝫ totus motus a p̄mo minimo vſqꝫ in vltimū in quo ſubm ip̄m geſcit fiat in tp̄e: vt ſi debeat calefieri a lignū: q̄lꝫ eiꝰ ꝑs minimā calefit in nō tp̄e: totū tn̄ in tp̄e: multis. vꝫ. calefactionibꝰ numero ⁊ minimis. ſic igitur calefactio minimi fit ſubito. inductio q̄qꝫ gradus minimi fit ſubito calefactio vͦo oiuꝫ minimorū iductio ēt oiuꝫ graduū alicuius fit in tp̄e. Et ꝑ hoc va-

Iudicium poſitionū. Quid minimum in quali: ⁊ q̄d in q̄ꝫto.

Correlariuꝫ pulchꝝ.

Agens. Pollens. Deficiēs.

Solus localis continuo ſucceſſiuus.

Reſpōſiones.

let ratio Ariſtotelis.probat enim motuz eſſe ſucceſſiuuz. non autem continuuz. Naz alteratio minimi eſt ęque velox.alteratio vō tota quę eſt omnium minimorum : non omnis eſt ęque velox.Similiter ſi tenetur continuuz cōponi ex indiuiduis ſequitur ſimul eſſe motum ⁊ quietez: at ſm Auerroem qui tenet ꝙ primum minimum generatur ſubito.Secunduz quoqz inter vtrūqz tempoꝛe intercidente:non ſequitur. ℂ Ad ſcōm negatur conſequentia:⁊ ideo ꝙ primuz inſtans applicati eſſe eſt primuz non eſſe illius.Et ita negatur ꝙ in hoc inſtati quod eſt pſens ſit:qꝛ illud eſt pmuz applicati eſſe:quod eſt primum non eſſe minimi. ℂ Sed dices vel applicatur enti vel non enti.ſi non enti:applicatio nulla erit:nō enti eniz nihil applicatur.ſi enti.igitur primuz iſtans applicationis ſiue applicati eſſe non erit primuz non eſſe illius.Secundo oēz corruptionem pceſſit alteratio.Si igitur nunc primo minimuz coꝛrumpitur prius alterabitur.igitur primuz inſtās applicati eſſe non eſt primuz non eſſe illiꝰ.Dici poteſt ad primuz ꝙ applicatur enti ⁊ non enti.Enti quidem in potentia ⁊ non enti in actu:quod ſatis eſt. ℂ Ad ſecundum omnem coꝛruptionem pręceſſit alteratio capiendo coꝛruptionem per rationem generis:vt.6.phyſicoꝛuz.cōmento 15.At per rationem ſpeciei non eſt verum.vel foꝛtaſſe eſt veruz:non quidem in eadem ſed in diuerſo a paſſo:quod ſatis eſt. ℂ Ad 3am.Auerroes negaret illam maximam. Nam apud eum agens naturale ęque cito pꝛoducit effectuz in partem pꝛopinquaz vt in remotaz infra ſphęram actionis.Si dices.melius applicatur parti pꝛopinquę q̄ remotę.igitur citius aget:negaret antecedens:nam infra ſphęraz actionis ęque melius applicatur parti ⁊ toti. ℂ Ad 4am diceret Auerroes ꝙ ſi argumentuz intelligit de minimo in quanto agens alterat primuz minimuz in non tempoꝛe:deinde illud primuz minimuz alteratū virtute agentis alterat ſecunduz:⁊ ſic vſqz in finem tamdiu q̄diu durat vis agentis. Si de minimo in quali: hoc eſt de gradu : ſic agens applicatuz pꝛimo minimo pꝛoducit pꝛimaz minimaz qualitatez:⁊ in ſecundo inſtanti mediato pꝛoducit ſecūdaz:⁊ ſic conſequenter. ℂ Si dices quid reſiſtit ſibi ne continuo actio pꝛocedat.Diceret illud eſſe tam ex limitatione agentis q̄ limitatione rei pꝛoducende q̄ quoqz ex oꝛdine pꝛoductoꝛuz naturali. Reſiſtit igitur paſſuz ne pꝛoducto pꝛimo continuo pꝛoducantur ſecunduz ⁊ tertiuz ⁊ reliqua in virtute oꝛdinis naturalis cōſurgētis ex limitatione agentis ⁊ rei pꝛoducendę.Sic igitur non ignoꝛanter Auerroes in exemplo accepit eſſe minimaz ⁊ maximā raritatē.Alia vō quę dici ſolēt:dimitto dicenda in libꝛo cęli.libꝛo phyſicoꝛuz.⁊ alibi.

ℂ Dimenſiones igitur ſimplices que appellantur coꝛpus ſimplex non denudātur a pꝛima materia:ſicut nec alia accidentia cōmunia omnibꝰ coꝛpoꝛibus contrarijs:aut duobus eoꝛum ad plus. Verbi gratia.diaphanitas in qua cōmunicant ignis ⁊ aer.

Cō.24.
Multiplex differētia accidētiū.

ℂ Hęc eſt finalis ⁊ intenta ꝯcl'o.Et q̄ dicit patent. ℂ Verum animaduertendum ꝙ accidentia ſunt in multiplici differentia:quędam ſunt cōmunia omnibus generatiz:tā videlicet mixtis q̄ ſimplicibus vt dimēſio ⁊ nōnullę nominibus ignotę qualitates.Et hęc poſſunt conſiderari vł ſimpliciter vt interminata:vel vt pꝛopꝛys terminationibus ſunt ſtabilita.Ut quidez interminata inſunt quidez compoſitis verum ratione materię.vt vō terminata inſunt compoſitis:ſed ratione foꝛmę.Quędam ſunt cōmunia mixtis tm̄: vt albedo nigredo ⁊ id genus. Quę quidem vt interminata ſunt quidez in mixto:ſed ratione elementarię mā̄ę.vt vō terminata ſunt in mixto:ſed ratione foꝛmę mixti. ℂ Quędam ēt ſunt cōmunia tm̄ ſimplicibus ſiue omnibus ſiue pluribus vt diaphaneitas vel raritas:quę vt interminata elemētis inſunt:ſed ratione primę materię.vt interminata inſunt compoſitis : ſed ratione foꝛme elementarię.Quędaz ſunt pꝛopꝛia vni ſpeciei ⁊ cuilibet indiuiduo eius tm̄ vt pꝛopꝛię affectiones : quę omnino inſunt compoſitis ⁊ ratione foꝛmę.De accidentibus itaqz cōmunibus taz mixtis q̄ ſimplicibus nō eſt dubitanduz ꝙ illa vt interminata manēt eadem in generato ⁊ coꝛrupto:quia vt ſic non habent contrariuz vt pꝛobauit hic. At de accidentibus cōmunibus tm̄ ſimplicibus omnibus ſimiliter.⁊ eniz manet eadez in generato ⁊ coꝛrupto:ac materia ab eis nunquā abſoluitur.Si de accidētibus cōmunibus ſoluz mixtis.Joannes dubitat an maneant eadem in generato ⁊ coꝛrupto.veruz apud Auerro. dicendum eſt ꝙ manēt eadem in generato ⁊ coꝛrupto:qm̄ generatū ⁊ coꝛruptuz ambo ſunt mixta:at quando e mixto fit ſimplex non manent:⁊ pꝛopterea non ſunt materię coęterna.quando eniz ex viuo fit cadauer eadez cicatrix numero in vtroqz manet.vt Auicenna inquit pꝛimo ſuę ſufficientię.capite.7.non autē quādo reſolueretur ad elementa cuz cicatrix non ſit cōmune illis.Ubi vō accidentia ſint pꝛopꝛia.Jlla deſinunt deſinente foꝛma:incipiūtqz ea incipiente. ℂ Circa hęc querunt pꝛimo vtrum dimenſiones interminatę ſunt materię coęternę:ac ęedē numero in generato ⁊ coꝛrupto pcedentes omnes foꝛmas ſubſtantiales.Latini fere omnes.quoꝛuz pꝛinceps eſt diuus Thomas dimenſiones interminatas aiunt mā̄ę pſſe ſm rōnē:ac coęternas eſſe ſimiliter ſm rōnez.eaſdem quoqz numero ſm rationem non quidez indiuidui ſpeciei vltimę ſed generis.Autumat eniz diuus Thomas ꝙ qualis oꝛdo eſt in foꝛmis talis eſt ⁊ in accidētibus.in foꝛmis aūt hic eſt oꝛdo ꝙ foꝛma coꝛpoꝛis pcedit omnes alias minus vniuerſales.ideo accidens conſequens foꝛmam coꝛpoꝛis eſt pꝛius accidētibus aliaruz foꝛmarum.vnde qꝛ foꝛma coꝛpoꝛis ſm rationem eſt interminata.ideo ⁊ dimenſio ſm rationem eſt interminata.itemqz quia illa foꝛma coꝛpoꝛis ſm rationem eſt ęterna:⁊ quantitas ſimiliter. Sic igitur dimenſio interminata eſt materię coęterna ſm rationē:quomodo vniuerſale habet eſſe ęternū apud Auerroem:non autem ſm rem.Ueruz quia vna eſt foꝛma coꝛpoꝛis ⁊ huius indiuidui realiter ⁊ non differunt niſi ratione:ſequitur ꝙ realiter dimenſio interminata ſequit̄ hāc foꝛmam indiuidui:lꝫ ſm rationez pręcedat illā. ℂ Pro hac poſitione inducamus omnes rationes.pꝛimo omne accidens fundatur in compoſito.dicit eniz Ariſtoteles in pręlicamētis ꝙ omnia alia a pꝛimis ſubſtantys aut ſunt in pꝛimis ſubſtantys:aut pdicātur de pꝛimis ſubſtantys. vnde ibidem concludit ꝙ deſtructis pꝛimis ſubſtantys impoſſibile eſt aliquid alioꝛum remanere. ℂ Secundo Auerro.2.de anima.cōmen.4.ponens differentiaz inter foꝛmas ſubſtantiales ⁊ accidentales vult accidentia fundari i ente in actu. ℂ Tertio.7.metaphyſi.Ariſt.⁊ Auer. ibidez cōmento.4.aiunt ſubſtantiaz eſſe pꝛioꝛez accidentibus definitione ⁊ tēpoꝛe:⁊ conſtat definitinonez ſumi a foꝛma maxime apud Auerroē.igitur foꝛma compoſiti eſt pꝛioꝛ oibus accn̄tibus illius. ℂ Quarto.ens ꝑ ſe eſt pꝛius ente ꝑ accn̄s:ſꝫ cōpoſitū ex foꝛma ſubſtātiali ⁊ mā̄ eſt ꝑ ſe ⁊ cōpoſitū ex dimēſione ⁊ mā̄ eſt ens per accidens: qꝛ cōpoſitū accn̄tale.igit̄ pꝰs mā̄ recipiet foꝛmā ſubālez q̄ dimēſionē.ꝙ ſi vnica tm̄ eſt foꝛma ſubſtantialis in compoſito. vt Auerroes.pꝛimo phyſicoꝛum. commentis.63.⁊ 59.⁊.66.videtur dicere : tunc erunt hę rationes firmiores.

5a queſtio de dimenſionibus interminatis.

Pō thō.

Rōnes p diuo thō.

res. ¶ Quinto. ſi dimēſiones eſſent realiter materię coęternę: tunc forma ſubſtantialis adueniret primę materię mediantibus dimenſionibus: ⁊ ſic non imediate pficeret materiā primam. ¶ Sexto corrupto priori in quo eſſentialiter imediate fundatur poſterius: corrumpitur ⁊ ipſuꝫ poſterius: ſed forma ſubſtantialis manet inter materiā ⁊ formaꝫ accidētalem: ⁊ ſic eſt prior eſſentialiter quātitate: igitur corrupta forma deſinet dimēſio. ¶ Septimo accidentis eſſe eſt ineſſe: igitur eadem inherentia non manente: nec accidens manebit idem: ſed corrupta forma ſubſtātiali non manet eadē inherentia dimenſionuꝫ: igitur nec eadē dimenſio. ¶ Octauo. in generato qn̄qꝫ quātitas eſt maior ꝙ̄ in corrupto: vt qn̄ ex aere fit ignis: vt dixit Auerroes: tunc ſi eadem dimenſio manet in generato: quę pręfuit in corrupto: illa pars maior vel eſt eadem pręciſe cuꝫ pręcedenti: aut alia. non eadem: quia tunc ideꝫ pciſe eſſet maius ⁊ minus reſpectu eiuſdē. ſi alia: igitur in generato eſt aliqua pars noua quę non prefuit in corrupto. Tūc arguitur. quando aliqua ſunt eiuſdem rationis: quicqd eēntialiter competit vni. competit omnibus. 2. celi cōmmento. 49. igit̄ ſi illa pars ꝙ̄titatis eſt generabilis: tota etiaꝫ: quum ſit eiuſdem rationis: ⁊ corruptibile ⁊ incorruptibile faciant differe ſpecie. 10. metaphy. ¶ Nono. ſi aliqua pars de nouo generatur: cū non ſic maior ratio de vna ꝙ̄ de alia: igitur q̄libet. ⁊ ſic nō eſt eterna tota. ¶ Decimo relatio noua aduenit propter nouū fundamētū: ſed equale ⁊ inequale ſunt noue relationes: igitur adueniunt nouo pręſente fundamēto: accipiatur igitur aer tripedus qui ſit nūc inęqualis alteri quadrupedo: ⁊ rarefiat tripedus nūc certum eſt eum effici de nouo equalis. igitur in eo eſt nūc nouum fundamētū: hoc eſt quantitas noua. ¶ Undecimo aut ꝙ̄titas ⁊ terminata ⁊ interminata ſunt vna quantitas aut duę: ſi vna: igiturnon ſemper maneret quantitas interminata. ſi duę tunc in eodem ſubiecto eſſent duę ꝙ̄titates. ¶ Duodecimo. quod generatur nō eſt in loco in eo qđ generatur: mā prima generatur. igitur non eſt in loco in eo qđ generatur: ⁊ per conſequens non eſt quanta in eo qđ generatur. ¶ Decimotertio. corrupto ſubō imediato accidētis corrumpitur ⁊ accidens: ſed in corruptione cōpoſiti deſinit eſſe ſubiectum: imediatum omniū accidentium. igitur omne accidens corrumpitur. minor patet: quia nō manet niſi materia prima: ſed materia prima non eſt imediatum ſubiectum alicuius accidentis: quum non imediate terminet dependentiam alicuius accidentis. materia enim de ſe nō habet actualitatem per quam poſſit determinare depēdentiam accidentis. ¶ Decimoquarto. materia prima eſt in potentia pure paſſiua reſpectu oiuꝫ formarum. igitur in potentia ꝯtradictionis. Igit̄ nō magis ſibi limitat dimenſionem ꝙ̄ illius priuationeꝫ. ¶ Decimoquinto. oīs forma materialis educitur de potentia materia: dimenſio eſt forma materialis: igitur eſt educta de potentia materię: ⁊ per ꝯſequēs nō ęterna materię ex ijs ſumunt dimenſionem eſſe ęternam ſm̄ rationē: ⁊ pręcedere formas ſm̄ rationem. ¶ Animaduertendum quoqꝫ eſt alios dicere aliter ad Auerrois menteꝫ. ſophiſtę enim dicunt ęternam eſſe aliquam dimenſionem in materia. ⁊ tamen nulla vna numero dimenſio eſt ęterna. veriores aiunt dimenſioneꝫ eſſe materię ęternam ſm̄ ſpeciem. nō autem ſm̄ numerum. Nam vt quantum ex quanto: ita exiſtens ex exiſtente ⁊ formatum ex formato. materia eni nunꝙ̄ eſt abſqꝫ forma: ſed ad hoc vt exiſtens fiat ex exiſtente: non oportet ponere vnam aliquā formā ſubſtantialem manere eandem in generato ⁊ corrupto: ſꝫ ſufficit formaꝫ continuari vſqꝫ ad inſtās introductionis formę genitę. igitur ad hoc vt corpus e corpore fiat: non

Pōnes aliꝫ.

oportet ponere aliquam vnā numero dimenſionem manere in vtroqꝫ: ſed vſqꝫ inſtans introductionis nouę dimenſionis: ⁊ hoc eſt dimenſionem eſſe ęternam ſecundū ſpeciem. non autem ſecundum numerum. Alij etiam ad mentem Auerrois aiunt primam materiam poſſe capi vt in potentia ad formas: e quibus reponitur in ſpecie: ⁊ ſic eſt ſubiectū ⁊ materia. Aliomodo vt in potētia ad diuiſionem in partes quarum vna eſt extra alteram: ⁊ ſic eſt corpus ⁊ dimenſio: illa enim aptitudinalis diuiſio eſt dimenſio: quę actuatur per formā primo. ſecundo per quantitatem propriam illi formę: ⁊ inde redditur corpus in actu. ¶ Hec expoſitio accipitur ex verbis Auerrois. 4. phyſicorum. commento. 15. Mihi vō ex verbis ⁊ rationibus Auerrois hincinde collectis videtur eſſe dicēdum dimēſionem interminatam vnam numero eſſe materię coęternam. Imaginandum eſt enim ꝙ ſicut materia eſt vna numero omnium formarum per priuationem omnium formarū: ita dimenſio trina eſt vna numero per priuationeꝫ terminorum: ⁊ ſicut materia vna numero pręcedit tempore omnes formas: ita dimenſio omnes terminos: ⁊ vt materia nunquā ſeparatur a forma: ita dimenſio interminata nūquā a termino. Or dimenſio vna numero ſit i materia coęterna. ⁊ pręcedat oēs formas. verba Auerrois et rationes ſue demonſtrant. addunt vō ꝙ dimenſio pręcedit omnes formas ⁊ omnes terminos ſm̄ indiuiduum. non autem ſecundum ſpeciem: nam nullum ſempiternuꝫ eſt tempore prius altero. ¶ Colorant hanc poſitioneꝫ noſtri ſic: ꝙ ex vno pugillo terrę fiunt decem aquę: ⁊ non ꝙ terra ſit poroſior aqua: nec ꝙ partes eam iaceant propinquius: ſed quoniam in pugillo terrę plus eſt de materia ꝙ̄ in illo aquę: ⁊ ſic materia vt materia pręhabet multuꝫ ⁊ paucū. ⁊ quū hęc non inſint niſi per dimenſionē: igitur pręeſt dimenſio: quod erat intentum: ſed quoniā dimēſio interminata poteſt accipi dupliciter: vel vt in potētia ad terminos: ⁊ in actu dimenſio. Imaginando videlicet eaꝫ eſſe actu dimenſionē: ſed potentia ad terminos: vel imaginando eam nec eſſe actu dimenſionē: nec actu terminatā: quo modo dicimus in ligno eſſe calorē ⁊ potentia quidem ad eſſe caloris ⁊ ad terminū caloris: ⁊ tunc ad mentem Auerrois de dimenſione interminata emergunt duę poſitiones. Prima vult ꝙ dimēſio illa vna numero materię coęterna ſit dimēſio in potētia ad eſſe actu ⁊ ad terminos. Imaginatur eniꝫ ꝙ ſicut calidum. 12. metaphyſicę. cōmēto. 18. non inducit calorem in materia extrinſecum: ſed facit calidum in potentia eſſe calidū in actu ſic generans nō inducit dimenſionē extrinſece: ſed eam quę pręfuit in potentia perficit in actu. Pro hac poſitione eſt etiam cōmentum. 15. quarti phyſicorum. Itemqꝫ ⁊ ratio tertio celi. cōmento. 17. in fine vbi ſumit ꝙ illud quod eſt prius ſubſtātia eſt ſubſtātia. igitur dimēſio in actu nō eſt prior formis ſubſtantialibus: quia tunc eſſet ſubſtantia. ⁊ tunc rationes Auerrois hic ſunt efficaces: vbi enim dimēſio non pręeſſet in materia vna numero in potentia vtiqꝫ corpus fieret ex non corpore: hoc eſt nihilo: quod eſt contra philoſophos: ſimiliter ⁊ dimenſio ex non dimenſione hoc eſt nihilo: quum non pręeſſet nec in actu nec in potentia quo ſtante: tunc forte dimenſionum eſſent contrarię ſe ſucedentes ſecundum creationem in materia: vt dicunt ponentes creationem formarum: ⁊ hoc modo Auer. 12° metaphyſicę. cōmēto. 18. videtur intelligere illas. Secunda poſitio. vult ꝙ dimenſio vna numero (vt dictum eſt) pręcedit formas generabiles inquantum eſt actu dimēſio: ſed potentia ad terminos. Nā vt materia eſt actu per ſe actualitate entis. put eſt ex̄ ſuas cauſas: ſic dimēſio eſt actu dimēſio ꝓpter actualitatem materię actualitate

Pō Auer.

entis.vt vo materia eſt in poᵃ ad eſſe actu actualitate formę.ſic dimenſio eſt in potētia ad terminos quibus actuatur diſtincte.vnde per dimenſionem materia eſt in loco: non tamen in tanto vel tanto loco. Amplius eſt in potentia ad plures formas.habet quoqꝫ numerum ⁊ menſurā. non autem certum vel numerum vel menſuram.habet ⁊ extenſionem.non autem ſub certo numero ⁊ menſura. Pro hac poſitione facit cōmentum.40.quarti celi.⁊.29. tertij celi.videtur textus hic ⁊ rationes ſuę vt diximus. harum poſitionum differentia tota procedit propter materię differentiam.nam Auerroes interdū videtur materię tribuere actualitatem aliquam vltra illam formę ſaltem entis.interdum vo nullam:imo pręter formam nihil eſſe. ¶ Sed vtcūqꝫ reſpōdetur ad rationes pro poſitione Thomę. Nam ſecunda poſitio:quam hic proxime dixi.videtur magis ad mentē Auerrois.mouit enim.3.phyſicorum queſtionem.cōmēto.69.vnde eſt ꝙ augmentuꝫ quantitatis non poteſt creſcere in infinitum:ſoluit ꝙ mūdus conſtat ex tota ſua materia:tota quoqꝫ quātitate idcirco cum augmentum erit vſqꝫ ad mundi molem:nō poterit noua quantitas generari:ſic igitur dimenſio apud eū erit ingenerabilis ⁊ tanta quanta ab ęterno. Amplius ſi ꝑ dimenſionem interminatam non intelligit quantitatem actu actualitate ⁊ entis ⁊ dimenſionis.tunc nō tm̄ dimenſio in potentia eſſet coęterna materię:ſed omnis forma. Nam.12.metaphyſicę.agens nihil aliud facit:niſi ꝙ extrahit formas in potētia exiſtentes in materia ad actū. vt commento.18.⁊ ſic labor Auerrois hic fuiſſet nullus. Rurſus.4.phyſicorum.cōmēto.84.Auerroes declarat augmentū effici propter noui termini acquiſitioneꝫ:non autem ob nouam ipſam quantitatem. Propter hęc videt ꝙ Auerro.velit ꝙ dimenſio interminata ſit actu dimenſio ⁊ actualitate entis ⁊ actualitate quantitatis.ſitqꝫ vna numero per priuationem teminorum vt materia priuatione formarum:ęterna vt materia ipſa etiam.eſt vo in potentia:non quidem ad dimenſionem:ſed ad terminos: veluti materia eſt in potentia non ad materiaꝫ:ac eſſe entis:ſed ad formas atqꝫ eſſe prędicamentale.Et quoniam accidens omne inheret alicui ſubiecto:videtur velle ſubiectum dimenſionis eſſe materiam ⁊ eſſe cōpoſitū : compoſitum quidem eſt ſubiectuꝫ cui inheret.materia vo ratione cuius inheret:idcirco corrupta forma remanet dimenſio.verum propter verba Auerrois hincinde contraria:al's hęc poſitio melius pertractabitur. ¶ Pro ſolutione vo ad argumenta animaduertendum eſt ꝙ dimenſio interminata pręcedit formas indiuiduales generabiles tam prout ſunt indiuidua generum ꝙ ſpecierum.forma enim animalis quę primo inducitur in embrione limitat ſibi certam quantitatem:quam niſi pręcederet dimenſio interminata:terminabilis vo per illam:non reciperetur. terminata auteꝫ ac effecta illa in actu per terminos quos ſibi limitat forma animalis.adhuc eſt interminata reſpectu formę hominis.vnde tot ſunt dimenſiones interminatę quot formę:tot quoqꝫ terminationes ⁊ termini:veꝝ vna prima eſt materię primę coęterna cōmunis omnib⁹. cęterę ſunt materijs ſecundis proprię generabiles ac corruptibiles. iuxta rationem materiarum ſecundarum.

Neceſſaria pro ſolutione argum̄torū partis cōtrarię. 1m

2m ¶ Secundo animaduertendum ꝙ dimenſio interminata pręcedit formam terminantem accidentaliter.nō aūt eſſentialiter:quia tota neceſſitas ponēdi dimenſiones interminatas pręcedere formas eſt vt dent materię diſpoſitionem quantitatiuam.formę vo eſſe partibile ⁊ tranſmutabile.niſi enim materia eſſet quantitatiue diſpoſita non poſſet recipere plures formas ſimul:poſſetqꝫ forma montis recipi in materia grani milij:itemqꝫ niſi materia eſſet quantitatiue affecta:formę ipſę nō eſſent diuiſibiles tranſmutabiles ac generabiles:ſic igitur pręcedunt ipſo in generari ac corrumpi. Hęc autem formę nō competūt per ſe accidens:quare dimenſiones pręcedunt accidentaliter ⁊ nō eſſentialiter.ſub eſſe quoqꝫ imperfecto ⁊ diſpoſitiuo.non autem ſub eſſe perfecto ⁊ ſpecifico. ¶ Ulteri⁹ 3m
animaduertenduꝫ ꝙ de forma corporis de genere ſubſtātie ſunt duę poſitiones. Quidaꝫ tenent eam eſſe materię coęternam ⁊ actu pręcedere omnia :actu dico actualitate entis ⁊ corporis. Alij tenēt ꝙ illa pręeſt in materia in potentia:⁊ nullo modo in actu.vt de dimenſione diximus. De qua re poſterius dicemus. ¶ Tunc ad rationes. Ad Ad rōnes
primam diceret prima poſitio de forma corporis ꝙ dimēſio interminata fundatur ſemper in compoſito : quia dimenſio illa interminata ęterna ineſt compoſito ex prima materia ⁊ prima forma corporis: ⁊ ſic conſequenter de alijs ſuo ordine. At qui negant formam corporis:dicerent ꝙ omne accidens perfectum ⁊ prędicamentale fundatur in compoſito:ſed accidens imperfectum : poteſt fundari in materia ⁊ pręcedere formas:non quidem eſſentialiter ſed accidentaliter. ¶ Per idem ad 2m.accidentia enim perfecta fundatur in ente in actu.imperfecta vo fundari in ente in potentia:⁊ accidētaliter nihil prohibet. ¶ Sꝫ dices in quo differunt imperfecta accidētia a ſubſtantialibus formis. Poteſt dici ꝙ formę fundātur in materia ⁊ ratione materię enti in potentia ⁊ ratione entis in potentia:at accidentia imperfeca fundātur in ente in actu:ſꝫ ratione entis in potentia ⁊ materię. ¶ Ad 3m Auerroes reſpondet.7.metaphyſicę.cōmēto.4.ꝙ ſatis eſt vt ſubſtantia ratione materię pręcedat accidens.vt eſt in propoſito ſubſtantia enim pręcedit dimenſionem ratione materię: qđ ſatis eſt. ¶ Ad 4m concederent ꝙ ens per accidens ſit poſterius ente per ſe ⁊ cōpoſito per ſe:modo compoſituꝫ per ſe eſt materia cum forma corporis. Uel dicendum ꝙ ens per accidens poteſt pręcedere accidentaliter diſpoſitiue ens per ſe ⁊ hoc ſatis. ¶ Ad 5m dicerēt:ꝙ forma ſubſtantialis immediate perficit materiaꝫ primam in ratione ſubiecti receptiui:ſed mediantib⁹ diſpoſitionib⁹ quātitatiuis ⁊ qualitatibus per accidens in ratione medij diſpoſitiui. ¶ Ad 6m dicerent ꝙ cauſę ſunt inuicem cauſę: forma quideꝫ materię:⁊ econtra materia formę.vt dicit Auerroes.Et ideo corrupta forma ſimpliciter deſinit materia ⁊ dimenſio ⁊ totuꝫ:at hac forma corrupta alia ſuccedit:⁊ inde eſt materię ⁊ dimenſionum perpetuitas: quod ſatis eſt. ¶ Ad 7m dicerent ꝙ remanet ſemper eadē inherentia per ſe ⁊ prima.nam dimenſio vt dimenſio interminata primo ⁊ per ſe ineſt materię. Lꝫ forma deſinat : vt diximus. ¶ Ad 8m dicerent ꝙ eadem numero dimenſio eſt in generato ⁊ corrupto: non quidē poſitiue:ſed per priuationē terminorum.vt de materia dictum eſt:eſt tamen altera atqꝫ altera terminata:propter differentiam terminorum.⁊ ſic concederent ꝙ aliqua pars in actu eſt in generato:quę non pręfuit in corrupto.Tunc ad formam dicerent ꝙ dimenſio interminata ⁊ dimēſio terminata vel illas pars quę eſt in generato nō ſunt eiuſdē rationis:nec diuerſę rationis:ſed non ſunt differentis ſpeciei.vt homo in potentia ⁊ homo in actu.nō enim differunt ſpecie:quia quę differunt ſpecie ſunt in actu:nec ſunt ideꝫ ſpecie propter idem:ſed nō ſunt differentes ſpecie.illa enimmet dimēſio interminata:quę pręfuit in materia:efficit terminata ⁊ in actu:⁊ ita poteſt dimenſio interminata eſſe ęterna ⁊ terminata corruptibilis.⁊ tm̄ non differunt ſpē:etiam illud.10.metaph.intelligitur in ſubſtantijs non in accidētibus. ¶ Ad 9m dicerent ꝙ ęterna eſſet tota:tota tamē nō eſt ęterna:vel nulla pars eſt ęterna:ſed ęterna eſt tota ſm̄

pfectionē

perfectionem totius. ¶ Ad decimum dicendum ꝙ fundamentum illius eſt quātitas in actu terminata: ⁊ hec eſt noua: tamen dimenſio interminata accepta per priuationem terminorum eſt eterna. ¶ Ad vndecimum dicendū ꝙ ſunt vna ſicut potentia ⁊ actus: ⁊ due vt perfectibile ⁊ perfectio. Et hec duo ineſſe vni ſubto nō eſt incōueniens. ¶ Ad duodecimū materia non eſt in loco terminato: ſed eſt in loco interminato: ⁊ ſic materia eſt quanta interminate ⁊ nō eſt quanta terminate. ¶ Ad 13m. Materia pma pōt terminare dependentiam accidētis imperfecti: lʒ nō ſit in actu. ¶ Ad 14m quidam concedunt ꝙ materia ſit in potentia contradictionis etiam ad dimenſionem interminatam: ⁊ ꝙ illa eſt corruptibilis: lʒ nunꝙ corrumpet: quia in accidentibus nihil prohibet. 12. metaphy. comē. 41. vel dici pōt ꝙ materia eſt potentia pure paſſiua reſpectu formarum in actu. nō aūt reſpectu formarum in potētia. ¶ Ad 15m. dimēſio eſt forma materialis non terminata in potentia ad vlteriorem actuʒ non perfecta. Ideo nō eſt educta de potentia materie: ſed coeua. Multe quoqʒ alie ſunt rationes pro hac poſitione: ⁊ contra que ex his facile poſſunt ſolui. ideo omittantur: quid ſit dimenſio interminata: quoue modo inſit materie: ⁊ an ſit dimenſio actu an potentia dictū eſt. ¶ Reliquum queramus de dimēſione terminata: vtrum ſit res noua diſtincta realiter ab interminata: ⁊ qd ſit terminus. Ꝙ noua res ſit pʒ pmo quia generatur ſimul cum forma. interminata vō eſt eterna ſaltem illa que eſt pma: ⁊ oibus formis cōis. Secundo hec in diuerſis eſt diuerſa. illa eſt vna vti materia ipſa. Tertio terminata eſt propria forme. Interminata materie: ⁊ que differunt ſubiecto differunt re ⁊ eſſe. Pro altera parte videtur ꝙ actus non ponat in numero cuʒ potētia: itemqʒ perfectio minime cum perfectibili. Res hec tota pendet ex differenti opinione de termino dimenſionum. Eſt autem terminus bifariam eſſentialis: ⁊ ſic ſuperficies eſt corporis terminus. Linea ſuperficiei. punctum vō linee: ⁊ de huiuſmodi termino Auerroes non loquit. Alius eſt terminus accidentalis ſed intrinſecus: ⁊ de hoc multiplex eſt poſitio. vt Egidius noſter Romanus vir doctiſſimus narrat. ¶ Prima poſitio quidem vult formam eſſe terminum dimenſionum. Nam vt prima materia ſecundum ſe eſt interminata. terminatur autem per aliaʒ atqʒ aliam formaʒ. ſic ipſa dimenſio per ſui eſſentiaʒ eſt interminata: terminatur vō vt eſt cum alia atqʒ alia forma. ſecundum enim forme exigentiam quandoqʒ maior: quandoqʒ minor efficitur quantitas. Qua e re patet dimēſionem interminatam precedere formam. terminatam vō ſequi. Itemqʒ patet etiam materiam per dimenſionē interminatam occupare locum. Per terminatam vō tantū vel tantum locum. Unde cum hec terminatio fiat a forma. patet ꝙ occupare tantum vel tantū competit materie ratione forme. Occupare vō locum ſimpliciter competit materie ratione dimenſionis. Tunc iuxta hanc poſitionem dicenduʒ ꝙ dimenſio interminata ⁊ terminata ſunt idem re ac in ſubiecto: differunt ratione ⁊ modo. Ipſa eni dimenſio ſecundum ſe accepta eſt interminata. vt vero huic vel illi forme coniuncta eſt terminata. ¶ Sed hec poſitio ſic ſimpliciter accepta ſtare non poteſt. Primo qr vel quantitas terminata precise eſt dimenſio vel dimenſio cum forma. Si precise dimenſio: ſic nullo modo diſtinguitur a dimenſione interminata. ſi eſt dimenſio cuʒ forma. Erit tunc aggregatum per accidens: ⁊ ſic non reponetur in ſpecie. Secundo. tunc quantitas terminata non ſequetur formam: quia non ratione quantitatis: cum illa precedat: nec ratione forme: quia idem non ſequitur ſe: nec ratione congregati: quia illud non eſt vnum per ſe.

6ᵃ.q.d dimēſiōe terminata. — Pria pō. — Impugnatio.

Tertio tunc quantitas terminata non fundaretur in compoſito: quia nulla eius pars fundatur in illo. Quarto. tunc totum punctum quantitatis erit ſubiectiue in prima materia contra ipſum Auerroem. ſecundo de anima. cōmento. 4. ⁊ 7. metaphyſice. cōmento ſecūdo: conſequentia patet. nam forma eſt in materia prima: ⁊ dimenſio ſimpliciter ſimiliter ⁊ ſic totum. Quinto. ſi forma eſt terminus dimenſionum vel eſſentialis vt punctus linee vel vt actus potentie vel vt differētia generis vel gradus latitudinis: ⁊ patet ꝙ nullo horum modorum: nec vt modus intrinſecus dimenſionum: quia eſt alterius predicamenti. Sexto. quod non eſt quantitas non videtur formaliter cauſa occupandi locum maiorem vel minorem. Forma non eſt formaliter quantitas: quare minime eſt cauſa occupationis loci. Septimo. ſi dimenſio ignis ſepararetur a forma ignis ⁊ poneretur in aere vel aqua quantum locum occupabat: dum cuʒ igne erat tātū occuparet ⁊ nunc. vt Auerroes dicit de cubo. quarto phyſicorum. cōmento. 76. Igit non a forma ſubſtantiali eſt terminus dimenſionuʒ. Poſitio itaqʒ hec ſic ſimpliciter intellecta: videtur erronea: ⁊ contra Auerroem. ¶ Secunda poſitio quam etiam approbat Egidius noſter eſt ꝙ per quantitatem interminatam intelligitur dimenſio ſecundum ſe: per terminatam vō ipſam vt coniunctam huic vel illi raritati ſiue denſitati. Unde ꝙ occupet locum materia ipſa habet ab interminata dimenſione: ꝙ tātū vel tātū locū a raritate vel denſitate: qua e re raritas vel denſitas terminus eſt illius. ¶ Tunc patet ad queſtionem. ꝙ dimenſio terminata et interminata ſunt idem realiter ⁊ diſtinguitur ratione. naʒ ipſa dimenſio ſimpliciter eſt interminata ipſamet. vt raritati vel dēſitati coniuncta eſt terminata. ¶ Sʒ nec hec poſitio ſtare poteſt. primo per omnes rationes nunc factas: que ſunt contra hanc. vt contra illam. Secundo: quia Auerroes hic ait ꝙ accidens cōmune duobus vel pluribꝰ ſubiectis habet terminatum ⁊ interminatum. vt raritas ⁊ denſitas. Tunc arguitur qd̄ de ſe eget termino: non eſt alterius rei terminus. denſum ⁊ rarum egent termino. igitur non ſunt alterius rei terminus. ¶ Tertia poſitio vult ſuperficiem eſſe terminꝰ trine dimēſionis: ⁊ ꝓpterea ipſa trina dimenſio abſolute eſt interminata: vt vō coniūcta huic vel illi ſuperficiei eſt terminata. Tūc ad queſtionem patet. ꝙ dimenſio interminata ⁊ ipſa terminata ſūt idem realiter ⁊ differunt ratione: vt prius. Hunc modum videtur tangere Auerroes. 4. phyſicorum. cōmento. 15. ¶ Sed nec hec poſitio poteſt ſtare. Primo per rationes communes. Secundo. quia vnamet ſuperficies eſt communis generato ⁊ corrupto: ac indiget ipſa termino. Tertio. quia ſuperficies non eſſet niſi terminus corporis: ſed quis eēt terminus longitudinis quis latitudinis que altitudinis: ex hoc non habetur. Quarto: quia ſuperficies eſt quantitas non corruptibilis niſi diuiſione: etiam ⁊ terminabilis per terminum propriuʒ. ¶ Quarta poſitio eſt ꝙ dimenſio interminata ⁊ terminata accipiuntur vt vniuerſale ⁊ particulare: nam ſicut magis vniuerſale per minus terminatur: ita interminata dimenſio per terminatam. Tunc patet ambas eſſe re eaſdem. differre vō ratione vt vniuerſale ⁊ particulare. ¶ Sed hec ſtare minime poteſt. Primo quia tunc dimenſio non haberet eſſe reale: niſi vt vniuerſale. Secundo tunc non vna numero dimenſio eſſet materie coeterna: ſed vna ſpecie. Tertio tunc nō tm̄ ſignanter trina dimenſio eſſet materie coeterna: ſed cetere res generatim accepte ⁊ ſm rationem conſiderate. Quarto. quid ſuperadderet dimenſio terminata ipſi interminate: nihil niſi deſignationem indiuidualem ⁊ dimēſio interminata eſſet vniuerſale tm̄. His acceptis nos

Scda pō. — Impugnatio. — 3ᵃ poſitio. — Impugnatio. — 4ᵃ poſitio.

priſcis temporibus ad queſtionem hanc dicere ſoliti era/
mus terminum dimenſionum eſſe aliquid ꝛ non eſſe de
genere quantitatis: quia tunc eſſet eſſentialis: nec ſubſtan
tiam vt diximus: qꝛ nō forma: nec poteſt eſſe qualitas: qꝛ
non raritas: nec per idem poni poteſt ſitus: vel actio: vel
paſſio vbi vel quādo. Propter que dicebamus eſſe in ge/
nere relationis: hoc eſt extenſionem: que eſt dimenſioni
ipſi acquiſita per accidens mediante raritate vel denſita
te. Imaginabamur enim quantitatem vt quātitas eſt ha
bere certā extenſionē: que eſt quedam partium diſtantia
vel eaꝝ iuxta poſitio: quā ipſa quantitas habet ſuapte na
tura: ob qd̄ vbi ſepararet̄ a raritate vel denſitate adhuc
retineret illam: lꝫ ſit variabilis penes differentiam rari ꝛ
denſi: prout enim alteri vel alteri coniungitur raritati vl'
denſitati efficitur relatio illa maior vel minor: ſi peteres.
vnde hec variatio ineſt ipſi dimenſioni. ¶ Reſpondebā
propter motum rarefactionis vel cōdenſationis. In rare
factione enim vel cōdenſatione ipſa ſunt tres motus duo
p ſe: alius per accidēs. Primus quidē eſt alteratio ad rari
tateꝫ rarefactio: ad denſitatem condenſatio terminata: q̄
ſunt qualitates ſequentes calidum ꝛ frigidum. 7. phyſico
rum. cōmētis. xi. ꝛ. 15. Alius eſt motus localis ad maiorē
vel minorem locū. Tertius eſt ad partiū diſtantiam vel
propinquitatem que eſt relatio partium inter ſe compa/
ratarum: que etiā interdū raritas ꝛ denſitas appellant̄: vt
4. phyſicoꝝ. cōmen. 84. quū prope principiū dixit ꝙ ra/
rum ꝛ denſum ſunt contraria in quantitate. accepit enim
rarum ꝛ denſum relatiue ꝛ non qualitatiue. Ibidem etiā
dixit motus de raritate in denſitatem eſt motus de maio
ri quantitate ad minorē: vbi terminos per accn̄s intende/
bat. Qua e re terminus ille cōpetit quātitati tanq̄ ſubie/
cto: variat̄ tn̄ propter qualitates: que ſunt raritas ꝛ denſi
tas: videtur autem hoc ad mentem Auerrois. naꝫ. 4. phy
ſicorum. cōmento. 76. accipitur ꝙ ſi cubum ſeparatuꝫ po
neretur in aere vel aqua tantūdē faceret latera diſtare: ꝛ
ſic extenſio ineſt quantitati etiam per ſe ſi ſepararetur
ab omni alio. Sed mihi videtur nunc ꝙ poſitio hec defi/
ciat. primo quia hic terminus eſſet extrinſecus: ꝛ termi/
nata ipſa quantitas eſſet aggregatum per accidens. ſcd̄o
oīs relatio requirit fundamētū ꝛ terminū: modo funda/
mentuꝫ illius non videt̄ eſſe niſi raritas vel dēſitas qua/
litatiue: ꝛ quū nō poſſit relatio ineſſe abſqꝫ fundamento
ꝛ termino. tunc cubū ſeparatum non faceret latera diſta/
Pō pba. re. ¶ Propter hec ꝛ alia multa: videt̄ mihi eſſe dicendū
de quātitate vt de qualitate. v. g. de calore. Naꝫ vt calor
variatur propter gradus qui faciunt intenſuꝫ ꝛ remiſſuꝫ:
ſic dimenſio variatur propter gradus extenſionis ſiue fa
ciant longū ſiue latū ſiue altum. Ut igitur terminus calo
ris eſt gradus intenſionis: ſic terminus quantitatis eſt
gradus extenſionis. nā vt gradus intēſionis eſt id quo ca/
lor dicit̄ tantū vel tantuꝫ intenſus: ſic gradus extēſionis
eſt: quo dimēſio eſt tātū vel tātū extēſa ſiue in longū ſiue
in latus ſiue in altū. igitur termin⁹ quātitatis eſt gradus
extenſionis: ꝛ per conſequens dimenſio terminata eſt di/
menſio ſub tanto gradu: idcirco ſicut idem calor numero
eſt a principio vſqꝫ ad finē intēſionis: ſed variatur penes
terminos hoc eſt gradus: ſic vna eſt omnium dimēſio: ſꝫ
variatur penes terminos: hoc eſt gradus extēſionis. igit̄
vt calor ꝛ calor cum tot gradibus ſunt ideꝫ realiter: ſic di
menſio iterminata: ꝛ ipa ſub tot gradibus extēſionis ſunt
idem re: ꝛ differunt penes connotatum. Ex quo pꝫ termi/
num nō eſſe extrinſecū a dimenſione: qꝛ non alterius p̄di
camenti: nec intrinſecū: qꝛ nō de eſſentia eius. Uerū ani/
maduertendū ꝙ terminus eſt multiplex eēntialis vt cor
poris ſup̄ficies: ſuperficiei linea: linee pūctus. Similiter
ꝛ differentia generis: ꝛ definitio ſpeciei vt ſcis fundamē
talis vt forᵃ. eſt enim forma origo ꝛ fundamentū omnis
terminationis concomitans vt raritas vel denſitas: ꝛ re/
ponens ipſaꝫ in eſſe vltimo: ꝛ ſic poſſunt omnes iſti modi
conuenire: dicentes formaꝫ eſſe terminū accipiunt termi
nuꝫ pro origine ꝛ fundamento terminationis: dicentes ra
ritatē vel denſitatē: accipūt pro termino concomitatiuo:
penes quem poteſt euariari terminus vltimus. Capiendo
terminū pro vltimo. ſic gradus extenſionis eſt terminus.
¶ Secundo animaduertendū ꝙ iſte terminus vltimus
eſt naturaliter competēs ipſi quātitati nō quidē eēntia/
liter: ſed ſeparabiliter: quia ſeparata forma ab illa ꝛ qua/
litate adhuc pōt detinere illum. Uerū prout alteri vel al
teri forᵉ ꝛ raritati cōiungit̄ euariat̄ gradus extēſionis vl'
minorationis. Nā naturaliter eſt duplex eſſentiale ꝛ ſepa
rabile. ſecūdo celi. cōmēto. 100. ꝛ. 9. Qua e re patet cubuꝫ
ſeparatum a forma ꝛ qualitate adhuc detinere terminuꝫ
ſue magnitudinis. vt dixit Auerroes. Ipſum quoqꝫ huic
vel illi forme ꝛ raritati vnitum etiam euariari penes ma
ius vel minus. Qꝛ ſi dicatur Auerroem velle ſuperficiem
eſſe terminum: loquitur dicas in exemplo. Nam ſuperfi/
cies non poteſt eſſe terminus niſi corporis: ꝛ eſſentialis:
de quo nunc non loquimur. ¶ Per hec ad argumena in
principio patet ſolutio. ¶ Poſt hec querunt de termino 7ᵃ qō de termino q̄litatis.
qualitatis interminate. eſt enim qualitas interminata: q̄
pluribus vel oībus corporibus cōmunis eſt ſecundum in
diuiduum: vt diaphanitas que vna numero eſt communis
aeri ꝛ aque. Hic differenter reſpondent doctores. Sed id
mihi videtur: quod de dimēſione. eſt eniꝫ terminus vno
modo eſſentialis vt differentia generis definitio ſpeciei ꝛ
id genus. Alio modo fundamentalis vt forma eſt omniū
accidentium terminus: pro quanto per ipſuꝫ omnia repo
nuntur in eſſe actuali ꝛ terminato. Alio modo eſt termi/
nus ille qui reponit rem in eſſe vltimo: nec tamen intrin/
ſecus nec extrinſecus quiqꝫ terminus conſtitutionis nun
cupatur: ꝛ hac ratione gradus intenſionis vel remiſſionis
eſt terminus qualitatis: nec enim eſſe intenſum eſt extra
rationem qualitatis nec intra: ſed eſt: vt dicūt: modus in/
trinſecus eius. Impoſſibile eſt enim vt due forme nume/
ro limitent ſibi duas qualitates ſecundum eundem gra/
dum intēſionis punctualiter. Hec de termino accidentiū
dicta ſint ſatis.

¶ Et quia illa forma ſcilicet dimenſionis nō ter
minate exiſtit in prima materia primitus ꝛ ſuc
cedit ſibi in ea: cuꝫ impoſſibile ſit hoc ſubiectū
recipere duas earum in eadem parte exiſtente
terminate quantitatis. Ideo impoſſibile eſt a
ſubiecto denudare formam: vel ſubiectū denu
dari a forma: niſi per forme deſtructionem.

¶ Nouum eſt hic capitulum ꝛ tertiuꝫ videlicet: ſed quid Cō. 25.
in hoc intenderit non vna ratione dicunt. Cōtemporanei
noſtri volunt Auerroem nunc confutare poſitiones vete
rum. vt vel illam Empedoclis vel illam Auicenne. Em/
pedocles enim opinatur ꝙ generatio ꝛ corruptio fiāt ob
litē amorē. Auicenna vō ꝙ generatio fiat ab intelligētia
agente per hoc ꝙ ponit formas in materia: ꝛ nō extrahit
illas: apud quem generatio eſt poſitio forᵉ in mā: ac quo/
dāmō creatio. vt recitat ipſe. 7. metaphyſice. cōmēto. 31.
ꝛ. 12. eiuſdeꝫ cōmēto. 18. Auerroes vō contra hos aſſur/
git ꝛ declarat generationem fieri per hoc ꝙ agens extra/
hit formas de potentia ad actum: ipſumqꝫ compoſitum
generando. Joannes vō vult Auerroem declarare natu/
ram forme. nam declarata natura materie conſentaneuꝫ
erat

erat nunc naturam forme declarare. Ego vo dico omnia
hęc declarari hic: ſed finalis eius intentio eſt declarare ſe
cundam cauſaz generationis ⁊ corruptionis. ſunt eniz cāę
generationis ⁊ corruptionis materia prediſpoſita dimen-
ſione ⁊ formaruz contrarietas ſm ſe vel ſuas qualitates.
Nam hoc vltimo loco itulit: eo ꝙ iſtud eſt finaliter inten
tum. Aſſumit itaqz primo ꝙ impoſſibile eſt formam ma
terialem eſſe abſqz ſubiecto: ⁊ ſubiectū eſſe abſqz forma:
niſi per formę deſtructionem. hoc probat enthimema[cc]
dimēſio interminata p̄cedit in materia: ⁊ formę ſuccedūt
ſibiinuicem in materia dimenſionata. igitur forma non
pōt eſſe abſqz ſubiecto: nec contra ſubiectū abſqz forma.
Prima pars enthimematis eſt lōgis verbis deducta. Se
cunda vo in littera probatur: ꝙ impoſſibile eſt ſubiectuz
recipere duas formas ſimul in eodez puncto materię de-
Dubitatio littere. ſignato quātitate terminata. ⁋ Sed dices. videt ꝙ pria
propoſitio ſuperfluat ⁊ ſecūda ſufficiat. Nam poſito ſolo
ꝙ formę ſuccedant ſibi in materia: ⁊ ꝙ impoſſibile ſit il-
las ſimul recipi in eodē pūcto materię: ſequitur ꝙ forma
nō poſſit eſſe abſqz materia ⁊ materia abſqz forma: quia
detur oppoſitū ꝙ forma poſſit eē ſine materia: ⁊ materia
abſqz forma: tunc non ſibiinuicem ſuccederent: ſed diu
Solutio. ſeparate ſtarent. Dici poteſt ꝙ prima propoſitio non fa-
cit ad conſequentiam ꝙ accepta ſola ſecunda valet per
regulam generalem ex oppoſito conſequentis inferendo
oppoſitū antecedentis. ſed facit ad propoſitionē illā ſecū
dam. vnde vis ſyllogiſmi eſt hypothetici ſic. Si formę
ſuccedunt ſibi forma non poteſt eſſe abſqz materia: nec
contra. Nam detur ꝙ ſtent ſeparate non ſuccedunt: quuz
ſucceſſio ſit mutua formarum contiguatio rei ad rez nul-
lo tempore interpoſito. Sed formę ſuccedunt ſibi: qꝛ prę-
cedit dimenſio: quod eſt cauſa. quare formę recipiant in
materia ſucceſſiue vt prędixit. igitur forma nō poteſt ſine
materia: nec materia ſine forma eſſe: ⁊ ſic in verbis nihil
ſuperfluum eſt. Et hanc expoſitionem ignorauit Ioānes.
⁋ Animaduertendum hanc concluſionez accepiſſe Auer
roem ab Ariſtotele. primo de generatione. textu cōmen.
17. vbi probauit vnius forme generationem eſſe alterius
corruptionem. ⁊ econtra.

⁋ Neqz etiam eſt poſſibile ipſam fieri in ſubie-
cto: niſi per agens extrahens illam de potentia
ad actum.

Cō. 26. ⁋ Secundo aſſumit generationem effici nō ꝑ creationez:
ſed per formę extractionē. Iſtud pōt eſſe ſuppoſitio: ⁊ pōt
ex nūc dictis probari. cum enim neceſſe ſubiectū quantuz
pręeſſe. forma non creabitur: cū creatio fiat nihilo pręſup
poſito. ⁊ fit igitur ꝑ extractionē: quū omne qđ fit vel crea
tione vel extractione edatur. Amplius ſi materia quanta
pręeſt: vel vt in illa reponatur forma: vel vt ex illa extra-
hat: ſi vt in illa reponat: tūc gnaret forma per ſe: ⁊ ita il-
la eſſet per ſe exiſtens: quod. 12. metaphy. cōmēto. 18. eſt
deſtructum. ſi vt ex illa extrahatur: habetur propoſitum.
Propoſitionem hanc quoqz accepit Auerroes. 7. meta-
Pōnes d genere. phyſi. cōmētis. 23. 28. ⁊. 31. ⁋ Animaduertendum de ge-
neratione pręfuiſſe duo extrema ⁊ medium. Anaxagoras
claçomenius generationem poſuit totaliter ad intra: quū
generationez dicat latentis formę manifeſtationē. Alexā
der Themiſtius Auicenna ⁊ plerique gręci dicunt genera
tionē eſſe ex toto ad extra vt ꝙ formę omni ex parte i ma
teria ab agente reponantur: efficiuntur eniz formę ab agē
te ⁊ in materia reponuntur. Ariſtoteles vo. (vt. 12. meta-
phyſi. cōmen. 18. narrat Auerroes) mediauit. voluit enim
compoſitum per ſe effici ac formā ⁊ mām ꝑ accidens. Id-
circo productū ſm partē p̄ſupponit vtpote ſm materiaz
⁊ quantum ad hoc cum latitatione conuenit. ſm partem
aduenit vt ſm formā: ⁊ quantum ad hoc cum poſitione ⁊
creatione concordat. ab vtriſqz vo differt: qꝛ partes per
accidens compoſitum per ſe fit: rem hanc apertius in. 12.
metaphyſicę aperiemus.

⁋ Unde neceſſe eſt has formas eſſe contrarias
adeo ꝙ altera corrumpat ſuam contrariam ⁊
ſubm recipiat formam ſimilem.

⁋ Tertio ex dictis aſſumit formas eſſe contrarias nō qui- Cō. 27.
dem vera ſpecie contrarietatis: ſed vt inquit altera corrū
pat ſuam cōtrariam. hoc eſt contrarietatem quę eſt inter
duo ſeſe corrumpētia: quę eſſe pōt in ſubſtantijs compoſi
tis ⁊ ſimplicibus: qua ratione ſubiectū ipſuz iure recipiet
formam: qua agenti per ſimile derelinquatur. Ex dictis
ſyllogiçatur res hęc ſic: quęcūqz ſibiinuicem ſuccedunt
eodem in ſubiecto: ſunt contraria: formę generabiles ſibi-
inuicem ſuccedunt eodem in ſubiecto: per nunc iaz dicta.
igitur ſunt contrarię modo ⁊ ratione dicta. Maior patet.
nam non poſſunt formę ſibiinuicez ſuccedere niſi per cor
ruptionem prioris. Et ꝑ hoc ꝙ agens extrahit contrariaz
primę. Ioānes hic dicit tria. dicit enim primo ꝙ materia Ioānis dicta.
recipit plures formas ſimul: ⁊ plures ſucceſſiue. recipit q-
dem plures ſimul propter materię partes prout alia ma-
terię pars romę: alia ſueſſe diſponitur: partes vo ipſi⁹ ma
terię pręſunt ꝓpter dimēſiones īterminatas pręcedētes:
quare hęc fuit neceſſitas dimenſionū interminatarū. ſuc-
ceſſiue vo quia vna cōtrariat alteri: ⁊ ſubiectū eſt vtriſqz
cōmune. Dicit ſecundo ꝙ forma idcirco alteri contraria-
tur formę propter agens contrariū: qđ videlz inducit diſ-
poſitionem contrariam. continentur enim formę equalī
ter in potentia agentis ⁊ materię. 12. metaphy. cōmē. 36.
Dicit tertio. ꝙ idcirco non opz fieri reſolutionez vſqz ad
materiā primā vt multi autumant: qꝛ tūc generatio vni⁹
non eſſet corruptio alterius. eſſent enim motus diſtincti
⁊ non ſimul. ⁋ Sz hęc quę Ioannes ait: nō ſunt neceſſa- Impugnatio.
ria. primū quidem nō: qꝛ teneri pōt mām ſimul recipere
plures formas: nō quidem propter partes actu pręceden
tes: ſed quia ipſa eſt multiplex in potentia. efficitur autez
actu plures ob dimenſiones terminatas ſequentes. quare
ſola materię multiplicitas erit ſufficiens vt plures actu
formę in eadē recipiant materia. Scōm minime valet.
nam ſolaris radius vnus numero exiſtens per vnā quali
tatem numero. vz. calorem cęleſtem liquefacit cerā ⁊ con
denſat lutū: itemqz ex vaccino cadauere apes: ęquino ve-
ſpes generat: vbi conſtat illud effici ob materię differētes
diſpoſitiones: quę pręerant. Tertium etiam non valet: qꝛ
generatio ⁊ corruptio omnino ſunt mutationes vel mo-
tus diſtincti: ſunt tamen vnus propterea quia ad vnaz p̄n
cipalem ordinantur formam vltimam. Hęc igit quę Io-
annes ait: non ſunt auſcultanda: quid vo ſit dicendum in
his. iam ex littera patet.

⁋ Unde formae elementoruz ſunt contrariae: ⁊
ideo paſſiua dicuntur quodāmodo eſſe contra
ria ⁊ quodammodo eſſe ſimilia.

⁋ Siue iſtud ſit 4[m] ⁊ vltimū aſſumptū ſiue ſint duo. p̄ma Cō. 28.
pars ab Ariſto. accepta eſt ad verbum. 2. de generatione.
textu cōmē. 49. Scōa vo p̄o einſdem tex. cōmē. 51. ⁊ am-
bę ex dictis ſyllogiçātur ſic. Quęcūqz mutuo ſe corrum-
punt ⁊ ab agente extrahunt de potētia ad actū ſunt inui-
cem cōtraria ⁊ agenti in p̄ncipio cōtraria in fine ſimilia.
Elementarię formę mutuo ſe corrūpunt: ac ab agente ex-
trahuntur de potentia ad actū. igitur ſunt cōtrarię ⁊ ſub-
iecta eoruz in principio agenti ſunt diſſimilia ⁊ in fine ſi-

Sᵃ qđ eſt đ cõtrarieta te formaꝝ elemẽtoꝝ.

milia. Hęc ex dictis colligunt̃. ¶ Queres hic ꝛ diligẽter vtrũ formę ſubſtantiales elemẽtoꝝ ſint cõtrarię: ꝛ videt̃ ꝙ ſic per verba Auerrois hic ꝑmo. Scđo per verba eiuſdem. ꝑmo phyſicoꝝ. cõmẽ. 52. ꝛ 2° cęli. cõmen. 33. ¶ Ad oppoſitũ eſt Auerroes. 5. phyſicoꝝ. cõmẽ. 10. ꝛ ſic in dictis Auerrois eſt maxima cõtradictio. ¶ Circa hanc qõnem

Põ Alex.

Alexãder pluribus locis: maxime in libro de ſenſu opinatus eſt elementarias formas eſſe inuicem contrarias. petit enim primo ꝙ formę elementarię ſunt qualitates vt ignis calor ꝛ ſiccitas: aquę frigiditas ꝛ humor: ꝛ in cęteris id genus. Et rões Alexandri ad hoc ſunt plurimę. vt in lib. deſtructio. d. recitamus: ꝙ võ dicat Ariſto. in prędicamentis ſubę nihil eſſe contrariũ. Alexander intelligit de ſubſtantia perfecta. Accepit ſcđo ꝙ qualitates ſunt cõtrarie: ꝛ ſic in prima figura formę elemẽtarię ſunt contrarię. ¶ Hęc ẽ poſitio Alexãdri: quã diffuſe recitamꝰ in libro

Impugnatio.

deſtructio deſtructionũ. ¶ Sed contra hanc poſitionem arguit Auerroes. 5. phyſicorũ. cõmẽ. 10. ꝛ potiſſimuz ꝯtra minorẽ. vz. ꝙ formę elemẽtarię ſint qualitates: qꝛ qđ eſt accidens vnius nõ poteſt eſſe ſuba alterius. qđ eniz vere eſt nulli accidit. primo phyſicoꝝ. tex. cõmẽ. 27. mõ eiuſmodi qualitates ſunt accidẽs mixtis. igitur non pñt eſſe ſuba elemẽtorũ. ¶ Joãnes. 5. phyſicoꝝ qõne. vtꝝ ſubę

Quid Jo.

ſit aliquid contrariũ. ait Alexãder nunꝗ̃ illud ſenſiſſe. nã dicit Alexãder in libro de ſenſu ſic. qũo igit̃ ſi aquę ꝗdez eſſe eſt in humiditate ꝛ frigiditate. Ignis aũt in caliditate ꝛ ſiccitate: ꝛ reliqua. Ecce qũo Alexander loquit̃ cõditionaliter ꝛ nõ aſſertiue: ꝛ ſic cogit̃ Joãnes improperare

Cõtrã Jo.

Auerroẽ. Et nõ ſolũ Auerroẽ ſed Themiſtiũ. in 5° ẽt phyſicoꝝ. qui de Alexãdro idẽ ſentit ꝛ Simpliciuz: ſimiliter ꝛ oẽs gręcos. Videt̃ quoqꝫ ipſe ꝛ mancus: quũ neqꝫ verba Alexandri oĩa legerit eo in libro quẽ allegat. Ariſt. eñi in libro de ſenſu cõcluſit ſubſtantias nõ eſſe contrarias. vbi Alexander ĩ caplo de ſapore. circa finẽ. mouet qõnẽ. qũo igit̃ ſi aquę quidem eſſe eſt in humiditate ꝛ frigiditate. ignis võ eſſe eſt in caliditate ꝛ ſiccitate: nõ contrariũ aquę igni ſm qđ aqua ꝛ ignis. Ubi ſoluit qõnẽ ꝛ tu vide. Ecce ꝙ Alexãder ſupponit qualitates eſſe formas elemẽtorum: ꝛ ſuper illo fundat qõnẽ eius: ꝛ ita Joãnes vel non vidit librũ illum vel inique locutus eſt ꝯtra tantos phõs. Etiã pręterea in libro de aĩa Alexãder idẽ aptiſſimis verbis ait: qđ circa initiũ tibi facile erit videre. Sunt quidã ꝛ ego cum eis als fui: qui volũt Alexandrũ ęquiuoce loq de qualitatibus. cum enim formę elementorum ſint innominatę: interdum per qualitates alteratiuas nuncupant̃ vt Alexander fecit. Interdũ per motiuas. vt Auerroes: q vbiqꝫ grauitatem ꝛ leuitatem voluit eſſe formas elemẽtorum: qua etiã rõne Auerroes ipſe. 8. metaphy. videtur excuſare eum cõmẽto. 5. Uerum quid ſit ſentienduz nũc ſcribimus in libro. d. d. Hęc nunc ſatis. tũc pz ad argumẽta per ipſum Auerroẽ. 5. phyſico. cõmẽto. 10. elementa eñi eſſe contraria ſm qualitates eſt veruz propria ratione cõtrarietatis: ipſa eſſe contraria ſm formas: eſt verum contrarietate quę eſt inter corruptiua ꝛ incompoſſibilia. Hęc de contrarietate formarum elementorum: ꝛ ſic completur ſecunda cauſa corruptionis ꝛ generationis: quę eſt formarum contrarietas.

**¶ Unde ſi aliqua corpora ſimplicia ſunt: quoꝝ forma caret contrarijs: contingit ꝙ ille forme ſit nec generales nec corruptibiles nec habẽtes ſubm cõe. declaratũ eſt igit̃ ꝙ cã corruptionis entiũ ꝛ factionis eoꝝ eſt contrarietas exiſtens in ſuis formis ꝛ cõe ſubm qđ nullam habꝫ priam formaz: ſed eſt potentia recipiens numerum ſm formas diuerſas in ſpecie ꝛ numeruz ſm formas diuerſas numero: ꝛ que ſit ſecũdũ magis ꝛ minus.**

¶ Hactenus declarauit ſecũdã cãm generationis ꝛ corruptionis. vz. formaꝝ ꝯrietatẽ: nũc (vt mihi videt̃) probat illud per ſignũ: ꝛ locũ a cõtrario. hoc mõ qꝛ formę. quarũ ſubta carent cõtrario ſunt ingñabiles ꝛ incorruptibiles: imo nec hñt ſubm cõe: ꝛ mãm cõem in qua recipiant̃: ſed ſunt ſimplices. ¶ Animaduertendũ ꝑ ꝙ rõ hęc eſt Ariſt. in ꝑmo cęli. cõmẽ. 20. ꝑ quã ꝯcluſit cęlũ eſſe incorruptibile: qꝛ. vz. caret cõtrario. ¶ Scđo animaduertẽdũ ꝙ iſtę duę ſunt cãę generationis ꝛ corruptionis. vz. ſubm cõe dimenſione affectũ ꝛ formarũ cõtrarietas. Sũt aũt hę cãę conuertibiles ſm ꝯñam. nã vbi nõ eſt cõtrarietas nõ eſt tranſmutatio. oĩs enim tranſmutatio eſt de termino contrario in terminũ cõtrariũ: vbi nõ eſt tranſmutatio non eſt mã cõis dimẽſione affecta: niſi mã ſit ibi ocioſe. vt dicit Auerroes ꝑmo cęli. cõmẽ. 20. Contra ẽt vbi non eſt mã nec eſt cõtrarietas. nã vbi nõ eſt mã: nõ eſt tranſmutatio: ꝛ vbi nõ eſt tranſmutatio: nõ eſt contrarietas. Hę igitur cãę ſunt duę inuicẽ affirmatiue: ꝛ negatiue cõuertibiles. Ex ys infert intẽtũ: ꝙ. vz. duę ſunt cãę generationis ꝛ corruptionis: vna eſt cõtrarietas formarũ vel in ſe vel ĩ ſuis qualitatibus. Scđa eſt ſubm cõe: qđ nullã hꝫ propriã formã inſeparabilẽ: ſed eſt potẽtia recipiens numeꝝ ſm formas diuerſas in ſpẽ: ꝛ numeꝝ ſm formas diuerſas numero: ꝛ quę ſit ſm magis ꝛ minus: ꝛ hoc eſt intẽtũ: quaſi dicat. ꝙ lꝫ ipſa ſit vna numero: eſt capax omnis multitudinis tam ſm indiuiduũ ꝗ̃ ſm ſpẽm: ꝛ ſm extẽſum in amplũ vel minus extẽſum. vt. 12. metaphy. cõmẽ. 14. ꝛ ꝑmo de gñatione cõmẽ. 29. ¶ Animaduertẽdũ eſt ambas has cãs ex verbis Ariſto. repiri. vt. 7. metaphy. tex. cõmẽ. 22. Ubi ait mãm eẽ rẽ ꝓpter quã vnũqđqꝫ põt eſſe vel non eſſe: itẽqꝫ tex. cõmẽ. 53. idẽ adycit. ꝛ in. 9. textu cõmẽ. 17. ait potẽtiã mãę eſſe cõtradictionis. vz. tã ad eſſe ꝗ̃ ad nõ eſſe. Et in 2° de gñatione. textu cõmẽ. 51. idẽ ſimiliter. Ex quibus ꝑmũ ꝯſtat. ꝑmo võ phĩce auſcultationis. tex. cõm. 60. ꝛ ꝑmo cęli. textu cõmẽ. 20. Secũda cã gñationis ꝛ corruptionis accipit̃: vt ꝙ gñatio ecõtrario ſit in contrariũ: ꝛ ꝙ vnũqđqꝫ ſuo ecõtrario corrũpat̃. ¶ Sꝫ dices Auer. vbiqꝫ ĩfert. ſi cęlũ eſt ex mã quãtitate ĩterminata affecta eſt gñabile ꝛ corruptibile. mõ ſi cãę generationis ꝛ corruptionis eẽnt duę: Auerroes argueret ab ĩſufficiẽti. vt Egidius rñdet vbiqꝫ. ¶ Ad hoc rñdet Auerroes ꝑmo cęli. cõmẽ. 124. ꝙ oẽ poſſibile ab intrinſeco infert poſſibile ab extrinſeco: ꝛ econuerſo. hoc eſt ꝙ hę duę cauſę ſunt cõuertibiles. habere enim mãz quantã cõem infert habere cõtrarium: ꝛ ecõuerſo. ſunt igitur duę cauſę totales ſeſe inferentes: ꝛ propterea non arguit ab inſufficienti.

Cõ. 29.

**¶ Et cauſa huius totius eſt ꝙ hoc ſubiectum recipit primitus dimenſiones interminatas: ꝛ qꝛ eſt multum in potentia.**

¶ Joãnes cãm hãc refert ad id qđ ꝓxime dixit. accepit. n. mãm entẽ vnã numero recipere formas diuerſas ſpecie ꝛ numero: cuiꝰ rei Joãnes vult nũc Auerroez tradere cãz ob. vz. id ꝙ mã ꝑcipit dimẽſiones ante formas: qbꝰ efficit̃ multa in potẽtia. Hãc expõnẽ ꝯtẽporanei nr̃i ſectant̃: verum volunt duas eſſe cauſas: cur mã plures recipit formas inſimul: quas ambas dedit Auerroes. ꝑma: qꝛ materia ante formarum receptionez ꝑdiſponit̃ dimenſionibꝰ. altera eſt: qꝛ ipſa eſt multa in potẽtia. Joãnes opinat̃ vnã eẽ cãm tñ. vz. qꝛ dimẽſio ꝑcedit: propter qđ ꝛ mã multa efficit̃

Cõ. 30.
Varia textus itroductio.

Declaratõ poſitionis potium. efficiẽ potentia. ¶ Animaduertendum ꝙ de potẽtia ma
teriç duas recitauimus põnes. vna ꝙ potẽtia ⁊ dimẽſio:
ſint vna res: ⁊ dĩnt rõne. Altera ꝙ poᵃ ⁊ dimẽſio ſint duç
res duçqꝫ paſſiones materiç cõpetẽtes ordine quodam.
Prima põ hꝫ dicere: vt Joãnes ait: ꝙ mã prima ꝑ dimen
ſiones ⁊ recipit formas ſimul: eſt ⁊ multa potẽtia: eo ꝙ di
mẽſio ⁊ potẽtia vna eſt res. ¶ Scđa põ hꝫ dicere mãꝫ re
cipere plures formas ſimul ⁊ ſucceſſiue ⁊ ꝓpter dimẽſio
nẽ: ⁊ ꝓpterea qꝛ multa potẽtia: propterea qꝛ eſt multa po
tẽtia eſt apta recipere plures formas tñ: nõ tñ ſimul. vñ
ſi mã nullas haberet dimẽſiones: recipet plures formas:
ſed ordine quodã. qꝛ vᵒ ꝑdimenſionata: apta eſt recipere
Egidij expoſitio. plures ſimul. ¶ Egidius vᵒ vult Auer. redire ad ꝓrimũ
caplm: ꝑaccepit enim dimẽſiones interminatas eſſe mãç
çternas: nũc Auerroeꝫ illud ꝓbare autumat. ¶ Et oẽs hç
Propria expoſitio. expõnes ſtare pñt: ⁊ ſunt poſſibiles. ¶ Uerũ mihi videẽ
ꝙ cũ Auerroes duas eẽ cauſas generationis ⁊ corruptio
nis accepiſſet: nũc comparare inter illas: ⁊ vult potiorem
ac (vt ita loquar) totaliorẽ cãm generationis ⁊ corruptio
nis eſſe habere ſubm ſiue mãm cõem dimẽſione intermi
nata diſpoſitã ⁊ multã potẽtijs. Et hoc accipit vt pꝫ in lit
tera. Declarabit aũt poſtea ꝙ qꝛ mã eſt ꝑquãta ⁊ multa
potẽtia: gñationes ſunt ⁊ plures ſimul ⁊ ſucceſſiue: ſed ꝓꝑ
quid hçc ſit generationis principalior cauſa ⁊ totalior:
Comparatio cãrum gñationis. Auerroes nõ dicit. ¶ Uideẽ aũt mihi hoc eſſe ꝑmo quia
principalius eſt qđ eſt intrinſecũ vt pars: ꝙ̃ qđ extrinſe
cum. Scđo principalius eſt: qđ nulla cauſa põt impediri:
ꝙ̃ qđ leui e cauſa impediẽ: nulla eni cã põt facere quin
mã quanta ⁊ multa potentia ſit capax corruptionis: ſꝫ ꝙ
contrariuꝫ appliceẽ contrario ſepe accidit impedimẽtuꝫ.
ſic igiẽ pꝫ mãm quãtã ⁊ multã potẽtia eſſe potiorem ge
nerationis ⁊ corruptionis cauſam ꝙ̃ contrarium ipſum.

¶ Qm̃ ſi nõ haberet dimenſionem: non recipe
ret inſimul formas diuerſas numero neqꝫ for
mas diuerſas ſpẽ: niſi in tꝑibus diuerſis: ſed in
eodeꝫ tempore non inueniretur niſi vna forma:
⁊ cum hoc ꝙ eius materia eſt vna numero.

Cõ. 31. ¶ Accepit ꝑhabere dimẽſiones interminatas eſſe cauſaꝫ
ꝙ mã põt ſimul plures formas numero ⁊ ſpecie recipe. B
ꝓbat ducendo ad impoſe ſic. ſi mã nõ ꝑhaberet dimẽſio
nes interminatas. tũc nõ reciperet plures ſimul: ſed in di
uerſis temporibus: ait Auerroes ꝯñtiam tenere vno hoc
vꝫ. preſuppoſito ꝙ mã ſit vna numero oium. vbi eni ma
teriç eſſent multç per ſe ⁊ nõ propter dimẽſiones: poſſunt
formç ſimul effici: qꝛ vna effici in materia. a. alia vᵒ in mã
Dubitatio circa rõnẽ Ariſtote. Egi. deductio. b. ⁊ in alijs aliç. ¶ Sꝫ vnde valeat enthiᵃ: nõ par eſt am
biguitas. Egidius ſic deducit enthimema. oẽ receptũ per
modũ recipiẽ recipiẽtis. 3. de aĩa. cõmẽ. 5. igiẽ ſi dimenſio
non eſſet mãç coçterna: ſed reciperẽ de nouo poſt formç
receptionem: reciperetur modo ⁊ ratione indiuiſibili ob
ſubiectũ qđ inuenit indiuiſibile: quare ipſa dimenſio re
maneret de ſe indiuiſibilis: ⁊ inde ipſa mã partibus care
Impugnatio. ret: ⁊ ſic nõ niſi tñ vnã reciperet formã. ¶ Sed hçc de
ductio videẽ ambigua. ꝑmo qꝛ Auer. 2. cçli. cõmẽ. 3. ⁊ in fi
ne huius capitis vult dimenſionẽ cçli recipi in cçlo poſt
ſaltem ſm nãm ipam itelligẽtiã: ⁊ tñ vult cçlũ eſſe ſubaꝫ
extẽſam. ⁊ ſic lꝫ quãtitas in ſubiecto recipiatur idiuiduo:
Propria deductio. nõ ꝓꝑ hoc erit ipſa ⁊ ſubm indiuidua. ¶ Ego vᵒ diu ⁊ ſe
pe ſuper excogitans opinor tandem Auerroem non velle
vt Joãnes ⁊ Egidius credunt: ꝙ. vꝫ. vna dimẽſio numero
ꝑſit. ⁊ coçterna mãç qꝛ hoc ſatẽ ꝓbauit. ſupra ⁊ nos ibidẽ:
ſed tñ vult hĩe dimẽſiones ꝑeſſe vel eandẽ numero cuꝫ
priori vel ſaltem aut ſpeciç: aut genere: ⁊ ad hoc vꝫ enthi
mema. Si mã nõ eſſet ꝑquanta ſiue quantitate formç ꝑ
cedẽtis ſiue quantitate vna numero çterna mãç: nõ poſſet
recipere plures formas ſimul: qm̃ oẽs mãç eſſent in vno
indiuiſibili vt in puncto: ⁊ ſic ei non poſſet agens applica
ri. Et propterea ꝓbauit enthimema ſolũ accepto ⁊ ſuppo
ſito ꝙ mã ſit vna numero oium formarũ. Nam vbi eẽnt
plures ⁊ in locis diuerſis: poſſent fortaſſe eſſe per plures
generationes vt vna in materia. a. alia in materia. b. ⁊ in
cçteris ſilr ⁊ hãc declarationẽ ignorauit Joãnes. ¶ Sed De vnitate mãç.
de vnitate materiç multa legendo diximus in primo phy
ſicorum ⁊ in qõne ſingulari ſcripſimus. Uerum hçc pau
ca animaduerte ꝙ Auerroes. 12. metaphyſicç. cõmẽ. 14.
voluit materiam eſſe vnam numero omniuꝫ. Sed dices
vnũ numero non reperitur in pluribus. ꝑmo metaphyſi.
cõmẽtis. 28. 31. ⁊. 46. Cui Auerroes rñdet ibidem vnũ nu
mero eſt bifariam: vel actu. vt Socrates ⁊ calias. quilibꝫ
enim horũ eſt vnũ numero ꝓꝑ formã vnã: ⁊ hoc nõ eſt cõ
mune pluribus. Aut priuatione ⁊ potentia: vt materia. eſt
eni mã vna numero: qꝛ caret formis indiuiduis: quibus
enumereẽ. cõis vᵒ: qꝛ caret vna forma: qua conſtituta ſit
in eſſe vno numero. ait aũt hoc nõ eſſe dictum ab Ariſto.
ſed bñ colligi põt ex verbis eius. ¶ Sꝫ ex quibus vbis Joan. põ.
colligatur. Joãnes ait ꝑmo metaphy. textu cõmẽ. 17. vbi
dĩ in fundamẽto nãç nihil eſſe diſtinctum: ⁊. 7. metaphy.
textu cõmen. 8. dicitur ꝙ mã nec eſt quid nec quale nec
quãtũ nec aliquid aliorum ꝑdicamẽtorũ: quibus diuiſuꝫ
eſt ens. E quibus vult Joannes rem hanc colligi. ¶ Sed [illegible]
Joannes parũ fuit in re hac ſollicitus. Propterea videtur
mihi ex alijs reꝫ hanc colligi. Uñ. 8. metaph. inquit: neqꝫ
omnis mã eſt: ſed quorũ gñatio eſt: ⁊ tranſmutatio. vbi
Auerroes. cõmẽ. 14. inquit: ⁊ ex hoc verificatur ꝙ prima
mã rerũ gñabiliũ ⁊ corruptibiliũ eſt vna. ſ. qꝛ oia gñabi
lia ⁊ corruptibilia alterãtur adinuicẽ. Jtẽqꝫ. 10. metaph.
tex. cõmẽ. 24. dicit. mã eni negatione oñditur. vbi Auer
roes idẽ colligit. idẽ ꝑmo de gñatione. tex. cõmẽ. 22. ⁊. 29.
⁊. 54. ſic igiẽ Joãnes male collegit verba Ariſt. ¶ Sꝫ hic Difficultates circa vnitatẽ materiç.
ſunt difficultates. ꝑma. qꝛ ſimiliter erit vnũ numero ipſuꝫ
vle. nam vniuerſale eſt ens in potentia. Signuꝫ eſt quia
ſcire vle eſt ſcire in potẽtia. Scđa mã eſt cõis pluribus.
igiẽ ꝑdicatũ: ⁊ ſic ꝯtra Auerroẽ. ꝑmo metaphy. cõmẽ. 17.
Tertia cuilibet enti poſitiue competit vnitas poſitiua: qꝛ
eadẽ eſt ratio entis ⁊ vnius entis. 4. metaphyſicç. Mate
ria aũt eſt ens poſitiuũ: qꝛ ſubeç pars. Quarta. tũc eẽt vna
numero ꝑuatiue. ⁊ plures numero: vna qdẽ: qꝛ caret plu
ribus formis qbus diuidiẽ. Plures vᵒ qꝛ caret vna: qua
indiuidueẽ. Quinta tũc per idẽ dici poſſet vna ſpẽ priua
tiue ⁊ vna genere: quia caret pluribus formis ſpẽ ⁊ gñe q
bus diuiditur. ¶ Ad ꝑmã ſoluit. 12. metaphy. cõmẽ. 14. Solutiones.
ꝙ cõitas vniuerſalis ⁊ mãç differũt: qꝛ cõitas vniuerſa
lis eſt extra animã in poᵃ: qm̃ rõne formç: quç potẽtia eſt
vle: ſꝫ vnitas mãç eſt ꝓꝑ priuationẽ: quç ẽ ens in anima.
¶ Ad ſcđam ſoluit. 7. huiꝰ cõmẽtis. 23. 34. ⁊. 8. metaph.
cõmẽ. 6. ⁊. 9. eiuſdẽ cõmẽ. 12. ꝙ materia ꝑt ſumi: vt pars:
⁊ ſic nõ ꝑdicatur niſi de ſe ipſa. alio mõ vt totũ vt pro ma
teriali ſiue corporeo: ⁊ ſic de omnibus gñabilibus ꝑdicaẽ:
materia itaqꝫ nõ ꝑdicatur in quid nec in quale: cum non
ſit quidditas nec pars quidditatis: ſed additũ illi: ⁊ ſic ꝑ
dicatur in quale quodãmodo: qꝛ prçdicat aliquid extra
eſſentiam. ¶ Ad tertiã dicendũ ꝙ vnitas numeralis ma
teriç põt cõparari ad ſubm remotũ vtpote ad eſſentiam
mãç: ⁊ ſic dĩ poſitiua: aut ad ſubm ꝓximũ vtpote ad ꝑua
tionẽ: qua mediãte intelligiẽ mã vna: ⁊ ſic vnitas ẽ ꝑuati
ua. ¶ Ad quartã Auerroes ꝯcedit totũ: ꝙ. vꝫ. mã ſit vna
numero ⁊ plures numero: qꝛ cõis pluribꝰ: ⁊ hoc in ente po
tentia: ſed bene in ente in actu eſſet inconueniens: ⁊ ſic per

idem vna ſpecie ⁊ plures ſpē dici pōt per ꝯuationē. vt de vno numero diximus. Hec pauca ſatis. ¶ Animaduertēdū quoqꝫ eſt rōnē Auerro. hic eē fere ad vbum Ariſtote. 12. metaphy. tex. cōmē. 49. ⁊ tu vide verba eius.

¶ Et ſi nō eſſet multa potentia: non denudaret ab illa vna forma quā reciperet ⁊ eſſet forma in ſubſtātia illius ſubti: ⁊ iſtud ſubꝫ eſſet impoſſibile vt denudaretur a ſua forma oīno: aut corrumperetur illa forma ⁊ alia forma generaret.

Cō.32. ¶ Declarat nūc ſcdꝫ. vꝫ. ꝙ cā gnationis ⁊ corruptionis eſt: eo qꝛ materia prima eſt multa potētia. vel ꝙ hēat multas potētias re diuerſas vel rōne. Et arguit hypothetice a pmo ad vltimū ſic. Si materia non eſſet multa potentia: nō denudaret ab ea vna forᵃ: quā ſemel recipiſſet ꝓ ſui eſſe: ⁊ ſi nō denudaret ab illa: illa eſſet in ſuba illius: itaꝙ nec mā poſſet ſeparari ab ea: nec ea derelinquere materiā ⁊ alia ſuccedere. hoc enī eſt itelligēdū ꝑ eſſe in ſuba māę. eſſe eniꝫ in ſuba alicuius eſt: vel id qđ eſt definitio vel ꝑs definitionis illius. vt in libro poſteriorum: ⁊ hoc mō non accipit hic: vel id qđ eſt iſeparabile ab illa vt inteᵃ orbis. eſt enim cęlo propria ac in illius ſuba: ꝑ quanto inſeparabilis. ¶ Uñ vꝫ mihi ꝙ oīs Auer. ratio ſuſtētat in hac poſtulatione. vꝫ. ꝙ impoſſibile eſt materiā eſſe abſqꝫ forma vt. 2. phyſicorūꝫ. cōmē. 12. ⁊. 3. cęli. cōmē. 29. declarat. hac enim acepta ſequit. ſi materia non eſſet multiplex ꝓpotentia cū non poſſit eſſe abſqꝫ forma: ſempꝑ haberet vnā formam: ⁊ ſic illa eſſet in eius ſubſtantia.

Funᵐ rōnis.

¶ Et qꝛ iſtud ſubꝫ nō recipit multas formas inſimul vel ſucceſſiue niſi ex hoc ꝙ recipit tres dimenſiones primitus: manifeſtū eſt ꝙ ſi ſubiectū aliqđ ſit: qđ nō recipit niſi vnam formā ſemper ꝙ ſit vnum numero ſimpliciter: ⁊ ꝙ nulla multitudo eſt in eo omnino: neqꝫ potētia neqꝫ actu: ⁊ ꝙ non diuiditur ſm formam neqꝫ forma per eius diuiſionem.

Cō.33. ¶ Uidet pmo ꝙ Auerroes circa dicta faciat ꝯñaꝫ in ipo: de qua 2° topicorū: vel magis ecōtrarię quā dicimus cōſequētiā ꝑ ꝯtrapoſitionē: hoc mō. vꝫ. mā non recipit multas formas inſil vel ſucceſſiue: niſi ex h ꝙ recipit tres dimēſiones pmitus. igit ſi ſubm recipit tm̄ vnam formam: ſemper erit vnū numero ſimplr: ita vt nulla multitudo ſit in ea oīno: neqꝫ potētia neqꝫ actu: adeo ꝙ nec illa ꝑ formā: nec forma ꝑ illā diuidet. vis iſtius eſt vl ꝯñtię in ipo vl eꝯrie. Nā vbi pñtia nautę eſt cā ſalutis nauis: abſentia erit cā ſubmerſionis. Silr ſi qꝛ dimēſiones pcedūt materia recipit multas formas. vbi nō recipit niſi vnā: dimenſiones minime pcedēt: ⁊ vbi nō pcedūt nō recipit plures.

Cōtra Jo. ¶ Et in hoc textu apparet ꝯ Joannem ꝙ ſola cauſa: cur materia recipit formas multas ſiue ſimul: ſiue ſucceſſiue: eſt qꝛ primitus recipit tres dimenſiones. Hec enim eſt cā cur mā effecta eſt multa ſm potētias: ⁊ eē multū ſm potētias eſt cā cur mā eſt multiplex ſm ꝯtingētiā: pacipere enī dimēſiones ⁊ eē multiplex ſm potētias ſunt duę cāę multitudinis formaꝝ ⁊ ꝯtingētię: ſꝫ ſunt ordine quodaꝫ: qꝛ phabere dimēſiones eſt cauſa ꝙ ſit multiplex ſꝫ potētias: qđ vlterius eſt cā contingentię ⁊ multitudinis: ⁊ ita ſequit ꝙ vbi nō eſt multitudo: mā non eſt multiplex ſm potētiā: ⁊ vbi nō eſt multiplex ſm potētiam: materia non recipit primitus dimenſiones: ⁊ ſic eſt conſequentia econtrarie quaſi a contradictorio conſequentis.

¶ Et ꝙ cauſa in hoc eſt qꝛ non recipit quantitatē primo ante receptionem formarum: qꝛ ſi reciperet eſſet diuiſibilis ſm formam ⁊ forma diuiſibilis ſꝫ eius dimenſiones. ſ. per ſubiecti diuiſionem: ⁊ finiti eſſent actus ſm finitatem illius quantitatis: ⁊ eſſet poſſibile in ea formam recipere magis ⁊ minus partem ⁊ totum.

¶ Repetit cām ꝯñę nūc dictę: vbi animaduerte ꝙ ex hoc ꝙ dimenſiones pcedūt in mā añ formas: ⁊ non dico eędē numero vel eędē ſpē: quinqꝫ ꝯtingunt. Primo ꝙ mā eēt diuiſibilis ſm formā: hoc eſt ſm ſpēm: ⁊ in plures numero māꝫ. diuiſio eniꝫ ſm formā eſt diuiſio ſpecifica. vt dicunt metapyſici. Scdo ꝙ forma eēt diuiſibilis ſm eius dimēſiones: hoc eſt ꝑ ſubi diuiſionē: ⁊ hoc ē dicere numeraliter. differūt eniꝫ formę numero ob materieꝝ partitionē vt nunc petit ex pmo phyſicoꝝ. textu cōmē. 15. ⁊ 5° metaphy. textu cōmē. 18. Tertio actꝰ recepti in materia ſūt finiti ſm finitatē illius quātitatis. Et hoc triplr intelligitur: vel ꝙ formę receptę eēnt finitę dimenſiue: q̄uo oē corpus ſub rōne corporis eſt finitū. pmo cęli. cōmē. 39. vel finitę vigore. vt in pncipio tertij capitis huius dicet: vel duratione: qꝛ ſunt genitę: ⁊ corruptibiles. vt. 12. metaph. tex. cōmē. 41. ⁊. 8. phy. cōmē. 79. Quarto ēt formę receptę ſuſciperēt magis ⁊ minꝰ vel extēſione vl vigore vel ꝑduratione. Quito ēt recipet formę receptę partē ⁊ totū: hoc eſt accipent nomē totius vel partis: comparatione tamē habita inter eas: vel per totū intelligit excedēs: ⁊ per parteꝫ exceſſuꝫ. vt eſt manifeſtū: ⁊ vtroqꝫ mō eſt bonū: ⁊ ſunt fere idē. hęc enī quinqꝫ contingunt formis ipſis receptis in mā. hoc vno ſuppoſito. vꝫ. ꝙ dimēſio iterminata pcedat eas ⁊ iam declarata ſunt hęc omnia ⁊ plura alia declarari pñt ex dictis. ¶ Queres fortaſſe cui prio cōpetit diuiſio: dimēſioni vel materię: ſiue ſubę māli: ¶ Rñdet Joānes ꝙ pmo dimenſioni. Nam in omni genere eſt dare vnum pᵐ qđ ſit cā cęteroꝝ. 4. metaphy. tex. cō. 4. ⁊. 10. eiuſdeꝫ. textu cōmēti ēt quarti. Quare in genere diuiſibiliū erit vnū pmo tale. qđ cęteris erit cā eēndi tale: ⁊ illđ eſt quātitas. pmo phyſi. cōmē. 15. ¶ Sed dices ꝯ. qcqd eſt cauſa cauſę eſt cā cauſati. 2. phyſicoꝝ. Mā ſiue ſuba mālis eſt cauſa ſiue ſubiectiua ſiue effectiua dimenſionum. igit pᵒ cā diuiſibilitatis. ¶ Lꝫ hęc qđ competat metaphyſico. ⁊ 6. phyſicorū. Attñ ꝓ nūc dđm ꝙ diuiſibile pōt conſiderari in rōne pdicati ꝑ ſe ſcdo mō pdicatoꝝ ꝑ ſe: ⁊ ſic q̄titati ſiue dimēſioni pmo ineſt: vel in rōne effectus naturalis. hoc eſt vt eſt vnus effectus nāę: ⁊ ſic prima eiꝰ cauſa erit mā: vel ſuba materialis per rationem noſtram.

Cō.34. — qđ cui primo cōpetit diuiſibilitas. — Joā. rñſio. — Replica. — Defenſio.

¶ Si igit aliqua forma eſt que non recipit magis ⁊ minus: neqꝫ diuidit per diuiſioneꝫ ſubiecti ſui: neqꝫ ſubꝫ diuidit per diuiſioneꝫ forme: ſcilꝫ per eius diuerſitatem: manifeſtum eſt ꝙ in ſubiecto iſtius forme non exiſtunt dimenſiones primitus: ſed poſtq̄ꝫ forma exiſtit.

Cō.35. ¶ Ad declarationē cāę nunc poſitę infert ꝯuerſum hoc eſt ex oppoſito ꝯñtis oppoſitū añtis. dicebat enī ſi in mā pcedit dimenſio ante formaꝝ receptionē: forma eſt diuiſibilis ſm magis ⁊ minus: ⁊ diuidit ꝑ diuiſionē ſubti ⁊ ſubm ꝑdiuiſionē forᶜ ſpecificā: ⁊ reliqua. igit ab oppoſito ꝯſequentis vbi forma nō eſt diuiſibilis ſm magis ⁊ minus: nec diuidit ꝑ diuiſionē ſubti: nec ſubꝫ ꝑ diuiſionē formę ſpecificā: dimēſiones nō pcedūt formā: ſꝫ potius ſequunt formā: veluti dimēſiones in actu ⁊ terminatę ſequi ſolēt. hāc rationē tenet itelligētia cū orbe: ipa enī pcedit dimenſiones ſaltem nā: ⁊ ſic oīs dimenſio cęleſtis eſt terminata

Dubitatio ⁊ ſemp̱ in actu. ℂ Sed ambiges per talẽ obiectionez noſtrã.nã apud Auerro.intellectus mãlis:quẽ poſſibilẽ vocant accedit ab extra ⁊ copulaꝭ cogitatiuę ⁊ mediãte illa ꝯſtituit hoiez in eſſe ſpecifico. vbi p̱z ipſuz nõ eſſe cauſaz ⁊ p̱orẽ dimẽſionib⁹:ſ3 tñ ante terminatas:⁊ ſic nõ val3.ẽ forma indiuiſibilis.igiꝭ ante dimẽſiones:pp intellectuz datũ:qui eſt idiuiduus:⁊ tñ nõ p̄cedit oẽs dimẽſiones hominis. Solutio. ℂ Hãc inſtãtiã ꝯſidera tu:q2 eſt ardua:dici tamẽ põt ꝙ itellectus mãlis põt ꝯſiderari reſpectu totius ſphę re humanę:⁊ ſic eſt p̱or natura homine ⁊ omnibus accidẽtibus hominis q2 ſimpliciter ſempiternus eſt. Uel poteſt cõparari reſpectu huius hominis:⁊ hũc p̄cedit hac rõne ꝙ p̄mo ineſt cogitatiuę:⁊ ſimul cũ ea rõnalẽ ꝯſtituit aīaz quę poſtea ineſt homini ad quã oĩa indiuidui hoĩs accidẽtia ꝯtingũt ſequi:⁊ ſic ſubm p̄mũ eſt cogitatiua:quã gręci dianoeã vocãt. Huic v͂o p̄mo ineſt ⁊ añq̃ ſibi cõpetãt accidẽtia aliqua dico prius ꝭm nãm ⁊ nõ ꝭm tp̄s:deinde cõſtituta rationali anima ineſt materię ⁊ conſtituitur hõ:⁊ ſic nihil contra Auerroem. Sed de hoc latius alibi.

ℂ Et intelligo poſt ꝭm eſſe non poſt ꝭm tp̄s: ſicut eſt diſpõ in prima mã.ſ. ꝙ non inueniuntur in ea niſi vt habet formam exiſtentem.

Cõ.36. ℂ Contra dicta ambiges:q2 nõ videꝭ formã eẽ p̱orẽ accñtibus ſemp̱:q2 forma cęli nõ eſt p̱or accidẽrib⁹ cęli: q2 ab ęterno oĩa ſunt ſilꝛ ⁊ forma mãlis videꝭ eſſe ſimul cũ accidẽtib⁹ tp̱e:igiꝭ nõ p̱or. ℂ Rñdet qđ duplex eſt prius ꝭm eẽ hoc eſt ꝭm nãm:⁊ ꝭm tp̄s:⁊ qm̃ nã d2 de quatuor cãis: quadruplex eſt prius nã ꝓut q̃tuor ſunt cãę. Tunc dicendũ ꝙ forma eſt p̱or accñtibus prioritate nãę ⁊ cãę ⁊ nõ tẽporis. Eterno v͂o nõ repugnat hr̃e pri⁹ natura:l3 repugnat hẽre prius tp̱e:⁊ talẽ rõnẽ h3 mã cũ forma:q2 accñtia terminata nõ recipit niſi recepta forma. Ex q̱bus p3 dimenſiones cęli oẽs eẽ terminatas tñ ⁊ ſemp̱ in actu:q2 forma eſt indiuidua ⁊ ęterno tp̱e p̱ficiẽs cęlũ. Dubitatio pulchra. ℂ S3 dices. cęleſtes dimẽſiones oẽs cõueniũt ſpẽ.igiꝭ eſt aliqua dimẽſio a qua ſumiꝭ rõ ſpẽi:⁊ hęc eſt p̱or dimẽſiõe in actu.igitur eſt dimenſio in poͣ prior. Solutio. ℂ Dicerẽ ꝙ dimẽſiones cęleſtes oẽs ſunt terminatę:q2 ſemp̱ in actu:⁊ p̱ ꝯñs ꝯueniunt ſpẽ:nõ quidẽ p̄dicamẽtali ⁊ vniuoca ſ3 equiuoca ⁊ trãſcẽdẽti. vt.2.cęli.cõmẽ.49.de intelligẽtijs loquitur Auerro. ⁊ ſic non oportet preintelligere dimenſionẽ aliquaz potẽtialem e qua colligatur ratio ſpeciei.

ℂ Unde putauit Auicenna ꝙ diſpoſitio trium dimenſionum exiſtentium in materia ſimpliciter.ſ.non terminatarum:eſt diſpoſitio dimenſionum terminatarum in ea: quapropter dixit neceſſe eſt formam primã exiſtere in prima materia ante dimenſiones exiſtant in ea.

Cõ.37. ℂ Quid ſit mã ⁊ q̱d forͣ p̱fecit itẽq3 duas declarauit eſſe cãs generationis ⁊ corruptionis:mãz.v3.dimẽſionib⁹ in potẽtia affectã:⁊ formarũ cõtrarietatẽ ſiue p̱ ſe ſiue p̱ accidens pp̱ qualitates. Pos Aui. ℂ Nũc errores antiquoꝝ refellit ⁊ incipit ab errore Auicẽnę.opinabaꝭ eni3 ante dimẽſiões interminatas primã forͣm ineſſe p̄mę mãę hoc enthimemate. v3.dimẽſiones iterminatę ita ſe hñt vt terminatę. igiꝭ vt añ terminatas ineſt forma mãę ſic ante interminatas ieſt p̄ma forma p̄mę mãę.añs declaraꝭ.nã dimẽſiones terminatę ⁊ interminatę ſunt vnius generis ⁊ nãę:q2 ambo accidẽtia:quę per ſe in eo ꝙ talia iſunt ſubiecto in actu.2.de aĩa.⁊.7.metaphy. hęc eſt poſitio ⁊ ratio Auicennę.p̊ tractatu ſuę ſufficientię.capite.2.de qua in queſtiõe.

ℂ Ex quo accidunt ei multa impoſſibilia: quorum vnum eſt formam non diuidi per diuiſionem materiae:quapropter non recipit diuiſionem. Et ipſam eſſe eternam non diuiſibilem p̱ diuiſionem ſui ſubiecti. Et ipſam non hr̃e contrarium ſibi ſuccedens in eodem ſubiecto. ꝙ ſi ita eſſet:tunc materia nullam reciperet formaz preter iſtam ſibi primam.

ℂ Obijcit ꝯtra Auicẽnã p̱ quatuor impoſſibilia.p̄mo ꝙ illa prima forma:quã Auicẽna vult eẽ corporeitatẽ de genere ſubę:eſſet ſimplꝛ idiuiſibilis.ſcđo ꝙ eẽt ęterna.3° ꝙ nõ haberet ꝯtrariũ ſibi in eodẽ ſubo ſuccedẽs.4° ꝙ materia nullã aliã recip̱et forͣm p̄ter illã corporeitatis p̄mã. Cõ.38. Impugnatio.

Declaratio Jo. ℂ Has ꝯſequẽtias Joãnes in q̃õnib⁹ hui⁹ libri deducit ⁊ petit ſibi p̄mo ꝙ oẽ qđ recipiꝭ per mediũ aliqđ in aliq̃ ſubiecto recipiꝭ p̱ nãm ⁊ modũ illius medij. vt qm̃ albedo eſt indiuiſibilis ⁊ recipiꝭ mediãte ſup̱ficie diuidua.iõ ⁊ ipſa ẽt diuidiꝭ:hoc eſt dicere:oẽ qđ recipiꝭ p̱ mediũ partibile partibiliter recipiꝭ:⁊ qđ p̱ mediũ impartibile: ip̄m etiã impartibile erit receptũ. ℂ Tunc arguit:p̄ma forma recipiꝭ per eſſentiã materię primo tanq̃ per mediũ:q̃ eſt impartibilis:igitur eſt impartibilis. trina dimenſio recipiꝭ in mã mediãte hac p̄ma forma impartibili ac indiuidua.igiꝭ per petitionẽ erit ipartibilis.quare totũ cõpoſitũ erit indiuiduũ ac impartibile:⁊ hoc fuit p̄mũ. ℂ Tũc ſeq̱ꝭ ꝭm ꝙ tale eſſet impoſſibile moueri ⁊ ęternũ:qm̃ mobile ⁊ generabile eſt diuiſibile. ℂ Tũc 3m q2 ęterna careret ꝯ̃rio.oẽ eni habẽs cõtrariũ eſt corruptibile. ℂ Tunc 4m ꝙ nullã aliã reciperet formã:niſi illã:q2 ſi recip̱et cũ impoſſe ſecũdã recipi niſi p̄ma corrũpaꝭ:tunc eſſet corruptibilis. Hęc deductio an valeat:poſterius dicemus. Nũc p̱ lrã craſſiuſcula expõne ſatis. ℂ S3 circa hęc de forma hac prima coporeitatis op3 querere. Contemporanei nr̃i ex põne diui Thomę ⁊ quibuſdã Auerrois v͂bis ꝯſtituũt põnẽ vnã:quã Ariſto. ⁊ Auerro.etiã ꝯfitenꝭ. Accipiunt q̱dẽ primo ab Auerroe.3.cęli.cõmẽ.67.in vnoquoq3 mixto eſſe quatuor formas elemẽtarias:quę q2 remittũtur poſſunt eſſe in vno mixto. Ultra has nullã aliã ponunt in mixto niſi ſpecificã:q̃ eſt vna in ſubto:ſ3 gerit vicẽ oĩum formarũ:e quib⁹ predicata ordinanꝭ eẽntialia. Uerbi cã in hoĩe aĩa rõnalis:hęc quidẽ re ⁊ ſubo eſt vna: verũ gerens vicẽ ſubę:ab ea ſumiꝭ genus ⁊ p̄dicatũ ſubę. Gerens vicẽ corporis conſtituit mã3 in eſſe ⁊ genere corporeo:ab eaq3 p̄dicatũ ſumiꝭ corporis. Gerens vicez mixturę conſtituit corpus in eẽ mixto ab eaq3 mixti predicatũ accipiꝭ ⁊ in cęteris idẽ. qua e re vna eſt forma tñ ſubto:ſ3 plures gradibus ⁊ rõne. Et hoc q2 p̱fectior ſemperq3 cõtinens iperfectioru3 vires:ac illaꝝ colligẽs potẽtias. Qua rõne ⁊ via impoſſibile eſt dari corporis formã aliã a forma ſpecifica ⁊ ꝙ non deꝭ pluribus rõnib⁹ poteſt declarari. ℂ Primo quęlibet forma nãlis indiget diſpoſitionibus qualitatiuis ⁊ quantitatiuis ab agente inductis. p̄mo cęli.cõmen.22.quare hęc vel nõ erit vl' erit generabilis. ℂ Scđo oĩs forma nãlis extrahiꝭ de potẽtia mãę ad actũ.8.metaphy. cõmẽ.13.hęc nõ extrahiꝭ.igiꝭ nõ eſt i mã. ℂ Tertio ęternũ nõ eſt forma rei gñabilis.p̊ metaph.cõmẽtis.31.⁊.35. idẽ ⁊.3.metaphy.cõmẽ.9.intranſmutabile nõ eſt pars rei tranſmutabilis. ℂ Quarto vl' illa corporis forma eſſet in mã ab agẽte vel ſine agẽte:ſi ab agẽte:eẽt extracta de poͣ mãę ⁊ ſic genita:ſi ſine agẽte.igꝛ eſſet de ſuba mãę:q2 vbi eſſet mãę cõtingens eẽt ipſa mã in potẽtia cõtradictionis reſpectu illi⁹:⁊ ſic aliq̃n expoliareꝭ illa.⁊.10.metaph. tex. cõmẽ.17.⁊.19. ℂ Quito oẽ cõpoſitũ eſt nouũ.12.metaph. cõmẽ.39.igiꝭ illa nõ eſt mãę ęterna. ℂ Sexto Auer.hic

Nõ.9. de forma corporis. Poſitio contẽporaneorũ noſtrorũ.

Rationes

per quatuoꝛ impoſſibilia confutauit Auicēnã.⁊ ſupra di-
xit impoſſibile eſſe vnū ſubiectū habere plus vna forma.
Idem primo phyſicoꝝ.cōmētis.63.⁊.69.⁊.66.⁊.7.meta-
phyſicę.cōmento.8. ¶ Septimo compoſitū iſtud ex mã
⁊ forma coꝛporis eſſet in genere: igitur generabile.2.cęli
cōmēto.49. ¶ Octauo.omne cōpoſitū ex mã formaq3
eſt coꝛruptibile.Auerrroes cōtra Auicē. infert ſi cęlū eēt
cōpoſitū ex materia ⁊ forma eſſet coꝛruptibile.p̄mo cęli
com̄.20.⁊.95.⁊ alibi. ¶ Nono nō poſſet ꝓbari itelligētiã
eſſet liberatam a mã: q2 Auerro.vbiq3 illud ꝓbat:quia
ſi eſſet in mã:eſſet coꝛruptibilis.mō ꝑ hāc poſitionē3 illa
ꝯſequentia nulla eſt. ¶ Decimo Auerro.ꝓbabit ꝙ intel-
ligētia cęli eſt indiuidua ac ipartibilis:q2 recipitur añ di
mēſiones:igitur a pari hęc coꝛpoꝛis forma. ¶ Undecimo
Auerro.dicit p̄mū eoꝝ quę in materia recipiuntur ſunt
dimēſiones interminate.igit̄ nō forma coꝛpoꝛis. ¶ Duo
decimo.tūc elementū diuideret̄ in partem motam ⁊ mo
uētē in actu cōtra Auerro.3.cęli.cōmē.28.⁊.4.cęli.cōmē
to.22.⁊.4.phyſicoꝝ.cōmēto.71.vbi aūt daret̄ forma coꝛ
poꝛis mã p̄ma eſſet in actu per illã:⁊ forma elementi eēt
mouens:quare elemētū3 diuideretur in partem mota3 in
actu hoc eſt materiam actuatam forma coꝛpoꝛis.⁊ moto-
rem hoc eſt forma3 elementi. ¶ Decimotertio.vt arguit
Thomas:tunc nulla eſſet via inueniendi primam mate-
ria3.Ariſto.eni3 in probando mãm eſſe ſemꝑ petit ens in
actu recipere nō poſſe ſubſtãtiã.vt p̄mo phyſico.cōmēto.
52.⁊.12.metaphy.tex.cōmē.6.vbi aūt ꝓcedit̄ formã coꝛ-
poꝛis coęternã mãę:ens in actu recipiet:⁊ ſic poſſet teneri
mãm eſſe ens in actu.Ab his ⁊ ſimilibus p3 forma3 coꝛpo
ris nō eſſe materię coęterna3:itemq3 in ſimplici coꝛpoꝛe
eſſe vnam tm̄ formam ſpecificam.In mixto vͦo quinq3.
quatuoꝛ elementarias ſub eſſe remiſſo:⁊ quintam ſpecifi
cam:q̄ gerit vicē cęteraru3. ¶ Hęc eſt poſitio.⁊ rationes — Deductio ꝯñę ⁊ impoſſibilium.
poſitionis. ¶ Tunc facile iuxta hanc poſitionem impoſ-
ſibilia Auer.deduci poſſunt. Auerroes eni accepit dimē-
ſiones prerecipi in materia vt formę efficerentur diuiduę
ac partibiles. ¶ Tunc ſequitur p̄mu3 forma coꝛpoꝛis nō
recepta eſt mediante dimenſione:igitur eſt indiuiſibilis:
⁊ itellecti.igitur ęterna.igitur in ſubiecto nullū cōpatiēs
ſecum cōtrariū.igitur eius mã nullã aliã p̄ter eã recipiet.
accepta eni p̄ma cōſequētia.cęterę oēs ſequunt̄ ex illa:ſi
eni3 forma coꝛpoꝛis eēt idiuidua ⁊ itellectus vt motoꝛ cę-
li.Tūc oēs alię ꝯñtię patent. ¶ Ioãnes vͦo in.7.phy.in p̄- — Pō Ioã.
moq3 de aïa.⁊ alibi plꝛes alias adycit formas.repit eni in
vno mixto ſex gradus operū:quę apparētia vocat.In ele
mētis tria.Primū eſt accidētib⁹ ſub eē ⁊ hoc fluere a foꝛ
ma ſubę credit:q̄ eſt mãę ꝓxima ꝯueniēs mixto ⁊ elñto:
poſt hoc reperit extēdere ſubm̄ ⁊ oē qȯ recipit̄:⁊ hoc flue
re a coꝛpoꝛis forma:que eſt poſt formã ſubę ⁊ hęc mixto
cōpetit ⁊ elñto.has ambas formas ponit mãę coęuas:ob
quas ſemꝑ mã eſt ſuba ⁊ coꝛpoꝛea ſubſtãs accñtalib⁹ ⁊ di
mēſionibus.Poſt hoc eſt pati vel agere per q̄litates elñ-
tarias:⁊ has fluere ab elñtarys formis in elñtis ⁊ mixtis
opinat̄.verū in elñtis illę formę ſunt p̄ncipales ⁊ ſpecifi-
cę in mixto pręparatoꝛię ⁊ diſpoſitiuę.Has aūt generabi
les ⁊ coꝛruptibiles ponit.Uerū mã3 ab eis nūq̄ expolia-
ri.2.phyſicoꝝ.poſt hoc eſt viuere:quo aïata cuncta viuūt
⁊ hoc flui a vegetatiua aïa ponit.Poſt hoc ē ſentire ⁊ mo
uere:⁊ hoc ineſt ꝑꝑ ſenſitiuã aïam.vltimo rōcinari:qȯ ho
minibus tm̄ ob rōnalē aïam cōpetit.ſic igit̄ in elñtis tria
apparētia reperiunt̄ ⁊ tres formę re diſtinctę triaq3 p̄di-
cata eētialia.In mixtis quatuoꝛ:in plantis q̄nq3:in aïa-
libus ſex:in hoībus tandē ſeptē.Nūc rōnes ꝓ hac pōne:
quas facere ſolitus ſu3 adducã.Et p̄mo ad hāc pōnē ſunt
verba Auerro.p̊ metaphy.cōmē.17.Ad idē p̄ñt duci ver-
ba Ariſto.⁊ Auerro.2.metaphy.cō.10.⁊.5.metaph.cōmē.
15.vbi aïam eē formã in ſuba in actu ait.Et ibidem.com
mē.30.partes definitionis vult eſſe partes definiti.igitur
definitū plꝛes h3 formas.7.metaphy.cōmē.42.ait a p̄mo
genere vſq3 in vltimã differētiã eē ꝑtes in po᷑:qȯ Auer.
cōmē.43.exponit:q2 ſunt forme vl̄es.p̊ phyſico.cōmē.5.
⁊.28.definitionē cōponi ex entib⁹ in rei veritate ait:qȯ nō
eēt niſi ſūt plures formę.Itēq3.3.cęli.cōmē.28.⁊.4.cęli.
cōmē.22.⁊.4.phyſi.cōmē.71.voluit mixtū diuidi in mo
uens actu ⁊ motū actu:quę ꝑs mota nō p̄t eē niſi coꝛpus.
6ͦ phyſico.cōmē.32.⁊ nō niſi coꝛpus vnū ⁊ nō pōt eē vnū
niſi per formã vnã.2.de aïa.cōmē.7.Quare vltra forma3
mouētē eſt forma rei motę.Nec valet qȯ Thomas ait.ꝙ
forma ſpecifica pōt ꝯſiderari vt motoꝛ:⁊ vt foꝛᵃ qua ip3
mixtū exiſtit:⁊ ſic motoꝛ ⁊ motū diſtiguunt̄ ratione tm̄:
q2 tūc nō eēt dr̄ia inter formã elñti ⁊ mixti. Ultimo pro
hoc facit Auerroes.12.metaphy.cōmen.14.Idē ratione
oſtēdit̄:qm̄ quales ⁊ quot opōnes ⁊ motus tot ⁊ tales foꝛ
mę.vt.12.metaphy.tex.cō.48.ꝙ ſi hec negetur: tollitur
demonſtratio Ariſto.qua ꝓbat numeꝝ intelligētiarum.
¶ At tūc iuxta hāc pōnē reſtat declarare ꝯñs Auer.ꝯ Aui. — Declaratio rōnum Auer.apd Ioan.
⁊ qūo ſtãt cū hac pōne:vult itaq3 Ioã.Aui.voluiſſe foꝛᵃᵐ
coꝛꝑis tꝑe p̄ceſſiſſe tres dimēſiōes:⁊ ꝑꝑea diſpō triū di-
mēſionū cū foꝛᵃ coꝛꝑis ē vt diſpō dimēſionū terminataꝝ
cū foꝛ¹ˢ:q2 ambę foꝛᵃˢ tꝑe ſequunt̄.Et ꝯ hūc ſenſu3 ꝯſeq̄n
tię Auerro.valent:q2 vbi foꝛᵃ coꝛpoꝛis tꝑe p̄cedit dimen-
ſiones:erit ipſa indiuiſibilis atq3 ex mã ⁊ ea cōpoſitū ēt
indiuiduū.Et tūc cętera ſequunt̄ vt ſcis.Et ſi dicas hunc
itellectū nō ꝯſonare Auicēnę.vt i li.ſuę ſufficiētię.capite
2.⁊.3.p3.dici pōt ꝙ Auicē.abſolute ꝓfert formã coꝛpoꝛis
eē poꝛē dimēſionib⁹:mō prius abſolute intelligit̄ ꝯ3 tꝑs.
igit̄ ſaltē Auerroes ꝯtradicit itellectui:qui apparet p̄mo
aſpectu ex vͦbis Auicēnę ſiue velit illū:ſiue nō.Et hoc ſuf
ficit Ioãni.7.phyſicoꝝ. ¶ Tertia pō inter has mediat. — 3ᵃ poſitio ⁊ nr̃a q̄oq3.
ambe eni ſūt extremę:⁊ vult ꝙ de cōpoſitis loq̄ poſſum⁹
dupl̄r vel ſimplicib⁹ elñtis vel mixtis.ſi in elñtis:erūt cō
cedēdę duę formę ſubſtãtiales:altera coꝛpoꝛis de genere
ſubę:quã ſequunt̄ dimēſiones in potētia ſaltē natura.hęc
eni eſt mãę coęua ingenita ⁊ incoꝛruptibilis vt ipa mã:cū
neq3 in ſe neq3 ſuis in qualitatib⁹ ꝯ2riū h3:q2 diſpōnibus
certis nō indiget ad h̄ vt ſit in mã.pōt eni ſtare cū diſpō-
nib⁹ oiu3 gñabiliū ꝑꝑ ſuã gñalitatē:⁊ hęc vna cū mã cōſti
tuunt indiuiduū generis remoti:qȯ eſt coꝛpus.Altera eſt
forma ſpecifica per quã elñtū reponnit̄ in ſpē:vt ignis ꝑ
ꝓpꝛiã.aer ſil̄r.⁊ cętera ſil̄r.Ubi in mixtis loq̄mur.tūc cō
cedēdę ſūt ſex foꝛᶜ.p̄ma eſt illa coꝛpoꝛis:q̄ eſt oïbus cōīs.
ſcōa eſt elemētaria:quę ſunt quatuoꝛ ſub eē refracto. ter-
tia eſt ſpecifica:ꝑ quã reponit̄ in ſpē ⁊ ita ſex. ¶ Necītas — Neceſſitas coꝛpoꝛeitatis.
vͦo foꝛᶜ coꝛpoꝛis eſt p̊ vt euitetur creatio.ipſa eni eſt vt ſe-
mē mãę:qȯ icohationē vocãt gñalē ꝯfuſa3 potētialē:quę
ꝯtinet in potētia oēs formas ſpecificas.Ille eni extrahun
tur ꝑ agentia ex tali habitu ꝯfuſo ꝑ hoc ꝙ agētia diuerſa
diuerſimode mã3 diſponūt:vbi nāq3 hęc nō p̄ſuppone-
ret̄:formę ſpecificę nihil p̄ſupponerēt formę ⁊ ſic crearē
tur. ¶ Scōo ponit̄ vt diſponat mã3.eſt eni mã valde re
mota a formis:qua e re eas recipe nō pōt niſi ſit apta reci
pere.aptitudo aūt ⁊ appetitus ſunt ꝑꝑ formã. ¶ Tertio
ꝑꝑ dimēſiones.Nã dimēſio eſt coęterna mãę vna nume
ro:nō pōt accñs vnū numero eē ęternū niſi ꝓpter formã.
Propter has itaq3 necītates hęc poſita eſt. ¶ Hanc foꝛ-
mã foꝛtaſſe ſentit Auerro.3.cęli.cōmēto.61.Ariſto.enim
in textu ait.op3 aūt foꝛte ſenſibiliū q̄dē ſenſibilia:ſempi-
ternaru3 aūt ſempiterna.coꝛruptibiliū aūt coꝛruptibilia
eē principia:ſupꝛa q̄bus verbis Auerro.ita ſupplet:⁊ intel
ligendū eſt propinqua nō remota:q2 p̄ncipia reru3 ſenſi-

biliū remota nō ſunt ſenſibilia: vt pma forma ⁊ pma mā: ⁊ reliqua. modo nō poteſt per primā formam intelligere: niſi formaʒ corporis: quia non dimenſionē: qꝛ illa eſt accidens: itemqꝫ eſt ſenſibile cōmune: ⁊ ipſe ait. pmaʒ formā eē inſenſibilē. ¶ Et. 2. auſcultationis phiçe. cōmē. 15. inquit ⁊ forte intēdit ꝙ forma dicit̃ duobus modis de habitu ⁊ pͥuatiōe exiſtēte in pma mā. iſta enī priuatio quodāmodo nō eſt priuatio ſimplex: imo eſt ſicut forma māç. ⁊ certū eſt eū nō loqui de priuatione ꝑ carētia tm̄: ſed de ea quę eſt quaſi forͣ māç qd̄ intelligi nō videt̃: niſi de corporeitate ſubſtantiali: hęc enī eſt quędā pͥuatio generalis

Albertus de qua oēs formę educunt̃. hanc ⁊ Albertus cognomento magnus ⁊ aſſerit ⁊ cōtēnit: vt. 5. metaphy. tractatu. 2. capite. 2. ⁊ 3. Itēqꝫ ⁊. xi. metaphy. tractatu pmo capite. 8. ⁊ alibi. hanc ⁊ groſſa teſta Linconienſis. ⁊ in pmo phyſi. ⁊ in

Linco. lib. de luce lumineqꝫ: ⁊ multi recētiores ēt approbarunt.

Qd nō de tur forma ſubſtantię. ¶ Qd aūt ſubſtātię formā nō dent: hac coniectura affirmāt. ꝙ Auerro. in paraphraxe Porphyrij genus generū vult eē corpus ⁊ corruptibile: nā ⁊ ſubſtātia ⁊ corpus ſunt fere ęquiuoca ęternis ⁊ corruptibilibꝫ: idcirco eis forma vna in re nō correſpondet: ex qua indiuiduū generis ſubſtātię conſtituatur: quare pma forma eſt corporis corruptibilis: qꝛ corpus ſiue idiuidū corporis corruptibilis cōſtituit̃: nō ꝙ forͣ illa corporis ſit corruptibilis: ſed qm̄ diſponit ad generationē ac corruptionē vt diximus. Intermedię vo formę vt elemētarię: quę ſunt elemētis ſpecificę ac ꝓpͥę: in mixtis ſunt: ꝫ vicē habētes formę vnus generis: qꝛ ab eis cōſtituit̃ mixtū: qd̄ eſt indiuiduū corporis mixti: qd̄ eſt infra corpus corruptibile: ⁊ ſupra animatuʒ: ⁊ has eſſe actu in mixto ꝓcedit Auer. 3. cęli. cō. 67. Ab ijs intermedię vſqꝫ in ſpecificā vltimā vt in hoīe vegetatiua ⁊ ſenſitiua apud Auerro. nō ſunt alię a rōnali: qꝛ vegetatiua cōtinetur in ſenſitiua vt in ſuo toto virtuali: ſenſitiua aūt pars eſt aīę rōnalis: naʒ intellectus accedens ab extra. copulat̃ parti ſenſitiuę: quę dianoea gręce dr̄ apud Auerro. cogitatiua: ⁊ inde rōnalis aīa redūdat. In brutis aūt vegetatiua ⁊ ſenſitiua vnā faciūt tm̄. nā vegetatiua ē virtute cōtēta in ſenſitiua. Hāc rē Auerro. p̄ de aīa ꝓcedit cōmētis. 99. ⁊ 91. ⁊ 92. cui ⁊ Auicē. 6. nāliū ꝯſentit pte vltima. capite penulti. itēqꝫ ⁊ Albertꝰ ⁊ Thomas ⁊ Egidiꝰ

Dubitatio pulchra. Solutio. ⁊ oēs fere. ¶ Sed dices cur vegetatiua ꝯtinet̃ virtualiter in ſenſitiua ⁊ corporeitas ⁊ elntarię formę nō: ꝫ opꝫ vtraſqꝫ actu eſſe. ¶ Dici pōt: qꝛ opationes vegetatiue ordinant̃ ad opationes ſenſitiuas: ſunt ēt eiuſdē ordinis: qꝛ vtreqꝫ corruptibiles ⁊ eiuſdē coelntationis: at opatio formę corpis cū opatione ſenſus differt ordine ⁊ ſunt icōnexę. ordine qdē: qꝛ opatio corporeitatis eſt ęterna. Illa ſenſus eſt corruptibilis. Sūt vo incōnexę: qꝛ neutra ordinat̃ ad opus alterius: cū q̄titas nō ſit de pncipijs actiuis: quę eſt opatio corporeitatis. Siꝉr ſe hꝫ ſēſitiua ⁊ cū elntarijs formis. vt. 3. cęli colligit̃. cōmen. 67. ¶ Ex his pꝫ: ꝙ q̄꜔

Aue pōnis pbabilior nulla haꝝ poſitionū ſit necīa: nec certa ad mētē Ariſtote. ⁊ Auerro. quia quęlꝫ partē defendit ſuā. Hęc vltima videtur ſonorior: ac pbabilior: minuſqꝫ apparētys ꝯria: ⁊ propterea ꝑ nunc hāc defendā: ꝙ ſi alibi videbit̃ aliter: etiā alias defendere non recuſabo. hac enī iuuētute vel potius

Rationes Auerrois q̄bo intelliguntur. Deᵐ 2ͬ adoleſcētia placet mihi difficiliora magis ſuſtinē. ¶ Ut vo ꝯtię Auer. deducant̃: quę in textu vr̄ directę huic cōtrarię ⁊ cęterę rōnes ꝯ hāc ꝓſoluant̃: opꝫ nōnulla petere. ¶ Primo ꝙ mediū quo aliq̄ res in ſubto recipit̃ eſt 2ͬ. Unoꝰ diſpoſitiuū. Alioꝰ receptiuū ſiue ſubtiuum. Subiectiuū qdē: qd̄ eſt rō recipiēdi recipiēs vt ſupficies reſpectu albedinis: diſpoſitiuū id mediū eſt qd̄ eſt rō recipiēdi nō recipiēs: veluti eſt lumē rō recipiēdi coloris intētionaliter ⁊ nō recipiēs. vt. 2. de aīa. cō. 67. q̄ ēt rōne intelligētia

eſt rō recipiēdi cęlo dimēſiones ⁊ cętera accñtia ⁊ nō recipiēs. 2. cęli. cō. 3. Siꝉr ⁊ itellꝰ agēs. q eſt q̄ſi lumē eſt ratio recipiēdi res itelligibiles ⁊ nō recipiēs. 3. de aīa cō. 5. Hāc diſtinctionē Auerro. p̄ dixit de ĝnatione. cōmē. 24. Hęc

Accñs 2ͬ eſt pͣ petitio. ¶ Scđo petimꝰ duplex eſſe accñs. terminatū ⁊ interminatū. vt ſuperius patuit. ⁊ Ariſto. p̄ de ĝnatione. tex. cō. 24. ⁊ in. 2. tex. cō. 27. illā diſtinctionem innuit.

Diię accidentium. ¶ Hęc duo dn̄t pmo qꝛ accñs terminatū recipit̃ in ente in actu ꝑut ens in actu eſt mediū receptiuū: quo recipit̃ tale accñs in ſubo. vn̄ ⁊ ꝓpter hoc terminatū dr̄ ꝑ quāto vꝫ. recipit̃ ꝫ exigētiā forͤ: quę terminꝰ dr̄. vt. 5. metaph. cō. 22. ⁊ de hoc Auerr. intēdebat. 2. de aīa cō. 4. ⁊ 7. metaphyſi. cō. 2. ⁊ 4. dū ait accñs fundari in ente ī actu. Interminatū vo recipit̃ ⁊ in ente in actu: ⁊ in ente in potētia. In ente in actu qdē: ꝑut ens in actu eſt mediū diſpoſitiuum. In ente in potētia vo: vt ens in potētia eſt medium receptiuū: ꝓpter qd̄ interminatū dr̄: qꝛ potētia per oppoſituꝫ actui interminata ⁊ infinita dr̄. vt. 3. phyſico. cō. 59. ⁊ 60. dr̄. Et propterea differt a forma ſubali. forma enī ſubalis nō recipit̃ in ente in actu nec vt ī medio receptiuo: nec diſpoſitiuo. Scđo dn̄t ꝙ accñs terminatū recipit̃ in ente actu ſpecifico ⁊ vltimo: quia ſolus hic eſt ceteroꝝ terminus. Ad accidēs iterminatū in ente in actu incōpleto ⁊ potētiali. Hęc ex pma pꝫ. Petimꝰ 3ᵒ ꝙ ſi aliqua forͣ ſubſtātialis eſt mediū diſpoſitiuū alicui ſubiecto ad hoc vt vel ſuā ꝓpͥā recipiat opōnē vel aliqd̄ accñs eidē ꝓpͥū: nō eſt ꝓpͣ ⁊ eidē ſpecifica: vt qm̄ oīs humani diſpō eſt mediū riſus diſpoſitiuū. ideo nō eſt forma hominis ꝓpͥa. Hęc ex dr̄ia ſcđa pꝫ. ¶ Tūc per hęc facile iter Auerroeꝫ

Deductio ꝯnarū. ⁊ Auicēnā dīię annotant̃. Auerro. qdē voluit corporeitatē ſubalē eſſe mediū recipiēdi ipſi māç: nō qdē receptiuū: ſed diſpoſitiuū. Auicēna vo opinatur corporeitatem eſſe mediū recipiendi receptiuū ſiue ſubiectiuū: ꝑ qd̄. vꝫ. materia ipſa exit ꝓpriam in ſuā opōnē: quę eſt ĝnatio ⁊ corruptio. p̄. cęli. cō. 20. ⁊ ſentit Auerro. cū ait. mā nō habere formā ꝓpͥā per quā ſubſtātiat̃ hoc eſt efficit̃ ſubiectuꝫ recipiēs. vt Plato ſentit. ⁊ Auicē. p̄ ſuę ſufficientię. capite 2ᵒ. ¶ Ex hac differētia ſequit̃ pmo ipſum Auicēnā dicere ꝙ diſpoſitio dimēſionū interminataꝝ eſt vt diſpoſitio terminatarū. nam apud ipſum recipiuntur mediante corporeitate veluti medio receptiuo. Sequitur ſcđo. ꝙ corporeitas ſubſtātialis ſit māç ꝓpͥa: qua mā eſt mā in eſſe vltimo ⁊ ſpecifico: vt ꝑ dicta pꝫ. Hęc Auerroē nō ſequuntur. Tū ꝙ corporeitatē nō ponit eē mediū receptiuū. Tū ꝙ eā ponit mediū diſpoſitiuū: ſic itaqꝫ Auerroes ab Auidiffert: nō qdē q̄tū ad pōnē: qm̄ ambo ponunt corporeita

Ad rōnes tē ꝓcedere: ſed quantū ad modū ponendi. ¶ Per hęc ad rationes pme pōnis. Ad pmā iā patuit ſol. ꝙ. vꝫ. ꝓpō illa maior eſt vera de formis ſpecificis. hę enī limitāt ſibi certas qualitates ⁊ q̄titates. Henericę vo ⁊ maxime generaliſſimę vt corporeitas ꝓpter eiꝰ potentiā ⁊ cōfuſionē. nullas ſibi limitant. ¶ Ad ſecūdā dicas vt nūc diximus: ꝙ añs eſt audiēdū de nāli forma ſpecifica ⁊ nō generica. nā generica: cū ſit ęterna: nō extrahit̃ de potētia māç: ſed hꝫ ſpecifica. ¶ Ad 3ᵃᵐ dicas ꝙ añs intelligit̃ de ęterno ſimpliciter: ꝫ eſt qd̄ nec corrūpit̃ ꝑ ſe nec ꝑ accñs: nec eſt diſpoſitio ad corruptionē vel generationem: vt ideę ſunt: q̄lis nō eſt corporeitas: cuius nā eſt diſpoſitio ad generationē formarū vt diximus. ¶ Ad 4ᵃᵐ dn̄i corporeitatē nō ineē māç ab agēte nāli: ſed eſt coęua māç: ⁊ effecta ab efficiente mām. Et nō ꝓpter hoc eſt de eſſentia vel ſubſtātia māç: vt calor nō eſt extractus de potētia agētis in igne: ꝫ ſimul cū igne factus. nā agens quantū de forma ꝓhet: tm̄ de accñtibꝰ: nec mā eſt in potentia ꝯditionis ad eā: qꝛ nō recepit illā mediāte dimēſione iterminata: ꝫ potiꝰ dimē

ſionem mediante illa. vt quinto p̄me phẏſicę poteſt colligi
cō.zz. de medio recipiendi. ¶ Ad quintā Ariſto. ⁊ Auer.
intelligunt omne cōpoſitū eſſe nouū: qn̄ compoſitū eēt ex
mā ⁊ forma ſpecifica ↄſtitutū. vel intelligit oē cōpoſitū
eſſe nouū. vel eſſe preparans ad nouum: cuiuſmodi eſt ta-
le cōpoſitū qđ diſponit ad generationē. ¶ Ad 6am dicen-
dū Auerro. ſupponere ad mentē Auicen. vel tanq̄ ſequēs
ad illius mentē: q̄ illa corporeitas ſubſtantialis ſit ſpecifi-
ca. vt diximus: q2 ipſe voluit māz eſſe ſubiectū recipiens
hanc ob formā: eſſeqʒ māz ꝓpter illā. vn̄ ſequebat̄ ipʒ di-
menſionē interminatā eſſe terminatā: ⁊ tūc erit apud euʒ
corporeitas ꝓpria ⁊ ſpecifica forma mātē. Hoc itaqʒ acce-
pto de pōne Auicēnę. intulit corporeitatē eſſe indiuiſibilē
q2 ſpecifica ⁊ recepta an̄ dimēſiōes. ⁊ tūc facile eſt cętera
inferre: q2 vbi hęc eſt ſpecifica indiuiſibilis: erit intellect⁹
nō hn̄s contrariū ⁊ ęternus ⁊ vnus: vt intelligētia orbis.
Auerroes itaqʒ nō pōnē: ſʒ modū ponēdi ↄfutauit. vt pʒ
per verba Auerrois. Simili rōne dū Auerroes ait. vnum
ſubiectū nō hēre niſi vnā formā: intelligit de ſpecifica ⁊
vltima: aut forte itelligit vt vba ſtāt. nā vna forma nō pt
hēre niſi vnū ſubiectū: q̄ ſi eſſet: vt Auerroes ait: vna for-
ma hēret duo ſubiecta. formā. vʒ corporis quę recipit ⁊ p
quā mā recipit: ⁊ ipſaʒ māz. Auerroes aūt nō ponit eā re-
cipere ſʒ diſponere. Qua rōne ſeqt̄ Auicēnā illud qđ intu-
lit p̄mo phyſicoꝝ. q̄ forma ōis adueniēs eēt accn̄s: q2 ad-
ueniret poſt ſpecificā. ¶ Ad 7am dicendū Auerroē intelli-
gere. p̄mo de cōpoſito ex forma ſpecifica: cuiuſmodi eſſet
cęlū apud Auicē. vel intelligit oē cōpoſitū ex mā ⁊ forma
eē gn̄abile ſaltē diſpoſitiue. vt eſt in ꝓpoſito nr̄o. ¶ Et p
idē ad 8am. ¶ Ad nonāqʒ p idē. ꝓbat̄ eni q̄ itelligētia ē
liberata a mā: q2 eſt vna ſpēs ⁊ nō cōpoſita ex for a ſpecifi-
ca: q2 corruptibilis: nec gn̄ica: q2 nō eſſet ſpēs ⁊ hoc ſatis.
¶ Per idē ad 10am. nā illa maxia Auerrois eſt intelligē-
da de forma ſpecifica. ōis eni ſpecifica an̄ dimēſiones re-
cepta eſt indiuidua ⁊ itell's. vt ſeqtur ad Auicē. Auerroes
aūt vult illā eē gn̄icā: quę diuidat̄ p ſequētē dimēſionez.
¶ Sed dices. cur generica p ſequētē: ſpecifica p p̄cedētē
q̄titatē diuidit̄: Ad hoc dici pt q̄ ſpecifica eſt terminus
g vltima. Jō diuiſio ſibi per rē an̄cedētē cōpetit: generica
eſt potētialis mātę ꝓxima. Jdeo per ſequentē. Eſt alia rō
q̄ ſpecifica forma ⁊ mā ſunt extrema: eo q̄ mātę recipere
oīno cōpetit p ſe. formę vo agere. q̄ ſi mā agit: hoc ꝓpter
formā cui miſcet̄ facit. Sil'r ſi forma recipit ob māz reci-
pit. 9. metaphy. cōmē. z. Mediū vo hoꝝ eſt corporeitas
ſubalis. hʒ eni q̄cquā formę ꝓut eſt aliqua rōne act⁹. q̄cq̄
mātę ꝓut ſibi cōpetit recipere ſaltē accidētia: ⁊ ſic eā diui-
di eſt p h̄ q̄ recipit dimenſionē: q2 ſibi cōpetit recipere.
ſpecifica vo p dimēſionē: quā nō recipit: ſed in q̄ ipſa reci-
pitur. ¶ Ad 11am dicendū. Auerro. velle dimenſionē eſſe
principium eoꝝ quę de nouo recipiuntur in mā: eſt eniʒ
dimēſio principiū ſalteʒ diſpoſitiuū: ⁊ hoc nō eſt ↄ dicta.
¶ Ad 12am dicendū. Auerro. intelligere per motū in actu
illud quod reſiſtit per ſe motori. quale eſt in mixtis: vt. 4.
phyſico. cōmen. 71. tale nō eſt in elementis mā cū forma
corporis: h̄ eni nō reſiſtit: q2 forma corporis nullius ſibi
limitat locū: cū ſit generica ad oē vbi: vti materia ipſa eſt.
¶ Ad 13am dicendū rōnē eſſe efficacē ↄ Auicēnā nō contra
Auerroē. nā Auerro. talē corporis formā nō ponit recepti-
uā ſʒ diſpoſitiuā. Sic igit̄ pʒ pōnē hanc poſſe ſuſtineri ad
Ariſto. Auerroiſqʒ mētē: lʒ ambigua ſit. ¶ Rōnes vo p
Ad rōnes Joannis. Joānis pōne nullę ſunt. Prima q̄dē auctoritas Auerrois
primę metaphyſices nulla eſt: q2 ibi loquit̄ de formis q̄
de nouo recipiuntur in mā. forma eni recepta in mā eſt
oēs for c: ⁊ ſic ille ordo eſt rōnis ⁊ nō realis. ¶ Ad 2am au-
ctoritatē ipſe vult ſtatū eē in formis h̄ eſt p̄dicatis q̄di-
tatiuis. oē eni p̄dicatū eſt for a. ¶ Ad 3am dōm. q̄ aīa eſt
forma in ente in actu non q̄dē ſpecifico ſed generico. vel
elr̄tario: vel forte ↄn̄ter ⁊ nō an̄ter: vt eſt actus corporis
phyſici ēt. ¶ Ad 4am. ꝑtes definitiōis ſunt partes defini-
ti nō real'r diſtinctę ſed rōne. p̄mo de aīa. cō. 6. ¶ Ad 5am
dicendū eſſe formas in potētia ſm rōnem non reales: ⁊ ſi
reales nō realiter diuerſę. ¶ Ad 6am dōm Auerroem per
partes definitiōis itelligere tā formalē quę eſt vera ps q̄
mālis: q̄ vt deferēs mō hę ꝑtes re diſtinguunt̄. ¶ Ad 7am
dōm: illud eē q2 mixtū diuidit̄ in partē motā: quę eſt con-
gregatū ex elr̄tariis formis ⁊ motorē: quę eſt forma ſpeci-
fica: ⁊ ſic Joānis auctes nō valent. ¶ Rō vo nulla eſt: q2
accn̄tia illa ſiue apparētię illę ſunt ſubordinatę ad vltimā
⁊ finalē mō opōnes diuerſę ⁊ nō inuicē ordinatę ⁊ diffe-
rentes realiter arguunt formas re diuerſas aliter nō. mō
hę apparentię ſunt ſubordinatę. Sic igit̄ perſpicuū eſt in
hac re nihil certi eſſe: ſed ſingula poſitio eſt probabilis.
¶ Ad noſtrum igitur redeamus.

¶ Cū igit̄ fuerint declarata ab Ariſto. iſta pro-
pria rebus generabilibus ⁊ corruptibilibus ex
parte ſubiecti ⁊ ex parte formae: ex quibus acci-
dit iſtis entib⁹ ſenſibilib⁹ gn̄atio ⁊ corruptio. ſ.
indiuiduis exiſtentib⁹ per ſe: ⁊ fuit declaratum
de corporibus coeleſtibus ipſa eſſe neqʒ gene-
rabilium neqʒ corruptibilia: negauit ea habere
ſubiectum recipiens numerum ⁊ diuiſionem
per exiſtentiam ſimplicium dimenſionuʒ in eo
primo ante exiſtentiā formae ⁊ ipſaʒ eſſe in po-
tentia multum ⁊ vnum numero.

¶ Declaratis cauſis gn̄ationis ⁊ corruptiōis. Ampli⁹ expo- Cō. 39.
ſitis q̄buſdā ex ꝑte mātę ⁊ aliis ex ꝑte formę. Nūc q̄lis ſit
cęli mā ꝑtractabit: vt. vʒ. itentū qđ in p̄n° ꝓmiſerat: abſol-
uat. hec eſt dr̄ia inter ꝑtes rerū gn̄abiliū ⁊ cęleſtiū: ⁊ ſyllo-
giçat i ſcđa figura ſic. Quęcūqʒ idiuidua exiſtētia p ſe cō-
ponunt̄ ex mā dimēſionata ⁊ for a hn̄te ↄtrariū vt dixit:
gn̄ant̄ ⁊ corrūpunt̄. Sed corpora cęleſtia non gn̄ant̄ nec
corrūpunt̄. igit̄ nō cōponunt̄ ex mā p̄dimēſionata: nec ex
for a hn̄te cōtrariū. ¶ Animaduertēdū q̄ duo de cęlo ne-
gauit: q̄ ↄcluſit in gn̄abilib⁹. dixit eni p̄mo cęlū nō habe-
re māz ſiue ſubm p̄dimēſionatū dimenſionibus quibus
ipſuʒ diuidat̄ ⁊ numeret̄: dimēſionibus. vʒ. acceptis in il-
lo ante formā. dixit z° cęlū nō hēre ſubm potētia multuʒ
⁊ vnū numero. Hęc aūt affirmauit de corporibus gn̄abili-
bus. Mā eni generabiliū ē p° recipiēs diuiſionē ⁊ nume-
ruʒ ꝓpter p̄exn̄tiā dimēſionū. eſtqʒ z° in potētia multa ⁊
vna numero p p̄uationē formaꝝ. Mā eniʒ cęli eſt diuiſa
⁊ numerata ꝑ dimēſiones ſequētes formā cęli: ⁊ nō p̄ce-
dētes. Jtēqʒ eſt in potētia ſm dimidiū ↄtingentis hoc eſt
ad formā tm̄: quā hʒ ⁊ nō ad p̄uationē hoc eſt ad eē tm̄: ⁊
nō ad vtrūqʒ. Nā cū recipiat eē ab intelligētia. p̄ phyſico.
cōmē. 63. ⁊ alibi. ↄtingit recipe illud. nā cōtingēs eē ſeqt̄
ad eē ⁊ ad nō eē. z. de interꝑtatione: ſʒ contingēs eſſe va-
let ad poſſe eē. igit̄ pōt recipe eē: ⁊ cū nō poſſit recipe non
eē: q2 cęlū eſt ęternū. igr̄ eſt in potētia ſʒ dimidiū ↄtingen-
tię. ſic igr̄ mā cęli dr̄t a mā reꝝ gn̄abiliū q̄ illa cęli eſt in
po a ſm dimidiū ↄtingētis. hęc gn̄abiliū ſm vtrūqʒ: ⁊ hu-
ius rei cā eſt: q̄ dimēſiones in hac nr̄a mā formā antece-
dunt in illa ſequunt̄. Amplius cęli mā eſt vna numero p
formā a qua ⁊ eē ⁊ diſionē ⁊ numeꝝ hʒ: ſaltē an̄ter. Hęc
nr̄a hʒ numeꝝ per p̄uationeʒ formaꝝ. Hęc partim. p̄mo
cęli. textu cō. 20. ⁊ 12. metaphy. textu cō. 10. ⁊ 8. metaphy.
tex. cō. 12. ꝑtim. 12. metaphy. tex. cō. 49. ⁊ p̄ cęli. tex. cō. 90.

De celi materia. ¶Et lz de cęli mã plurima dicet in lib. hoc: cum fere to-
tus ſit de cęli ſubſtantia: q̃ e materia formaqz conficitur:
tamen q̃dã reſumere pro dicendorum excitamento nihil
prohibet. ¶Auicenna itaqz cęli mãz ⁊ inferiorũ vnã eẽ:
Põ aui. d celi mã. ⁊ eiuſdẽ ſpeciei contendit. Adycitqz vtraqz in mã eſſe co-
ęternã corporeitatẽ de genere ſubſtantię: qua mediante cę-
lũ ipſuz recipit animã: quã imaginatiuã nuncupat: poſtq̃z
dimenſiones terminantur cui toti copulatur intellectus:
q̃ intelligentia orbis dicitur. ¶Contra hanc poſitionem
vbiqz. Auerroes inſtetit: ꝙ tunc cęluz eſſet corruptibile: ⁊
ęternum: qđ eſt impoſſibile. eo eniz ꝙ corruptibile habet
mãz prequantã ⁊ contrariũ: naz hę duę ſunt corruptionis
cauſę. eo võ ꝙ eternũ caret mã ⁊ contrario: itemqz inſtat
ꝙ natura contingens. vz ad vtrũqz efficeret̃ neceſſarium
hoc eſt contingens ẜz dimidiũ: ⁊ ſic vna natura verteret̃
in aliã genere ⁊ ſpecie differentẽ: q̃uo rõnes hę valeãt. ali
bi diximus ⁊ fortaſſe dicemus: ſunt ⁊ alię plurimę cõtra
Põ auẽpaces. idẽ: quas nũc tacem⁹. ¶Auẽpace quoqz hiſpan⁹ Auerr̃.
p̃ceptor. cęli mãm dicit p̃mo recipere cęleſtez formã: quę
nec eſt anima: nec intellectus: ſed cęleſtis forma. extenſa.
vz. veluti elemẽtaria in materia elementi. hęc nec eſt gra
uis: nec leuis: ſed neutra. qua poſtea recepta. recipiuntur
dimenſiones ⁊ cętera accñtia: cui toti itelligentia vti mo
tor appropriatur. ⁊ ſic cęlũ eſt ens in actu ⁊ cęluz ſecluſa
intelligetia: ⁊ actu mobile: at ĩtelligẽtia eſt actu motor: ex
Põ tho. q̃bus ſe colligat̃ vnũ quaſi aĩal per ſe mobile. ¶Sz vñ
tale cęlũ ſit ęternũ ſecluſa ĩtelligẽtia: diuus Thomas ait
eſſe: q᷑ materia illa eſt ad eſſe tm̃. ac alterius rõnis a mã
Põ egi. hoꝝ inferioꝝ. ¶Egidius võ. ꝙ materia illa ſacratur ſua
forma formaqz careat contrario. ⁊ inde ambo cęlũ eẽ ſui
natura ęternũ aſſerunt. Sed quãtũ ambo ſint a rationib⁹
Põ auer. remoti: poſta diſputabimus. ¶Nunc võ quid Auerroes
ſentit adyciamus. cęlũ itaqz apud eũ habere mãz vbiqz
concedit: ſed quia illa materia non p̃habet dimenſiones:
hoc eſt ante formã: idcirco ab intelligẽtia ĩmediate ꝑfici
tur ⁊ conſtituitur in eſſe: ⁊ qm̃ ipſę dimenſiones ſequunt̃
intelligentiã: ideo intelligẽtia eſt indiuidua: ⁊ mã illa eſt
ad eſſe tm̃: ⁊ ſolũ in potentia ad intelligentiã ẜm dimidiũ
contingentis: cęlũ võ diuiſum propter dimenſiones conſe
quentes: ⁊ non antecedens: ⁊ nõ in potẽtia multa: nec vna
numero per priuationẽ: ſed in potentia ad vnũ: ⁊ vna nu-
Declaratio poſitionis. mero in actu ſemper per formã. ¶Hec poſitio ſequitur
ex dictis: ſed vltra hoc. eſt etiã rationalis. nã non ſunt po-
nenda plura. niſi propter neceſſitatẽ: mõ nulla videtur ne
ceſſitas ponendi formã mediã q̃ ſit aĩa. vt Auicenna: vel
formę cęleſtis. vt latini ſequentes Auempacẽ. ſufficit enĩ
ipſa intelligentia: q̃ q᷑ recipitur ante dimenſiones. rema-
Du᷑m hieronymi bernardi. net intellectus ⁊ indiuiduus. ¶Grande ⁊ efficax dubiuz
contra hęc Hieronymus Bernardus noſter mouit. ꝙ tũc
vz. cęlũ moueret̃ in non tempore. naz motori cęleſti nihil
reſiſtit. non quidẽ ipſe ſibi: nec aũt cęleſtis mã eidez: quia
illa cũ ſit in potẽtia nullius eſt reſiſtentię: reſiſtit eniz oẽ
quod eſt in actu. vnde ſi potẽtia ens reſiſteret: tunc mate-
ria elementi reſiſteret formę. ⁊ ſic in vacuo elementũ non
ſubito moueret̃ vt Auerro. deducit. 4. phyſico. cõmẽ. 61.
Põ Joã. q᷑ rõne mãe reſiſteret. q̃dã vt Joãnes eniſi ſunt propter
hãc rõnẽ dicere ꝙ altera pars cęli: q̃ mãę loco habetur:
eſt ens in actu: ⁊ ꝙ intelligentia nõ ſit forma ⁊ aĩa cęli: ſz
Impugnatio. motor appropriatus. Et tũc facile eſt ſoluere. reſiſtit eniz
inquãtũ in actu ⁊ nõ in actu ſimpl̃r: ſz in actu tale. ¶Sz
hęc ſol̃. peccat p̃mo q᷑ Auerro. vbiqz vult ipſaz intelligẽ
tiã eẽ formã cęli: ⁊ eſt impoſ̃e eẽ formã niſi ꝑficiat mãm:
vt p̃ cęli. cõ. 63. Ubiqz quoqz vult illã eẽ aĩam cęli. vt. 12.
metaph. cõ. 36. ⁊ nõ põt eẽ aĩa: niſi animet: ⁊ ↄſtituat rẽ in
eſſe aĩali. Scđo. q᷑ Auerro. ĩter mãz cęli ⁊ mãz reꝝ gña-

biliũ tales tradit drĩas. p̃mo ꝙ mã reꝝ gñabiliũ eſt ante-
cedẽte quãta mã cęli eſt q̃ta ↄñter: hoc eſt poſt intelligẽ-
tiã. Scđo mã gñabiliũ eſt potẽtia multa hoc eſt ad eſſe ⁊
ad nõ eẽ: ⁊ ad eẽ plura ꝑ numero formaꝝ. Mã cęli eſt po
tẽtia vna ⁊ ad eẽ tm̃: ⁊ ad vnũ eẽ: hoc eſt ita ad. a. aĩam ꝙ
nõ ad. b. Tertio. mã reꝝ gñabiliũ eſt vna numero p̃uatio
ne. mã cęli vna numero ꝑꝑ formã vnã: quã hz ſp. Et cauſe
ſcđę ⁊ tertię drĩę ſola eſt ꝙ dimẽſiones ↄſequunt̃ formaz
⁊ nõ p̃cedũt. Tũc pz ꝙ cęli mã eſt in po ⁊ nõ in actu: q᷑
recipit formã vt mã reꝝ gñabiliũ: lz mã cęli ſemꝑ. Hęc
mã nõ ſemꝑ Quarto. oẽ qđ eſt in actu vel eſt forma vel
hñs formã. vt Auerro. 3. cęli cõ. 29. ⁊ diuus Thomas con-
cedit vbiqz mõ illud nõ eſt forma: q᷑ nullius mãę: mate-
ria eniz ⁊ forma dñr ad aliq̃d. 2. phyſico. nec ens in actu:
q᷑ tũc cõpoſitũ eẽt: ⁊ tũc redderet̃ põ Auẽpaces. pl̃a alia
adyciemus in dies. ¶Aly dixerũt mãz cęli reſiſtere reſi
ſtẽtia p̃uatiua q̃ eſt incõpoſſibilitas terminoꝝ: prout idẽ Põ ſcđa.
eſſet in termino a quo ⁊ ad quẽ eſt ĩpoſſibile. ¶Sed nec
iſtud ſtare põt: q᷑ hęc ſaluari põt cũ infinite velociter mo
to: ⁊ ſic infinite velociter cęlũ moueret̃. Amplius el̃ntum
moueret̃ in vacuo: q᷑ ibi eſt talis terminoꝝ incõpoſſibili
tas: ⁊ plura alia dici pñt ↄ hęc. ¶Aly fingunt ĩtelligẽtiaz Põ tertia.
mouere a ꝓportione quã vult ⁊ nõ quã põt: q᷑ eſt motor
ꝑ intellectũ ⁊ volũtatẽ ⁊ libere ⁊ cõtingẽter. ¶Hęc ſol̃.
eſt theologa: ſed nõ ad mẽtẽ auctoris: quẽ expono. ¶In Põ q̃rta.
lib. de. d. nos dicimus ꝙ cęlum hoc eſt mã cęli reſiſtit ſua
corporeitate actuali nõ q̃dẽ p̃cedẽte aĩam: ſz ↄñte. illa eni
mã ab inte ↄſtituit̃ in eſſe actu: ⁊ per ↄñs in accñtib⁹ ꝓ-
prys actualitati cęleſti: quoꝝ vnũ eſt reſiſtẽtia: cęlũ itaqz
ↄſtituit̃ ab ĩtelligẽtia in tali eẽ reſiſtitiuo. Dices tu idem
dicã de mã el̃ntaria: ⁊ ſic el̃ntũ põt in vacuo moueri. Di-
cerẽ ꝙ eẽ actuale el̃ntariũ eſt adhuc potẽtiale: quũ elemẽ
tũ ſit vt mã mixti. ¶Sed eẽ actuale cęli eſt vt eſſe actua
le: hoĩs qđ eſt limitatiſſimũ. ⁊ tu cõſidera hęc ⁊ illa: ⁊ ha-
bebis veritatẽ. ¶Nũc võ dicerẽ ꝙ duplex eſt mã. vz. ea
q̃ limitat̃ ad vnã formã vt cęli mã: ⁊ mã cõis ad plures Põ q̃nta propria.
formas. p̃ma mã hñ põt reſiſtere poſitiue: q᷑ eſt limitata
ad vnũ ⁊ nõ in potẽtia ad oẽ vbi: q᷑ ſicut nõ eſt in poten-
tia niſi ad formã: ita nõ niſi ad certũ vbi: ⁊ ſic hz vim reſi
ſtendi poſitiue: nec opz ꝙ ſit in actu vel actus: ſz ſatis eſt
ꝙ limitata ſit ad certũ actũ. Materia võ cõis cũ ſit in po
tẽtia ad oẽs formas: eſt in potẽtia ad oẽ vbi: ⁊ ꝑ ↄñs non
reſiſtit motori: qui mouet ad qđcũqz vbi. ¶Hãc ſol̃ nẽ
Auero. inuit. 2. cęli. cõ. 63. ⁊ vbiqz vbi cęluz moueri certa
velocitate aſſerit: q᷑ motor ad mobile cęleſte certã habet
ꝓportionẽ. reſultat eniz hęc ꝓportio ꝓpter cęleſtis mãę
reſiſtentiã. Hęc ſatis nũc: q᷑ poſtea in dies plura adycie-
mus. Hic enim liber totus eſt de cęli ſubſtantia.

¶Et negauit formas corpoꝝ celeſtium diuidi
ꝑ diuiſionẽ ſubi ſui: ⁊ eẽ finitaꝝ actionũ ꝓpter
finitatem eoꝝ corporũ: qm̃ potẽtia totius in for
mis diuiſibilibus per diuiſionez ſui ſubiecti eſt
maior potentia partis. Nam ſi forme eoruz exi
ſterent in mã dimenſionibus mediantibus: tũc
potentie eorum eſſent finite propter hoc quod
diuiduntur per diuiſionem ſui ſubiecti.

¶Tria cõcluſit de cęlo ex parte mãę eius: nũc duas alias Cõ. 40.
drĩas ex parte forme. Primã ꝙ forma corporis generabi
lis eſt diuiſibilis ⁊ tota in toto: ⁊ ps in pte: forma cęli indi
uidua tota in toto: ⁊ tota in ſingulis partib⁹ vt ita loquar.
Scđam qđ forma rerũ generabiliũ eſt finita actione. vz.
in tpe: q᷑ nõ agit ęterno tpe ⁊ in vigore ꝙ agit certa velo-
citate. Ac cęleſtis forma velocitate quidem finita exiſtit:

tpe vo ĩfinita hoc ęterna:⁊ ſyllogiçat has pͥmo ſic.forma/
rū diuiſibiliū potẽtia toti⁹ eſt maior po^a ptis:formę cęle/
ſtis nõ eſt maior po^a totius q̃ po^a partis.igit̃ forma cęli
nõ eſt diuiſibilis ħ eſt recepta in cęlo vel ei⁹ mã diuiſi/
bil'r.Hui⁹accepit maiorẽ tm̃ ĩ lr̃a vt pz.[Nã ſi for^c.]z^o p/
bat illas a pͥ ad vltimum ſic.ſi for^a cęli eẽt diuiſibilis:reci
peṫ ĩ mã mediãtib⁹ dimẽſionib⁹:vt declarauit.Hoc non
accepit:ſed ſuppoſuit:vltra.ſi forma cęli recipeṫ median
te dimẽſiõe:tũc eẽt finita actione:hoc eſt tpe genita ⁊ cor
ruptibilis:pp ħ.vz.qꝛ diuidit̃ diuiſiõe ſubi vt declarauit
vltimū ꝯñs eſt impoſſibile.igitur primū añs:⁊ ſic for^a cęli
erit ĩdiuidua ⁊ imptibilis:eritqꝫ ⁊ actione in tpe infinita:
Alĩ vis p^e rationis. qꝛ ęterna.℄ Animaduertẽdū φ pͣ rõ fortaſſe ẽ p demr̃a
tionẽ Ariſto.8.phyſicę auſcultationis.cõmẽ.88.Ibi eniꝫ
decl'atū eſt ptẽ motoris mouere ptẽ mobilis in pte tpis:
⁊ totū motorẽ mouere totū mobile in toto tpe:⁊ p ħ de/
duxit motores cęleſtes eẽ impartibiles.In quib⁹ Auerro.
multas ambiguitates diſſoluit.Aut fortaſſe accipit̃ p illõ
qđ accepit Ariſt.pͦ cęli.textu cõmẽ.46.⁊ Auerro.declara/
uit cõmẽ.49.φ oĩs ṽtus diuiſibilis in maiori quãto hoc
eſt in toto quãto eſt maior:⁊ in pte minor:qꝛ in toto eſt to
ta:⁊ ẜm eẽ ⁊ vires.⁊ in pte eſt pars:⁊ ẜm eẽ.⁊ potentias.
mõ ꝯſtat motores cęli eſſe ęquales in toto cęlo.⁊ in ſingu/
la parte:⁊ ita nõ ſunt diuiſibiles p ſubiecti extẽſionem:⁊
vtroqꝫ mõ rõ.Auerro.valz.℄ Quęret fortaſſe q̃ſpiaꝫ p/
pter quid cęleſtes motores ſint tpe quidẽ infiniti. Uigo/
re vo ſiue agendi qualitate finiti.℄ Ad hanc qõnem quo
An motores cęli finiti ſint. ad primã partem.Sol'o ex Auerro.ṽbis ſatis conſtat:eo
vz.φ nõ recipiunt̃ in eoꝝ materÿs ſiue ſubiectis dimen/
ſionibus potẽtialibus mediãtib⁹:qꝛ nãqꝫ antecedũt eoꝝ
dimẽſiões:ſunt ĩdiuidui ac ĩpartibiles:ꝓpterea puri ĩtel
lectus.⁊ ęterni.ac carentes ꝯ̃rio.⁊ in eoꝝ mãÿs fixã habẽ
tes pmanẽtiã.Sꝫ vñ finitatem agendi ſortiti ſunt:tranſi
Imperfectio ⁊ carẽtia quotuplex. gamus.℄ Imperfectio quã inepti priuationẽ vocitant.
nos carentiam:multiplex eſt:vna qdẽ indiuiduo ꝓpria:
vt cecitas in catulo ante diem nonum:eſt enim impfect⁹
⁊ carens viſu:quẽ in nono die habebit:hęc aũt ĩperfectio
indiuidua eſt:qꝛ viſum nõ hꝫ:⁊ põt hr̃e p rõne indiuidui.
Amplius vnuꝫ indiuiduū impfectū hr̃e põt alterius pfe/
ctionẽ:quãobrem.ſi eẽt vnum indiuiduū in ſpẽ:illud eẽt
perfectū in illa ſpẽ.⁊ nihil ſibi deeſſet pfectionis ſuę ſpe/
ciei.vna itaqꝫ ĩperfectio:ſiue carẽtia ſiue priuatio eſt ẜm
ſpẽm ⁊ p cõtrarium perfectio.Alia eſt ẜm genus.vt ſi al/
bedo eẽt vna numero in ſpẽ eius:adhuc eſſet imperfecta
ẜm genus:qꝛ adhuc careret perfectione aliqua ẜm genus
q̃litatis:nõ eniꝫ hꝫ pfectionẽ totius q̃litatis.Alia eſt im/
perfectio tranſcẽdẽtis limitati.vt poſito φ hr̃et pfectio/
nẽ oĩs qualitatis.nõ eſſet pfecta in genere ĩtell's ſiue ſubę:
qꝛ ſibi nõ cõpetit oĩs rõ intellectus ſiue ſubſtãtię.Alia eſt
imperfectio trãſcẽdentis ſimpliciter.vt ſi haberet rõneꝫ
oĩs intellectus ſiue ſubę adhuc nõ haberet pfectionẽ to/
tius entis nãę.Alia eſt imperfectio trãſcẽdẽtis excogita/
bilis.vt poſito φ ſit deus:q hꝫ rõnẽ totius entis nãę.ad/
huc nõ hꝫ rõnẽ totius entis excogitabilis.Quare infinitū
ſimpl'r illud eẽt φ hꝫ perfectionẽ actu totius entis nãę:⁊
cogitabilis:q̃le ſacri theologi dicunt deū eẽ.phi vo mini/
me.Tũc dõm φ motor cęli.ṽbi cã.vt motor lunę eſt fini/
tus.pͤ:qꝛ caret pfectione gñis.nã ſi eſſet in gñe pͥdicamẽta
li:ſibi deficeret pfectio aliqua.nõ enim ſibi cõpetit rõ to/
tius ĩtell's.eſt enĩ ĩtell's aliqs eo pfectior.vt intell's corpis
pfectioris. z^o ſibi deficit pfectio entis nãe:qꝛ nõ hꝫ pfe/
ctionẽ oĩs entis nãę:qꝛ nõ dei. 3^o ſibi deficit perfectio en
tis excogitabilis:qꝛ nõ ſibi cõpetit rõ oĩs entis excogita/
bilis.Igit̃ eſt finitus pͥmo gñe. z^o trãſcendente. 3^o exco
gitatione.Oꝫ ſi dicatur ĩfinitus erit ẜm qđ in ipſe:qꝛ ſibi
competit rõ oĩs ſuę ſpeciei:ſi eẽt in ſpẽ.Eſt aũt hęc infi/
nitas potius ẜm durationem q̃ ẜm qualitatẽ:quã.vz.hꝫ:
eo φ nõ recipit̃ in mã dimẽſionib⁹ mediantibus:⁊ ſic mo
tores cęli tempore ſunt infiniti:ſimpliciter autem vigore
⁊ perfectione finiti.vz.genere tranſcendentia ⁊ excogita/
tione:poſſunt tamen ſpecie dici infiniti:pro quanto ſuaꝝ
ſpecierum nihil deeſt.

℄ Quando ergo inuenit eorū actiones eſſe infi/
nitas:concludit formas eorum non eſſe in ſub/
iecto mediantibus dimenſionibus:ſed eas non
eſſe potentias in corporibus.

℄ Tres drĩas dedit iter cęlū ⁊ gñabilia ex pte mãe ⁊ duas Cõ.41.
ex pte formę:nunc quaſi hęc enitit̃ declarare reperiri ex
ṽbis Arriſto.Ariſtotelis itaqꝫ ſyll'us.8.phyſicę auſculta/
tionis.tex.cõ.vlti.⁊.1z.metaphy.tex.cõ.41.ſic cõponit̃:
oĩs forma quę recipit̃ in ſubo mediãtib⁹ dimẽſionib⁹:eſt
finita tpe in ſui actione.Motores cęloꝝ nõ ſunt tpe fini
ti in ſuis actionib⁹.Igit̃ nõ recipiunt̃ in ſubo mediãtib⁹
dimẽſionib⁹:neqꝫ ſunt potẽtię in corporib⁹:hui⁹ accepit
minoris vim ⁊ ꝯcl'onẽ.℄ Animaduertendū formã finitã Quę forma finita.
tpe in ſui actione formã diuiſibilẽ potentiã in corpore eẽ
idẽ ſimpl'r.p quãto eniꝫ qñqꝫ deſinet eẽ:ſinet agere:⁊ ſic
ſui in actione tpe finit̃:p quãto vo mediãte dimenſione
recipit̃ finit̃ p ſui ſubꝫ ⁊ diuidua reddit̃.put ãt a corpe
ipſo ſiue corporeo ſubo in eſſe ꝯſtituit̃ dr̃ potentia in cor/
pore.Uñ forma indiuidua ⁊ impartibilis erit tẽpore ſui
in actione infinita:non recepta in ſubiecto mediãte dimẽ
ſione:nec potentia in corpore:immo ſeparata.

℄ Et demõſtrauit ex diuerſitate potẽtię totius ⁊ partis in
formis diuiſibilis per diuiſionem ſui ſubi ĩpoſſibile eſſe
potentiam infinitã in corpore finito:quę agat actionẽ infi
nitam:aut potentiam finitam in corpore infinito.

℄ Duę ſunt ꝯcluſiones:quas Ariſto.declarauit in.8.pͥma.
potentia ĩfinita nõ põt eẽ in corpore finito.hãc textu cõ.
78.declarat.z^a potẽtia finita nõ põt eẽ in corpore finito.
Hãc ibidẽ declarat.textu cõmẽ.79.⁊ ide.℄ Prima q̃ eſt Rõ Ar.
ad ꝓpoſitū declarat̃ ex diuerſitate potẽtię toti⁹ ⁊ ptis in
formis diuiſibilibus p diuiſionẽ ſui ſubi.Si enim vt di/
cit pars motoris mouet partẽ mobilis in pte tpis.Tot⁹
motor mouebit totū mobile in toto tpe:⁊ tũc p crementū
pol'e erit finitū motorẽ mouere eodem ⁊ tãto in tpe quan
to moueret motor infinitus:quare motor ĩfinitus hoc eſt
tpe in ſui actione nõ poteſt eſſe in mã:⁊ ſic erit oĩno indi/
uiduus ⁊ ſeparatus:quod erat intentum.

℄ Et cum figebatur in iſtis propoſitionibus ⁊
inuenit potentias coeleſtes agere actioneꝫ infi/
nitam:concluſit mediantibus dimenſionibus
has virtutes non eſſe in corpore omnino:neqꝫ
habere materiam recipientem eas mediantib⁹
dimenſionibus:neqꝫ materiam multam in po/
tentia:neqꝫ recipere magnū ⁊ puū:neqꝫ habe/
re contrariū:⁊ totuꝫ hoc ſeqt̃ ex hoc φ formae
eorum agũt actione infinita:⁊ omne hoc eſt p/
batum in naturali phia.

℄ Nũc epilogat q̃cũqꝫ dixit p vnū ſyll'm in z^a figura ſic. Cõ.42.
oĩs forma recepta in mã mediantib⁹ dimẽſionib⁹ multa
in po^a diuiſibili ẜꝫ magnū ⁊ puū hñs ꝯ̃riū eſt finita tpe
in ſui actiõe.formę cęleſtes nõ ſunt finitę tpe ſuis ĩ actio
nib⁹.igit̃ nõ recipiunt̃ mediãtib⁹ dimenſionibus in ma/
teria multa potentia diuiſibili ẜm magnum ⁊ paruuꝫ hoc
eſt maius ⁊ minus nec habent cõtrarium:tangit maioreꝫ

ibi.Et

ſbi.Et cũ figebat. minorẽ vo ibi.Et ĩuenit.reliquũ eſt
ↄcluſio.Et abbreuiauit vim rõnis volens illã eſſe totã
in h ꝙ formę celeſtes agũt actione infinita tpe.Et qm̃
Auic.8.ſuę meta.capite.4.opinat hãc ↄ̃nez declarari
in meta^ca. adycit. ꝛ oẽ h eſt ꝓbatũ in nãli phia. Per/
ſpicuũ igit eſt tria eſſe ex pte mãę celi:qb⁹ celuz dĩt a
reb⁹ gñalib⁹:ꝙ illa mã non ꝓhabz dimẽſiões:qb⁹ for/
mas recipiat.Scõo non eſt po^a multa. Tertio nec eſt
vna numero ꝑ ꝓuatione.mã rex gñabiliũ ↄtra ꝓhabz
illas dimẽſiões:qbus recipit formas. eſtq3 po^a multa:
atq3 vna ꝓuatiõe.Ex pte formę duo ſunt:eſt.n. forma
celi ꝓmo indiuiſibilis:ob qð mã nõ recipit eã ſm ma/
gnũ ꝛ puũ:mai⁹ ꝛ min⁹:amplũ ꝛ minus amplũ.ſz indi/
uiſibilr.¶ Eſt 2^o in ſui actiõe tpe ĩfinita:ob qð ↄ̃rio ca
ret:q̃ ſui in actiõe limitet. Hęc q̃tũ ad ꝓmã rõnẽ ſat3
de ptib⁹ celi.¶ Quereret fortaſſe qs an ĩtelligẽtia ſit ce/
li for^a.Et arguũt ꝙ nõ:q2 ſi for^a: tũc eſſet actus:ꝛ ꝓma
ꝑfectio corpis celeſtis:igit educta ð po^a mãę: ꝛ ſic mã/
lis.¶ Amplius ſi eẽt ĩtelligẽtia act⁹ celi:vel ꝓmus:vel
ſcõus.nõ ſcõus:q2 tũc eſſet opatio.Si ꝓmus.igit poſſ3
eſſe ſine ſcõo: ꝛ ſic ſine motu ꝛ ĩtellectiõe. ¶ Rurſus
intelligẽtia eſt for^a celi.igit for^a corporis celeſtis.Et ſic
forma corpis:hoc eſt falſuz:q2 ẽ forma reſpectu mãę:ꝛ
nõ corporis.¶ Ad oppoſitũ eſt Auerroes.ꝓmo celi.cõ
men.95.ꝛ hic expſſe.Qr ĩtelligẽtia ſit forma celi: dica/
mus ꝓmo Auer.id ſenſiſſe vbiq3 vt ꝑ phy.auſcultatio/
nis.cõmẽ.63.8.eiuſdẽ cõ.52.Qð rõne ↄſtat: ꝓmo q2 ĩ/
telligẽtia eſt qðqderateſſe:ꝛ rõ celi:ſi.n.celũ ĩpm diffi/
niret ꝟa diffõne:illa non explicaret niſi eẽntiã intelli/
gẽtie. Hac rõne vtit Ari.2.ð aĩa.textu cõ.8. Scõo oĩs
actio quę attribuit alicui enti pp aliq̃ duo: nece eſt vt
vnũ eox tm̃ ſit mã:ꝛ altex forma.actiões celi vt mot⁹
ꝛ ĩtelligere attribuunt celo ꝛ ĩtelligẽtie inſimul.igitur
altex hox forma eſt:altex vo mã:ſz actiões illę attri/
buunt celo pp ĩtelligẽtiã. igit intelligẽtia eſt celi for^a.
hac rõne vtit Auer.2.de aĩa.cõ.24.vex formax alte
ra eſt ↄſtituẽs ſubm:ꝛ nõ ↄſtituta a ſubto.Altera ↄſti/
tuẽs ꝛ ↄſtituta. ↄſtituit qdẽ ſubm tm̃ q̃tiens ſub3 ĩpm
depẽdet a for^a tãq3 a cã formali:ꝛ illa forma nõ a ſubo
tãq3 a cã mãli.quę rõ docet ſub3 referri ad formã rela
tione depẽdẽtię cãę formalis.At formã nõ dependere
ad ſub3 relõne depẽdẽtię cãę mãlis. pp qð forma erit
termin⁹ depẽdẽtię:ꝛ nõ ſubm relõnis: ſed iõ relatiua:
q2 ſubm refert ad ĩpam:ꝛ hac via dĩ ↄſtituẽs tm̃: non
ↄſtituta.¶ Et in h appet error Joan.qui voluit eẽ ali
qd formã alicui⁹:a quo illud nõ depẽdet. Ut nauta re
ſpectu nauis.iſtud.n.eſt impoſe:q2 for^a non eſt: niſi q2
ſubm depẽdet ab ea in eſſe:ꝛ opatione.¶ Appet ſcõo
erratũ aliox:qui volũt:ꝙ q2 forma hęc nõ eſt vnita ce
lo vnione accñte in ea:ſz in celo.dicat ſepata:ꝛ nõ ↄiũ/
cta. Nos.n.dicimus ꝙ ſicut colũna eſt formalr dextra
dexterioritate accñte in aĩali:ſic hęc eſt formalr vnita
copulataq3 vnione ꝛ copulatiõe accñte in ſubto.nã ta/
lis for^a ẽ termin⁹ vnionis ꝛ depẽdẽtię:qð ſuffic.¶ Ap/
paret tertio hãc ĩtelligẽtiã dici formã interdũ appro/
priatã. Jnterdũ vnitã ſm opõnez:interdũ ſepataz.Dr
qdẽ ſeparata:q2 nõ ſubm vnionis:ſz termin⁹ vnionis.
Et per idẽ dĩ appropriata:q2 ſui nã nõ vnita:ſz q2 aliõ
vnit ſibi ꝛ dependet ab ea.Dicit ꝛ forma ↄiuncta ſm
opõnem:q2 dat opatiõnẽ:ꝛ eſſe:ſed nõ recipit eſſe:qua
rõne nos in lib.de intellectu dicim⁹ intellm̃ mãlez eſſe
formã hois ſm opationẽ:nõ ꝙ ſit ſm opationẽ.ꝛ non
ſm eſſe:ſed q2 tribuit eſſe ꝛ opationẽ.ꝛ non recipit eẽ:
ſed bñ opationẽ. nã ſine phantaſmate nequaq3 intelli
git intellus. Jntelligẽtia itaq3 dĩ celi forma ſm opera/
tionẽ:q2 ad hoc vt celũ opet:eget intelligẽtia:ꝛ ecõtra.
at vt ꝑficiat celũ:ↄſtituit:ꝛ nõ ↄſtituit. forma vo ↄſti/
tuẽs ꝛ ↄſtituta ea eſt:quę eſt termin⁹ ꝛ fundamẽtuz ſi/
ue ſubm depẽdẽtię:ꝛ vnionis.ipſa.n.depẽdet a ſubto
tãq3 e mã:ꝛ ab illa depẽdet ſubm vti a for^a. Et hęc for
ma dĩ interdũ vnita ſm eſſe:q2 ipſa vnit vnione reci/
proca:q2 vnione exiſtẽte tã in ea q̃3 in ſubto: ꝛ depẽdẽ
tia reciproca:quia altera ab altera dependet: ꝛ ecõtra.
itẽq3 for^a ↄſtituta in eſſe ꝑ ſub3:q2 depẽdet in eẽ ꝛ ↄſer/
uatiõe a ſubto.Educta de po^a mãę:q2 genita ab agẽte
nãę per h ꝙ ipſa ꝑerat in habitu mãę: hoc eſt in for^a
corpis.diuidua ſiue ptibilis:q2 recepta actu in mã me
diantibus dimẽſiõib⁹.hñs.ↄ̃riũ:q2 corruptibilis pp ſe
vel defectu diſpõnũ:qbus in mã inducit.Et hac rõne
intelligẽtia nõ eſt forma celi: q2 celũ eſt depẽdẽs ab ĩ/
telligẽtia:ꝛ nõ ecõtra.l3 ſine celo nõ poſſit eſſe intelli/
gentia.queãdmodũ ſine ↄ̃ne non pñt eſſe ꝓmiſſę.Et ꝑ
hoc p3 ꝙ intelligẽtia eſt forma:finis: ꝛ efficiens celuz.
q2 eſt forma ſepata hac ſpẽ ſepationis:vbi idẽ eſt for^a
finis ꝛ agens apud Auerroẽ vbiq3.Qño itaq3 intelligẽ
tia ſit celi forma p3.¶ Tũc ad rõnes.Ad ꝓmã: ↄcedo
ꝙ ſit actus ꝛ ꝑ^a celi ꝑfectio:ſed q2 eſt ꝑfectio ↄſtituẽs
ꝛ nõ ↄſtituta: iõ nõ eſt eductus talis act⁹ de po^a.mãę.
¶ Ad ſcðam dici põt ꝙ intelligentia eſt actus ꝓmus:
ꝛ actus ſcõus.ꝓmus qdẽ:vt conſtituit celũ in eſſe ſim/
pliciter.Scõus vo:vt ꝑ ĩpam celũ eſt operãs. Et cũ dr
actus ꝓmus põt eſſe ſine ſcõo Auerroes rñdit.2. ð aĩa.
cõmẽ.5.ꝙ actus ſcõus dĩ equoce:ꝛ ꝓpterea illud vex
eſt de actu ꝓmo in aĩali gñabili.nõ aũt in aĩali celeſti.
¶ Ad tertiam dõm ꝙ eſt actus celi:ꝛ actus mãę celi.
Mãę qdẽ vt ſubti ꝑfectibilis.Celi vo:vt ſubti ꝑfecti.

¶ Et cum fuit perſcrutatus etiam de natura
iſtorum corporum in primo coeli ꝛ mundi:
declarauit ipſa eſſe ſimplicia. Ex hoc ꝙ mo
tus eox ſunt ſimplices: ꝛ ꝙ natura eoruz eſt
neq3 grauis neq3 leuis ideſt natura non in/
nata diſponi per grauitatẽ ꝛ leuitatem.

¶ Hęc eſt ſcða rõ Auerrois ad ꝓbandũ illa tria de celi Cõ.43.
mã:qb⁹ dĩt a mã gñabiliuz:ꝛ illa duo de forma. Et ac/ Scða ratio
cipit ꝓmo corpora celeſtia eẽ ſimplicia.h eſt nec cõpo ad idem.
ſita elemẽtaria cõpõne vt elñta:nec mixta.Et ſyllogi/
çat ſic.q̃cũq3 corpora ſunt: quox mot⁹ ſunt ſimplices:
ꝛ nã neq3 eſt grauis nec leuis:ſunt oĩno ſimplicia. celi
ſunt corpora:quox mot⁹ ſũt ſimplices: ꝛ nã neq3 gra/
uis:nec leuis:igit ſũt oĩno ſimplices. Hui⁹ ſylli accepit
ↄ̃nez ꝛ minorẽ in textu. ¶ Aiaduertẽdũ ad h vt ĩpm
celũ ſit ſimplex oĩno h eſt nec cõpoſitũ vt elñtum:nec
vt mixtũ:habet ex duab⁹:q2.n.neq3 graue neq3 leue:h
eſt nõ aptũ diſponi ꝑ graue vel leue (qð addit ꝓpter
eq̃le ad pondus:qð actu nec grauitat nec leuitat) nõ ẽ
elñtuz:q2 vo ei⁹ mot⁹ eſt ſimplex:nõ eſt mixtũ.igr oĩno
eſt ſimplex:q2 nec cõpoſitũ vt elñtuz:nec vt mixtũ.Qr
itaq3 celũ nõ ſit mixtũ:q2 ei⁹ motus eſt ſimplex:decla/
rauit Ari.a textu.cõmẽ.5.vſq3 ad textũ cõmẽ. 13.Qr
vo nõ ſit elñtuz:ſz qntũ corp⁹: p3 ibidẽ a textu cõmẽ.
13.vſq3 ad tex.cõ.20.Sic igit p3 celũ eẽ oĩno ſimplex
ꝛ nulla cõpõne corruptiua cõpoſitũ.¶ Maxia eſt dif An mixtum
ficultas vtrũ mixtũ moueat motu ſimplici.an cõpoſi motu ſimpli
to.Ubi.n.mixtũ mouet motu ſimplici:rõ Auer. nulla ci moueat.
eẽt.Arguit mõ ꝙ mouet motu ſimplici:q2 ab elñto ꝓ/ q. ij.
dominãte.Elñtuz ꝓdominãs eſt ſimplex: q̃re mixtuz
ſimplici motu mouet.¶ Joã.t3 ꝙ mot⁹ mixti eſt ſim Põ Joan.
plex:q2 pp nã3 elñti ꝓdominãtis.fingit.n. motũ hũc ꝑ

Left margin notes: An intelligẽtia ſit celi forma qõ.x. — Qr intelligentia ſit for^a celi — For^a q̃uplex. — Error Joã. — Scõs error. — Tertiũ appño
Right margin note: Forma conſtituens et conſtituta.

ineſſe elnto exñti i mixto. Scḋo vo mixto. Et ꝑpea ab
Impugnatio elnto p̄dominãti. ¶ Sʒ hec poſitio ſtare nõ põt. p̄mo qꝛ demrãtio Auerrois hic eẽt nulla: qꝛ dicere celũ eſſe mixtũ: ſʒ ipʒ moueri motu ſimplici. Et ſic rõ p ſimplicitatẽ motꝰ nulla eſſet. ¶ Scḋo motꝰ per ſe p̄mo cõpetit mobili p ſe: mobile per ſe eſt totũ mixtũ. Igiꝛ ſibi p̄mo cõpetit: ⁊ nõ elnto. ¶ Tertio ſi pᵒ cõpetit elnto. igiꝛ ordie quodã cõpetet vtriſq: ⁊ p ꝯñs violẽte mixto.
Pō Auer. ¶ Aiaduertẽdũ ꝙ greci dñt ab Auerroe: Auer. n. p̄mo celi. cõ. 9. vĩ velle motũ mixti eſſe ſimplicẽ. Ubi ad illius mentẽ petẽdũ eſt p̄mo ꝙ forma elnti in mixto nõ agit per ſe: qꝛ ibi nõ eſt in actu per ſe: ſed in potẽtia media: id. n. qḋ agit per ſe: eſt forᵃ mixti vltima et ſpecifica: ad quã inducẽdã fuit p̄accepta forᵃ elnti. Petendũ ſcḋo ꝙ lʒ diſpõ alicuiꝰ non agit per ſe: eſt tñ ꝯditio ⁊ diſpõ agẽdi: vt calor ignis reſpectu ignis. ¶ Tũc pʒ p̄mo ꝙ forma mixti per ſe p̄mo agit motuʒ eiꝰ: hec eni mouet corpꝰ in quo eſt: ⁊ moueꝛ. mouet qdẽ vt forma: at moueꝛ vt in mã. pʒ ſcḋo ꝙ p̄mitate diſpoſitiõis moueꝛ mixtũ ab elnto p̄dominãte. Ut igiꝛ ignis calefacit inq̃tũ calidus: ⁊ nõ inq̃tum ignis: ſic mixta mouẽt ſe inq̃tũ diſpoſita per formã elnti p̄dominantis: ꝓpoſitio itaq Ari. intelligit mixtũ moueri ab elnto p̄dominãte diſpoſitiue: lʒ p̄mo a forma ꝓpa ⁊ ſpecifica.
Pō grecorũ ¶ Greci expoſitores: vt Ariſ. ⁊ Simpliciꝰ volũt motũ per ſe elnti eſſe ſimplicẽ: ⁊ oẽm motuʒ ſimplicẽ eſſe p ſe corporis ſimplicis: at compoſiti ⁊ mixti motũ per ſe eſſe cõpoſitũ ⁊ mixtũ: ⁊ ecõtra motũ mixtũ eſſe corporis mixti per ſe. Uñ Ariſto. p̄mo celi. textu cõ. 7. inqt ſimpliciũ qdem ſimplices: mixtos aũt cõpoſitoꝝ: ⁊ qs dicet. igiꝛ nõ magis ſurſuʒ q̃ deorſuʒ: ſubſcribit. moueri aũt ſm p̄dominans. q. d. lʒ motus corporis mixti ſit mixtus: tñ eſt determinatus ſurſuʒ vel deorſuʒ ſm p̄dominans: ⁊ hoc rñdet vbo eiꝰ: textus cõ. 8. d. ⁊ enim ſi cõpoſiti fuerit: ſm p̄dominãs erit: ⁊ ita motꝰ lapidis ⁊ cuiuſcũq mixti eſt cõpoſitus: ⁊ nõ ſimplex.
Quot cõpoſitiones. ¶ Animaduerte tñ ꝙ motus dici põt cõpoſitꝰ cõpõne generica ex p̄ncipijs dñtibus vt ex recto ⁊ circulari. rectuʒ enim ⁊ circulare ſunt ex principijs gñe dñtibus. Et h tangit ibidẽ textu cõ. 5. vel cõpoſitus cõpõne ſpãli. vʒ. ex acceſſu ⁊ receſſu: ⁊ hãc tangit textu cõmẽ. 9. cũ vult motũ mixti eſſe cõpoſitũ: vult eni eſſe cõpoſitũ ex acceſſu ⁊ receſſu. Sʒ qꝛ p̄dominaꝛ acceſſus: ꝓpterea nõ ſentiꝛ receſſus. põt tñ dici ſimplex: qꝛ nõ cõpoſitus generica cõpõne ex p̄ncipijs dñtibus gñe. vʒ. ex recto et circulari. qꝛ fit ſupra lineã rectã vt intelligit textu cõ. 5. Et ſic motus mixti vt lapidis põt dici ſimplex vno mõ: ⁊ mixtꝰ alio mõ. Simplex ſimplicitate oppoſita cõpõni genericę. cõpoſitus cõpõne ſpecifica. Sʒ hec latiꝰ videbimꝰ p̄mo celi. Hec ſatis p rõne Auer. pʒ. n. ꝙ ſm Auer. ⁊ grecos rõ valet: maxie tñ ſm grecos.

¶ Et quũ fuit declaratum ei ꝙ corpora grauia ⁊ leuia ſunt cõtraria: quia motus eorum ſunt cõtrarij. Amplius ⁊ ꝙ motus corpoꝝ caeleſtiũ nõ habent ꝯtraria: ꝯcluſit haec corpora eẽ generabilia ⁊ incorruptibilia: ⁊ ipſa non habere ſubiectum recipiens dimenſiones prima receptione: ita ꝙ formae ſuae diuidanꝛ per diuiſiones ſui ſubiecti.

Cõ. 44. ¶ Accepta ſuppoſitione: facit rõneʒ ſyllogiſticã in forᵃ enthimematis: cuiꝰ añs ſũt duę ꝓpões: ⁊ ꝯñs tres cõcluſiões ſic. corpora grauia ⁊ leuia ſunt ꝯria. motus celoꝝ nõ ſunt ꝯrij. igiꝛ celi ſũt ingeniti ⁊ icorruptibiles, ſtemq nec eoꝝ mã recipit dimẽſiones ante formas: ⁊ formę receptę in ea ſũt idiuiduę. Hec oro enthimematica reſoluiꝛ ſic. corpora quoꝝ motꝰ ꝯrij ſunt ipſa ꝯria erũt: grauia ⁊ leuia ſunt quoꝝ motꝰ ſunt ꝯrij. igiꝛ ꝯria. huiꝰ tetigit ꝯcluſionẽ ⁊ maioris vim. ¶ Scḋs eſt. accepta eadẽ maiore: ⁊ addẽdo hãc. ſʒ celi ſunt corpora q̊ꝝ motus nõ ſunt ꝯrij. igiꝛ nõ ſunt ꝯria: huiꝰ tetigit minorem tm̃. ¶ Tertius eſt. q̃cũq corpa carẽt ꝯrio: ſũt ingenita ⁊ incorruptibilia: ⁊ carẽt ſubo p̄dimẽſionato: ⁊ forma diuidua ⁊ extẽſa. Celi ſunt carẽtes ꝯrio. igiꝛ ingeniti: ⁊ icorruptibiles; ⁊ carent mã p̄dimenſionata et forma diuidua. Et ſic enthimema illud ad tres ſyllogiſmos eſt reſolutꝰ. accipiẽdo itaq ſuppõnem ⁊ hec q̃ hic dixit. hʒ ꝙ celi ſũt ingeniti ⁊ icorruptibiles: ſimplices ⁊ puri: carẽtes mã p̄dimẽſionata. ⁊ forma diuidua. ¶ Aiaduerte ꝙ maior primi ſylli eſt Ariſt. pᵒ celi. tex. cõ. x. Minor ſcḋi ſylli eſt eiuſdẽ ibidẽ a textu cõ. 24. vſq ad. 33. ¶ Ambiges fortaſſe: qꝛ motui celi opponiꝛ qes. 12. meta. cõ. 41. igiꝛ eſt corruptibilis vel põt deſinere. Dubitatio pulchra de celi corruptione ⁊ illius qete. ¶ Ampliꝰ ſi celũ qeſcit: celũ deſinet eẽ: vt ad mẽteʒ Auer. pʒ. 3. capite huiꝰ. añs eſt poſe. igiꝛ ⁊ ꝯñs p regulã p̄oriſticã. ꝙ celũ poſſit qeſcere pʒ: qꝛ eius motꝰ hʒ ꝯrium ſalteʒ p̄uatiuũ. ¶ Amplius Auerroes ibidem apte ait celõ poſſe qeſcere. iõ indiget motore: quo moueaꝛ ſemp. per hec pʒ celũ eſſe corruptibile. Solutio. ¶ Pro ſolutione aiaduerte ꝙ motꝰ celi põt dici totꝰ: vel ſm formã: vel ſm mãʒ. vel vt recẽtiores aiunt: cathegorematice ⁊ ſyncathegorematice. ſi accipiꝛ vt totꝰ ſʒ formã: ſic eſt ꝑpetuus ſimplr veluti elntuʒ ſm totũ hac rõne eſt ſimplr ꝑpetuũ. Si vo ſumiꝛ vt totus ſm mãʒ vel ptes: vt ſic eſt corruptibilis. Immo ꝯtinuo vna ps deſinit ⁊ alia gñaꝛ. ¶ Tũc pʒ ad p̄ᵐ ꝙ qꝛ motui celi opponiꝛ qes: iõ ſm ptem eſt corruptibilis: ⁊ nõ eſt neceſſariuʒ vt ſm totũ deſinat. ¶ Ad ſcḋm dico ꝙ añs eſt poſe ſm ptem. põt eni celũ qeſcere ſm ptẽ motus: nõ aũt a toto motu. ⁊ ſic ſm totũ motũ nec qeſcit nec põt qeſcere. Et ſic ꝯñs non erit poſe: quẽadmodũ nec añs. vbi eni celũ qeſceret a toto motu: celũ non eſſet: at celũ qeſcere a toto motu eſt impoſe. quare ⁊ celũ nõ eẽ erit impoſe. ¶ Ad tertiã pʒ ꝙ celum poteſt qeſcere ⁊ in eo ꝙ celum: ⁊ in eo ꝙ corpus. qꝛ motus eius hʒ ꝯriuʒ. vʒ. qetem. nõ tñ ꝓpter hoc opʒ vt deficiat ſm totũ. vt lʒ elemẽtuʒ habeat ꝯrium ſm totũ: nõ ꝓpter hoc corrũpeꝛ aliquãdo ſm totũ: ſed ſaltem ſm partẽ. ſic motus celi: qꝛ hʒ ꝯrium: ſufficit vt deficiat ſm ptem: pro q̃to vna eius pars deſinit: ⁊ alia generaꝛ. ⁊ ita celuʒ poteſt eſſe quieſcens parte. videlʒ motus.

¶ Et hoc intendit cum dixit in primo coeli ⁊ mundi ꝙ formae horum corpoꝝ carent contrario ⁊ ſubto: quẽadmoduʒ concluſit hoc idem ex hoc ꝙ motus eoꝝ a principijs quae ſunt in eis: ſunt infiniti.

¶ His acceptis verificat ⁊ exponit vba Ariſto. p̄mo celi. textu cõmẽ. 20. Ibi eni ſic ſyllogiçat. oẽ genitũ ⁊ corruptibile hʒ ꝯrium. celuʒ non hʒ ꝯrium. igiꝛ nõ eſt genitũ ⁊ corruptibile. exponit mõ Auerroes minoreʒ ꝙ Ariſto. intelligit celũ nõ hr̃e ꝯrium neq ſubiectuʒ dimenſionibus affectũ ante formas. Cõ. 45. Iſte enim ſunt duę corruptiõis cãę: ⁊ ſunt ꝯuertibiles ſm affirmationẽ et negatiõeʒ: pp qḋ lʒ tetigit alterã: dedit intelligere alteraʒ ꝓpter ꝯuertibilitatẽ. Et epylogauit etiã demoſtrationeʒ. Aliã quę erat. corpora quoꝝ motus ſunt infiniti hoc eſt ęterni carẽt mã ⁊ ꝯrio. celi ſunt corpa: quoꝝ

motus

motus sunt ęterni. igit carent mã τ ʒrio. τ hãc demon
strationē accepit ab Aristo. vt diximus. 8. physicorũ.
textu cõmen. vlti. τ. 12. metaphy. textu cõmē. 41.

¶ Et qꝛ manifestũ est sensui ꝙ corpora coe
lestia recipiunt dimensiones terminatas ſm
suas formas: neqꝫ possunt recipere formas
mediantibus dimensionibus interminatis:
sicut est dispositio de formis generabilibus
τ corruptibilibus: necesse est ea recipere di
mēsiones tali mõ: ex quo nõ ꝯtingit formas
esse generabiles τ corruptibiles. Qꝺ est: qꝛ
materia eoꝝ recipit dimēsiones prima rece
ptione mediantibus illis formis suis: τ non
recipit formas mediãtibus dimensionibus
existētibus in eis in potētia. s. nõ terminatis:
sicut est dispositio in dimensionibus quae
sunt in prima materia cum forma istius ma
teriae: sed dimēsiones quae sunt in materia
caelesti: sunt propriũ ꝓprioꝝ eius.

Cõ. 46. ¶ Conclusit cęlũ esse ęternũ: qꝛ cęlestis forma nõ habꝫ
ꝯriũ: τ recipit in mã nõ mediãtibꝰ dimēsiõibꝰ inter
minatis. obyciet qs ꝯ. nã sensu pꝫ cęlũ esse q̃tũ τ diui
duũ vt de pte stellata astronomi ꝓbant. τ ꝯcludũt plu
res stellas esse terra tota ampliores. igit hꝫ cęlũ dimē
siones. Rñdet τ vtit entbi ͤ sic. cęlũ est q̃tũ vt sensu
pꝫ: τ nõ q̃titate pręcedēte formã: qꝛ illa esset corrupti
bilis. igit q̃titate sequēte. ꝓpter qꝺ cęloꝝ dimēsiones
sunt ꝓprię de numero ꝓprioꝝ: τ semꝑ actu: nec sepa
biles a cęlo: nec cęlũ separat ab illis. ¶ Animaduertē
dum ex. 2. cęli. cõ. 3. ꝙ dimēsiones τ cętera accñtia in
sunt cęlo ꝓpter intelligētiã: τ nulla intelligentia inest
ꝓpter accñtia. Et ꝓpterea accidētia oĩa ꝯsequunt itel

In cęlo an rēt dimensio interminata. ligētias. τ inde oĩa accidētia sunt ibi in actu: τ termina
ta: τ nulla sunt in potētia τ interminata. ¶ Sed oby
cies: oẽs q̃titates ꝯtinuę sunt eiusdē spēi: vt oĩs linea
oĩ linea: oĩs supficies oĩ supficiei: τ oĩs corporeitas oĩ
corporeitati. igit sicut est dimēsio iterminata in dimē
sionibꝰ reꝝ corruptibiliũ: sic reꝝ etiã ęternaꝝ dimen
siones erunt nõnullę terminatę: nõnullę interminatę.
¶ Amplius vel terminꝰ dimēsionis cęlestis est ipa di
mēsio cęlestis vel qd aliud τ ꝑus: cui terminꝰ intelligi
tur aduenire. nõ terminꝰ: qꝛ tũc eēt de eēntia rei termi

Solo. natę. igit aduenit illi ꝑori. ¶ Mihi vĩ ad ꝑmũ ꝙ di
mēsiones cęlestes dñt spē ab his: qꝛ dĩa specifica ac
cipit a subto: mõ subm illaꝝ dĩt spē τ gñe ab his. igit
dimēsio a dimēsione. Et sic sunt alterius rõnis. ¶ Ad
scꝺm dici põt ꝙ terminꝰ nec extra est nec itra: vt dixi
mus: ꝫ nõ de rõne illaꝝ: nõ pp ꝯ illę dimēsiones acci

Cur i cęlo nõ sunt dimēsiones interminatę. piunt in poᵃ: qꝛ nũq̃ fuerũt: nec erunt absqꝫ terminis.
Et ꝓpterea semꝑ sunt in actu. ¶ Joã. reddit cãm cur
dimēsiones quę sunt in mã ꝑma sũt in potētia ad plu
res terminos: at cęlestes minime. ait. n. ꝑmũ eo eē: qꝛ
nõ hñt eē a forma: ꝫ magis a mã: cęlestes vo a forᵃ ma

Põ Joã. Impugnatio gis: τ post formã. ¶ Sed hęc rõ est friuola. ꝑmo: qꝛ pe
tit. nã assumit ęque ignotũ: ego eñi quęro cur dimēsio
nes istę se tenēt ex pte mãę. illę vo minime: ꝫ ex parte

Propria formę. istud eñi est id qꝺ quęrit. ¶ Scꝺo cũ terminꝰ
in vtrisqꝫ sit adueniēs quoddã: τ nõ intra dimēsionē.
quare in dimēsione hac reperit terminatũ τ intermi

Solo. natũ. in illa vo minime. ¶ Propter qꝺ dicas ꝙ a ꝑori
rõ ignorat. ꝙ eniꝫ hęc sit terminata τ interminata: illa
terminata tñ: a ꝑori cãm ignoramus: nisi assignes for
mas ꝑ causis: vt qꝛ forma cęli τ mã cęli sunt tales: hę
vo tales. at a posteriori Auerroes assignauit cãm: quia
vbi illa eēt terminata τ interminata: tũc forma celi eēt

Dubitꝰ de ordine accñtiuꝫ cuꝫ itelligētia corruptibilis: cuiꝰ oppositũ est declaratũ. ¶ Sꝫ dices
accidēs aduenięs subto indiuiduo ꝑ mediũ indiuisibi
le: est idiuisibile: cęlestis dimēsio aduenit mãę cęli in
diuiduę ꝑ intelligētiã tanq̃ ꝑ mediuꝫ indiuiduũ. igit

Solo. erit indiuidua: τ nõ extēsa. ¶ Debes scire ꝙ itelligen
tia τ oĩa accñtia ab ęterno mãę cęli affuerũt: veꝝ est i
ter ea ordo qdã rõnis. q̃lis inter cãm τ causatũ indepē
dens τ depēdēs. ¶ Tũc si in maiori accipit aduenire
ꝑ oĩ eo qꝺ accidit post ꝫ tꝑs: ꝯcedo maiorē: τ sic nego
minorē: qꝛ simul ęternitate fuerũt oĩa: si vo accipit ꝑ
omni posteriori ſm rem vel rõnē: sic negat maior: τ cõ
cedit minor. ¶ Sed dices si intelligētia est rõ quare

An intelligētia sit cã accidētium. insunt: est ne cã: Dicēdũ vt ex Auerroe. 2. cęli. cõmē. 3.
ꝙ intelligētia est cã oĩuꝫ accidētiũ: τ in triplici genere
causę: qꝛ in abstractis idem est finis τ agens τ forma:
τ ita intelligētia erit cã oĩum illoꝝ hac triplici rõne: ꝫ
de hoc latius posterius dicemus.

¶ Et quũ fuerit declaratum ei de corporibꝰ
coelestibus eoꝝ formas existere in suis sub
iectis: tali. vꝫ. existētia ꝙ non diuidunt per
diuisionē sui subiecti. Et ꝙ causa in hoc est:
qꝛ nõ existunt in subiectis ſm ꝙ sunt diuisi
bilia. Fuit ei declaratũ ꝙ istae formae nõ cõ
stituuntur per subm: immo sunt abstractae
in esse: quoniã cũ existunt in toto subiecto: τ
nõ diuidunt per eius diuisionē: contingit ꝙ
non constituunt per subm. Nõ enim existũt
in eo: neqꝫ in toto: neqꝫ in parte: τ vlr nec in
diuisibili: nec in indiuisibili.

Cõmē. 57. ¶ Hactenus ꝙ cęlestes formę non diuidant diuisione
subtoꝝ: nec subm habeãt in poᵒ: acute ꝓbauit nunc ꝙ
tales formę nõ subsistãt per eaꝝ subta: declarat. Vtit
aũt entbimemate: cuius añs est declaratũ: τ ꝯñs decla
randũ: hoc pacto. vꝫ. cęlestes formę nõ sunt in subiectis
diuisibilr. igit nõ ꝯstituunt per subta. añs pꝫ per hoc:
qꝛ tales formę non existunt in subtis ſm ꝙ sunt diui
sibilia: hoc est mediãtibus dimēsionibus intermiatis:
vt fuit ꝓbatũ. tenet ꝯñtia: qꝛ cũ existunt in toto subto:
qꝛ quęlibet illaꝝ est in toto orbe: τ singula orbis pte:
ꝯtingit ꝙ nõ ꝯstituunt per subm. vbi. n. ꝯstituerentur
per subm: nõ eēt quęlibet eaꝝ in toto subto: τ singula
pte subti: sed tota in toto: τ pars in pte: vt iam declara
uimꝰ sępe. ¶ Debes scire ꝙ ex vbis Auerrois diligē
ter ꝯsideratis pñt colligi duę rõnes ad ꝓbanduꝫ cęle

Duę rationes Auer. ꝙ cęlestes formę nõ sunt in subtis ꝯstituitę. stes formas nõ ꝯstitui per subta: in qbus sunt. ¶ Pri
ma est: qꝛ recipiunt in eaꝝ subtis indiuisibiliter. dictũ
est: ꝙ oĩs forma quę ꝑ subꝫ ꝯstituit: diuisibilr recipit
in illo: igit per ꝯuersionē per ꝯtrapõnem: quę non diui
sibiliter recipiunt: per subꝫ nõ ꝯstituent. ¶ Scꝺa qꝛ
nulla forma quę est in toto subto: τ tota in qualꝫ illius
pte: ꝯstituit per subm: qꝛ dcm̃ est: formã quę per subꝫ
ꝯstituit: nõ eē totã in toto: τ totã in qualibꝫ pte: ꝫ ptē
in pte: ingt. τ cũ fuerit declaratũ ei de corporibꝰ cęlesti
bus eoꝝ formas existere i suis subtis: tali. vꝫ. existētia
ꝙ nõ diuidunt ꝑ diuisionē sui subti. ꝯ ē añs ꝑmę rõ
nis. cuius cãm repetit. d. τ ꝙ cã in hoc est: qꝛ nõ exist in
subtis ſm ꝙ sunt diuisibilia ꝯ est medãtibus dimen
sionibꝰ. Hęc est ꝓbatio. dat ꝯñs. τ ingt. fuit τ. vꝫ. Ar.

declaratū ꝙ iſtę formę nō ɔſtituunt̃ per ſubz. Immo ſunt abſtractę in eē ſupple a ſubtis. Hęc eſt rō: ⁊ p̄ma ɔñtię deductio. Deinde deducit ſcđo loco dictā ɔñtiā. ⁊ ingt. qm̄ cū exiſtunt in toto ſubto: ⁊ nō diuidunt̃ per eius diuiſionē: ita vt ſint totę in totis: ⁊ ptes in ptibus. hoc eſt dicere: qm̄ cū exiſtūt in toto ſubto: ⁊ totę in oībus ptibus ſubtis: ɔtigit ꝙ nō ɔſtituunt̃ per ſubz. vbi enī per ſubm ɔſtituerent̃: ptes eſſent in ptib⁹. Et exponit gd per eē abſtractas voluit intelligere. Et ingt. nō enī exiſtunt in eo: nec in toto: nec in pte. ⁊ vl̄r nec in diuiſibili: nec in indiuiſibili. Et hoc pacto dico ipſas eſſe abſtractas: qñ. vz. nullatenus ſunt in ſubto.

Dubōnes cōtra dđa Auerrois.

Sz dubitat̃ ꝓ ɔtra hoc additū. nā Auerroes. 2° cęli. cōmē. 15. voluit Ari. declaraſſe in fine. 8. libri phyſic̃. declaraſſe p̄maz formā eſſe in maximo circulo hoc eſt p̄ mobili. In 2° vō cęli declaraſſe illā eſſe in pte p̄mi mobilis quę eſt oriēs ⁊ illius dextrum. igit̃ p̄° forma eſt in toto: ⁊ pte: cuius oppoſitū hic ait. 2° videt̃ eē forma aliqua indiuidua: ⁊ in mā indiuidua. vt ītellect⁹ agēs: qui eſt in ītellectu poſſibili veluti in mā: apud iſtum verum. Tertio videt̃ ſibi ɔrius: quia p̄ ſumit formas cęleſtes eſſe in toto ſubto: poſtea addit ꝙ nec ſunt in toto: nec in pte.

Quot modis eē in ſubo dr̄.

Pro ſolōne debes ſcire: vt iam ſępe diximus: ꝙ eē in ſubto pōt eſſe duplr̄. vt depēdēter: ⁊ hoc modo formę māles ſunt in ſubto: qꝛ depēdēt ab illo in eē ⁊ ɔſeruari. ⁊ hoc vocat Auerroes ɔſtitui a ſubto: vt pz ꝓ phyſic̃. cōmē. 62. ⁊ independēter: hoc eſt: qꝛ forma ipſa nō depēdet a ſubto. ſed potius ecōtra ſubm depēdet a forma. Tūc ad p̄m dico ꝙ p̄ma forma ⁊ cęterę formę ſunt in eaꝝ ſubtis: vtpote orbib⁹: ſz ęquoce hoc eſt independēter: quatenus ipſę non ab orbibus: ſz orbes ab illis dependēt: vt ꝓ phyſi. cōmē. 63. dicit Auer. Et ꝓpterea ſunt totę in totis: nō tñ ptes eaꝝ in ptibus: ſed totę in ſingulis ptibus. ⁊ hoc cōcludit auctas Ariſ. ⁊ Auer. Ad 2m dicemus in lib. de intellectu: et diximus. forte enim intellect⁹ agens qui ſoli aſſimilat̃: nullius eſt pars: cum ſit deus. intellectus vō qui cōparat̃ lumini eſt idem in ſubto cum ītellectu poſſibili: et nō illius forma: niſi ſm̄ rationē. Sz de hoc al's.

Solō Io. ad ɔtradictionē.

Ad ɔdictionem Ioā. dicit cuz Auerroes dixit. formas cęleſtes eſſe in toto ſubto: eum ītelligere quo ad influxū: qꝛ influit ⁊ mouet totū ſubm. cum aūt dicit nō eſſe in ſubto: intelligit quo ad exiſtere.

Solō ꝓpria.

Meli⁹ dico ꝙ nulla forma eſt in ſubto: nec toto: nec parte: nec diuiſibili: nec in diuiſibili. vz. dependēter: quo modo formę māles ſunt in ſubto. cuz aūt ait. illas eſſe in ſubto. ſubdit. ⁊ nō diuidunt̃ per diuiſionē ſubti. Et ſic vult illas eſſe in ſubto indepēdēter: quatenus ɔſtituūt totū ſubm in eſſe ⁊ oēm ſubti ptez. nō tñ quatenus ɔſtituunt̃ ⁊ ſunt ptes in ptibus. ⁊ ſic tollit̃ ɔdictio.

Quę Ioā. de vnione for⁹ cęleſtis ad cęlū.

Ioānes hic vult Ari. declaraſſe duo. vz. ꝙ formę cęleſtes non ſubſiſtūt ineſſe per mās. ⁊ ꝙ nec corpa cęleſtia recipiūt actū eſſendi a ſuis motorib⁹: quę dicunt̃ ſuę formę. Et dixit hoc: qꝛ credidit valere. ſi forma non depēdet a ſubiecto: nec ſubm depēdet e forma.

Cōfutatio.

Sed errauit. naz Auerroes ꝓ phyſic̃. cōmē. 63. ingt. ⁊ fuit neceſſe vt forma eius eſſet liberata ab hoc ſubiecto: ⁊ vt nō hr̄et cōſtitutionez per corpus cęleſte: ſz corpus cęleſte ɔſtituit̃ per illā. Ecce quo modo cęluz dependet ab ītelligētia.

Propria pō de vnione formę ad mām.

Et ꝓpterea de mēte Auerrois ſcias non valere hāc ɔñtiā. vz. forma non dependet a ſubiecto. igit̃ nec ſubiectū a forma: qꝛ ſtat de facto oppoſitū ɔñtis cum antecedēte. In formis tñ diuiſibilib⁹ diuiſione ſubiecti: valet ⁊ eſt neceſſaria: qꝛ ibi eſt mutua dependentia. in diuerſis tamen generibus cauſarum.

Et cum ita ſit: neceſſe eſt vt forma qua mouet̃: ſit illa ad quā mouet̃. in formis. n. ɔſtitutis per ſua ſubiecta differūt. ſ. qa forma qua mouent̃: non eſt illa ad quā mouent̃: ⁊ ideo oīs forma huius. ſ. quae mouet̃ ad ſeipſam pficiēdam per formā aliā: neceſſe eſt vt ſuuz mouere ſit finitū: cum nō mouet: niſi qñ mouet̃. Et hoc etiaz eſt vnum eoꝝ: quae mouerūt Ariſtotelez ad opinādum ꝙ formae corpoꝝ coeleſtiū nō ſunt ɔſtitutae per ſua ſubiecta: qm̄ tunc motus eoꝝ eſſent finiti.

Ex dictis nūc infert quędā. Sed vtrū id qđ infert ſit vnū: aut duo: nō eſt manifeſtū. Uidet̃ Ioā. ꝙ īfert vnuz. vz. ꝙ ſecus eſt in cęleſtibus formis. ſecus in mālibus. nā in formis cęleſtibus finis ⁊ efficiēs idem eſt. In formis vō mālib⁹ finis differt ab efficiente. hoc eſt illud qđ infert apud Ioānez. Et huius cā eſt: qꝛ oīs forma in qua differt finis ⁊ efficiēs: mouet tēpore finito. quare cum formę cęleſtes moueāt tpe īfinito: ⁊ māles moueant tpe finito: in cęleſtibus finis ⁊ efficiēs idem erit. in mālibus vō differt. Cō. 48. Expoſitio Ioānis.

Mihi autez videt̃ ⁊ magis v̄bis: quę habemus ɔſonuz. inferat duo: ⁊ per duas rōnes. quoꝝ p̄m eſt. in formis cęleſtibus idē eſſe finē ⁊ efficiētez. Et hoc ait. ⁊ cum ita ſit. vz. ꝙ formę cęleſtes nō ɔſtituunt̃ per ſubiecta: neceſſe eſt vt forma qua mouetur. i. forma agēs: ſit illa ad quaz mouet̃. i. forma finis. hoc ſequit̃ ex dictis: qa. vz. in ſeparatis a mā idez eſt finis ⁊ efficiēs. Propꝛa expō.

Sed non ɔtētus hac rōne correlaria. ꝓbat idez ſic. finis ⁊ efficiens differūt in formis ɔſtitutis per ſubiecta. Formę cęleſtes non ɔſtituūtur per ſubiecta: vt paulo ante ꝓbatū eſt. igit̃ in ſcđa figura. finis ⁊ efficiēs non differūt in formis cęleſtib⁹. De rōne tāgit ſolū maiorē. d. in formis. n. ɔſtitutis per ſua ſubiecta differūt. ſ. qꝛ forma qua mouent̃. h̄ eſt agens: non eſt illa ad quā mouent̃: id eſt finis. hęc eſt maior. Syllus lr̄e.

Qūo in for̄is ſepatis idē eſt finis ⁊ agens.

Debes ſcire ꝙ hęc maior eſt ſumpta: ⁊ non ꝓbata: ſed. 12. meta. cōmen. 36. ſatis declarat̃: ⁊ alibi. dictū. n. eſt formā mālez eſſe impfectā: cum in illa differat eſſe ⁊ poſſe eſſe. Et ꝓpterea finis: qđ eſt eſſe: differt ab illi⁹ formę poſſe: qua rōne prius illa pōt hr̄e finem. deinde habet illū. in formis vō ſeparatis eſſe ⁊ poſſe idem eſt. Et ꝓpterea eoipſo ꝙ ſunt: pñt hr̄e finez ⁊ hn̄t: ⁊ ita ipa agens eſt finis ſuę actionis. Exēplnz huius eſt de balneo. ⁊ tu vide Auerroem illic.

Dubi⁹ de fine ob quem agit for⁹ ſeparata.

Sed dubitat̃. nam ſi eoipſo ꝙ forma ſeparata eſt ipſa habet finez. igit̃ fruſtra mouet: qꝛ ſi mouet: aut mouet pp ſui ɔſeruationē: vel ꝓpter aliqd acqrēdū. Non ꝓpter ſui ɔſeruationē: qꝛ eſt ppetua: cui nulla pōt ineſſe corruptio. Nec ꝓpter aliqd acqrendū: qꝛ tūc non eoipſo qđ eſt: haberet finē. Scđo. vnaquęqꝫ res genita eoipſo ꝙ eſt: nanciſcit̃ formā. ſed forma eſt finis. igit̃ eoipſo ꝙ eſt habet finē. Et ita aut non mouet: aut mouet circulariter ꝓpter finem ɔſeruādū: ⁊ non ob finē acqrēduz. veluti quęlibet forma ſeparata.

Solō prime dubitatōis.

Ad p̄maz rñdet Auer. 12. meta. cōmē. 36. ꝙ formę ſeparatę mouēt pp finē ɔſeruāduz. quęlibet. n. mouet ob ſuiipſius ɔſeruationez.

Qua rōne ppetuū eget cōſeruatione.

Et cum dī ſui nā ppetuuz nō eget ɔſeruatione. dici pōt ꝙ duplex eſt ɔſ̃uatio (vt ita loquar) pſeruatiua: mō quo corpa ſana poſſibilia ęgrotare: ɔſeruant̃. ipſa eiz: qꝛ pñt cadere in morbuz: aut mortem: pſeruant̃. ⁊ hęc ſpēs ɔſeruationis tm̄ corruptibilibus competit. Alia eſt coexiſtitiua: quo modo ɔcluſio ɔſeruatur quo ad ſui neceſſitatē

ex ꝓpōnib⁹

ex ꝓpōnib⁹.ꝯclō.n.ſuapte nā eſt vera ⁊ necīa:⁊ tn̄ con ſeruat̄ a ꝓpōnibus.nō qdē q: poſſit cadere in falſitatē vel ꝯtingētiam:ſed q: per depēdētiā ab illis:coexiſtit necīa:⁊ hic ꝯſeruādi modus cōpetit entib⁹ nec̄ys:⁊ ꝑpetuis.hac ēt ꝯſeruatione:⁊ grā hui⁹ mouet ꝑmus motor:q̄uis ſit ſempitern⁹.mouet.n.vt ꝯfuer̄.nō qdē ꝯſeruatione ꝯſeruatiua:ſed coexiſtitiua.ħ eſt vt coexiſtat ſibi.hāc ſolōnē cape potes.z.phyſi.auſcul.cō.88.⁊.12. meta.cō.55.⁊.z.cęli.cō.17.⁊ in lib⁹ deſtructio deſtruc. diſput.14.in ſolone ꝑmi duby.⁊ alibi pluries. ❡ Ad

Solō ſcde Quot fines.

z^am dici pōt ꝙ duplex eſt finis(vt Auer.ait)gn̄atiōis veluti eſt for^a ipſa.Et rei genitę vt eſt illi⁹ for^e ꝑfectiſſima opatio:ꝑ quā ipſa reddit̄ ſimillima ꝑ motori ꝑm poſſitatē ſuę ſpēi.Dico igit̄ ꝙ cū res fiūt:eoipſo ꝙ fiūt: finē hn̄t gn̄ationis.nō aūt ſpēi atq: rei genitę. ❡ Illū qdē ꝑ gnōnē adipiſcunt̄.hūc ꝑ motū:⁊ mutationes. At res ꝑpetua eoipſo ꝙ ab ęterno fuit:ab ęterno habuit finē oēm:⁊ eſſendi:⁊ opandi.Et ꝑpea nō mouet ꝑꝑ finē acqrēdi:ſed habitū ꝯſeruādū.Et hac rōne for^e genitę nō pn̄t mouere ꝑpetuo:q: nō mouēt:niſi ob finē acqrēdū.nō nullū ꝑpetuo acqſibile:aliqn̄ acqret̄. ❡ Et per eādē cāz nō mouēt:niſi motu recto:cui⁹ eſt finis aliqn̄ acqſibilis.forma vō ꝑ ſe ęterna nō mouet ob finē per motū acqſibilē.⁊ ideo mouet ꝑ motū:cui⁹ idē eſt ꝑn^m ⁊ finis:q̄lis eſt mot⁹ circularis. ❡ Ampli⁹ formę genitę lz eoipſo ꝙ ſunt:acqrāt quēdā gradū ſilitudinis ad ꝑ^m motorē:ob quē ⁊ grā cui⁹ fuerūt genitę:nō acqrūt oēz gradū ſilitudis poſſibilē in ſpecie:⁊ ita poſtq̄ ſunt genitę.adhuc mouēt:⁊ motu tali:vt ꝑ ipm finē nq̄ nanciſcant̄:⁊ talē vt habeant ꝑfectā ſilitudinē ſuę ſpēi cōpetētē. ❡ Formę vō ſepatę eoipſo ꝙ ſunt:hn̄t oēs gradū ſilitudinis ad ꝑ^m motorē:⁊ ꝑpea nō mouēt:nec mouent̄ ampli⁹ vt acqrat:ſed vt acqſitū coexiſtitiue ꝯſeruēt. Hoc eſt igit̄ ꝑ^m illatū:⁊ illi⁹ declaratio. ❡ z^m illatū eſt ꝙ oīs forma in qua finis ⁊ efficiēs differūt.hoc eſt quę mouet ꝑꝑ finē extrinſecū ab ex̄ aduēticiū:nō mouet niſi tpe finito:⁊ motu finito.⁊ hui⁹ pōt eſſe duplex cā:aut ex ꝑte rei:quę mouet̄ vel mouet.aut ex parte finis:ob quē mouet̄ vel mouet.ex ꝑte qdē rei:dicit cum nō mouet:niſi cū mouet̄.hoc eſt dicere:q: oīs for^a quę mouet ob finē ab ex̄ aduēticiū:ſiue ob finē acqſibilē: nō mouet:niſi mouet̄.ħ eſt mouet ꝑ accn̄s q̄tenus mouet̄:vt canis famelicus:qui mouet̄ a pane appetibili:⁊ qui mouet ſe vt panē ꝯſequat̄:nō mouet ſe niſi ꝑ accidēs:q̄tenus mouet̄ab illo pane.omne aūt mouēs qđ in mouēdo mouet̄:tpe finito mouet:q: tādiu q̄diu finez adipiſcat̄:qui ex̄ mouet.nō igit̄ pōt mouere tpe ifinito.Ex ꝑte finis vō:q: finis aduēticius aliqn̄ adueniet: nō aduenit niſi in aduētu ſuo ceſſet motus.igit̄ omne qđ mouet ꝑꝑ finē extrinſecū:mouet tpe finito. ❡ Addit Auer.ꝙ hoc eſt vnū eoꝝ quę mouerūt Ari.ad opinādū ꝙ formę cęloꝝ nō ſunt ꝯſtitutę ꝑ ſubta:qm̄ tūc motus eaꝝ eſſent finiti.Ubi.n.eſſent ꝯſtitutę ꝑ ſubm: eſſent ordinatę ad finez extrinſecū per ipm motū finitū acqſibilez:eo q: eſſent genitę:⁊ ita nō tm̄ ob finem gn̄ationis:ſed ſpēi ordinatę.hoc eſt z^m illatum.

Diſa iter actiōez formaꝝ ęternaꝝ ⁊ generabilium.

Quaꝛ formę genitę nō ꝑpetuo mouēt:⁊ ꝗ motu recto.

Finis foīe genitę quis.

Finis formę ęternę quis.

z^m illatū de fine formaꝝ genitarum.

❡ Et nō eſt dicēduz ꝙ formae qbus mouentur corpa coeleſtia:ſint aliae ab eis ad quas mouent̄.⁊ ꝙ iſtae quae dicunt̄ eſſe nō in mā oīno:⁊ quae carēt ſitu:ſunt formae ad quas mouent̄.quum tn̄ illae quibus mouent̄ ſint formae in materijs:⁊ ſunt diuiſibiles per diuiſionem earum.

❡ His recte illatis circa hęc:⁊ alia quę iam dixerat:excludit dubiōnes.Quaꝝ ꝑ^a eſt:q: dici poſſet in corpib⁹ cęleſtib⁹ alteri⁹ gn̄is eē formas agētes ⁊ mouentes effectiuē:⁊ alteri⁹ formas ob q̄s tanq̄ ob fines mouent:q: poſſet dici q̄ for^e effectiuę mouētes ſunt diuiſibiles et ꝯſtitutę ꝑ ſubta.for^e vō quę vt fines mouēt:ſunt abiūctę a mā:⁊ ſepatę. ❡ Hęc.n.eſt poſitio Aui.q vnicuiq: orbe dedit duas for^as:alterā itrinſecā orbi:⁊ mālez.alterā ſepatā ⁊ vt finē.⁊ ħ excludit Auer.dicēs.⁊ nō eſt dōm ꝙ for^e qbus effectiue mouent̄ corpa cęleſtia:ſint alię ab eis ad quas mouent̄ final'r.⁊ ꝙ iſtę quę dn̄r eē nō in mā oīno:⁊ quę carēt ſubto ⁊ ſitu:ſunt for^e ad q̄s mouent̄ tanq̄ ad fines:quū tn̄ illę qb⁹ mouent̄ effectiue ſint for^e in materys:⁊ diuiſibiles ꝑ diuiſionez eaꝝ: vt putauit Aui.qui in corpib⁹ cęleſtib⁹ poſuit for^as mouētes effectiue:itrinſecas orbib⁹:⁊ māles atq: diuiſibiles.for^as vō quę mouēt final'r:poſuit ſepatas.hoc.n.nō eſt dōm. ❡ Debes ſcire:ꝙ Aui.mot⁹ fuit hac rōne:q: finis hz eſſe nobile ⁊ itētionale:agēs hz eſſe ignobile ⁊ reale.Et ꝑpea formę quę mouēt vt fines in corpibus cęleſtib⁹:hn̄t eſſe nobile ⁊ intētionale.quę vō mouent effectiue:hn̄t eſſe ignobile ⁊ reale ſiue ſubtiuum.

Cō.49.

Pōđ Aui.de formis cęloꝝ

Funda^m poſitionis Auic.

❡ Qm̄ ſi ita eſſet:tūc illae formae exiſterēt in ſuis ſubtis:⁊ mouerent̄ per motuz ſubtoꝝ: ⁊ ſic diuiderent̄ ad diuiſionē ſubtoꝝ.Motuz.n.ſi mouet̄ eēntial'r:erit diuiſibile eſſentialiter:⁊ ſi per accidens:per accidens.

❡ Nūc ꝓbat id qđ dixit ꝯtra Auic.⁊ vtit̄ enthimemate:cuius ꝯn̄s eſt ꝯtra declarata ⁊ illata:ħ modo.Si ita eēt:vt Aui.ait.tūc formę quę mouēt per modū efficiētis exiſterēt in ſuis ſubtis.Auicēna.n.dicebat formas effectrices eſſe in ſubtis.finales aūt eſſe ſeparatas.Et ꝑpea pz ꝯn̄tia.⁊ vltra ſeqt̄ ꝙ mouerent̄ per accn̄s per motū orbiū ⁊ ſubtoꝝ.⁊ vltra ſi mouerent̄ per accidēs ad motū ſubtoꝝ:tūc eēt diuiſibiles ſaltē ꝑ accn̄s:veluti cęterę formę māles.tenet ꝯn̄tia:q: vnū qđ eſt diuiſibile eo mō quo mouet̄:vt ſi moueret̄ ꝑ ſe:eſt diuiſibile ꝑ ſe:⁊ ſi mouet̄ per accn̄s:eſt diuiſibile per accn̄s:vt tradit̄.6.phy.auſcul.Et ſic pz enthimema.ꝙ ſi formę effectrices eſſent in ſubto:⁊ finales ſepatę:tūc illę effectrices eēnt ſaltē diuiſibiles ꝑ accn̄s:vt in ꝑ ad vlt^m deduximus:ꝑpea q: eſſent in ſubto:⁊ ꝯſtitutę in eſſe per ſubm:⁊ ita mobiles ꝑ accn̄s:⁊ ita diuiſibiles ꝑ accn̄s.

❡ Sz circa hęc eſt dubitatio circa incōueniēs:q: apđ Auic.ꝯcedūt illud.ipſe.n.tenet for^as effectrices eē aīas extēſas ꝑ orbes:veluti aīę cęteroꝝ aīaliū.Sz vult fines nō eē aīas:ſʒ itelligibilia:quę itelligunt̄ ab aīabus vt fines.Et ſic incōueniēs nō eſt incōueniēs.Scđo vr̄ ꝙ nec rō valeat.nō.n.opꝫ oē mobile eē diuiſibile q̄tenus mouet̄.naz lz pūctū moueat̄ ad motū corporis:in quo eſt.ipm tn̄ nullo⁹ eſt diuiſibile.Tertio vr̄ ꝙ foīę cęleſtes ſint per accn̄s mobiles.nā Ariſ.⁊ Auer.8.phy.auſcul.cō.5z.aſſerūt oēs formas ꝑter ꝑmaz moueri ꝑ accn̄s.Et ita ſeqt̄:vt oēs ſint diuiſibiles ſaltē ꝑ accn̄s. Quarto.oē ꝑ ſe cōpo^m ex ꝑtib⁹ ꝑ ſe vnitis:ſi ipm mouet̄ ꝑ ſe:q̄libet pars mouet ꝑ accn̄s.Sz cęlū cōponit̄ ꝑ ſe ex itelligētia ⁊ orbe.igit̄ ſi ipm ꝑ ſe mouet̄:ambę cęterę ꝑtes mouebunt̄ ſaltē per accn̄s. ❡ Pro ſolōne ad ꝑ^m debes ſcire ꝙ oīa hęc tenēt per declarata:⁊ ēt ſunt ſpolia ꝑꝑ declarata.declarauit eiz Auer.omne ꝑ accn̄s diuiſibile eē receptū in ſubto mediātib⁹ dimēſionib⁹ interminatis.vt vlteri⁹ omne tale eē corruptibile:q: dimēſiones ſunt multe in po^a ⁊ cā ꝑuationis. ❡ Et ꝑpea

Cōmē.50.

Du^o de rōne Auerrois.

Solō prime rōnis.

ſi formę ſunt diuiſibiles ꝑꝑ ſubti diuiſionē.oĩno ſeqꝛ
*Solo pa ſcđe dubitatiõis.* vt ſint corruptibiles.Et ſic pʒ ĩpoſitas rõis.¶ Ad 2am
nõnulli volũt vbũ Ari.hic eē audiēdũ de moto ꝑ acci
dēs:qđ extēdiꝛ in loco ꝑ accñs.de tali.n.eſt verũ ꝙ ſi
moueꝛ ꝑ ſe:eſt diuiſibile ꝑ ſe.Et ſi ꝑ accñs:ēt ꝑ accñs
eſt diuiſibile.nã ſi moueꝛ ꝑ ſe:acqrit locuʒ ꝑ ſe.⁊ ſic ꝑ
ſe diuiſibile erit.Si vo moueꝛ ꝑ accñs:acqrit locuʒ ꝑ
accñs.Et ſic extēdiꝛ ꝑ accñs. Sʒ hęc ſolo friuola eſt:
*Cõfutatio.* qꝛ petit pnm.¶ Ubi.n.loqꝛ de moto ꝑ accñs qđ exten
diꝛ in loco ꝑ accñs.ſupponit illud extēdi in loco:⁊ ita
*Scđa ſolo.* eē diuiſibile.¶ Aliȷ ꝯcedũt eē pũctuʒ:⁊ in corꝑe aliq.
qđ moueꝛ.nõ tñ moueri ad motũ illiꝰ:nec per ſe:nec ꝑ
accñs.⁊ ꝑ ꝯñs nec eē diuiſibile aliq mõ.h ꝓbãt aucte
Auerꝛ.2.cęli.cõ.14.vbi ait.poluʒ qui eſt pũctus termi
nãs axem eē in orbe:qui moueꝛ:⁊ nõ moueꝛ aliq mõ.
hoc aũt nõ cõpetit ipſi polo:niſi q̃tenus eſt indiuiſibi
le quippiaʒ.Et cũ dr motis nob:mouenꝛ oĩa quę ſunt
*Cõfutatio.* in nob:ītelligere de his quę ſunt in nob vt ꝑtes.¶ Sʒ
hęc ſolutio ſtare nõ põt.nam pũctũ qđ eſt in auge mo
ueꝛ apud aſtrologos.Immo ꝑꝑ motũ illiꝰ:danꝛ orbes
deferētes augeʒ.¶ Ampliꝰ velocitas motꝰ attēdiꝛ pro
rõne motꝰ pũcti qui velociꝰ moueꝛ:qđ nõ eſſet niſi pũ
ctꝰ ſaltē per accñs moueretꝛ.¶ P.In corꝑe recto oīe
pũctũ moueꝛ vel ſitũ mutat:qñ moueꝛ motu recto vt
oībꝰ pʒ.Id vo qđ de polo dr.nõ ītelligiꝛ q̃tenus polus
eſt indiuiſibilis:ſʒ per accñs q̃tenus eſt terminꝰ axis:
*3a ſolutio.* vt pʒ ꝑ vba Auerꝛ.illic.¶ Aliȷ hac rõne coacti dixerũt
pũcta ⁊ gñatim indiuiſibilia nõ eē:qꝛ omne corpus vl
in corꝑe manēs eſt diuiſibile.ꝙ ſi leganꝛ eſſe:ītelligiꝛ
illa eſſe in poa.q̃tenus ītellꝰ facit illa:⁊ oēs ꝓuationes.
Faciũt pro his multa Auerꝛ.Cõmē.vt 4o phyſi.auſcul.
cõ.100.vbi ait.motũ nõ diuidi ꝑ īſtãtia niſi in nr̃a mē
te.Et.6.phyſi.cõ.73.idē dicit de ipſo īſtãti:⁊ cõmē.76.
*Cõfutatio.* eius lib.Et.8.phyſi.cõ.65.¶ Sʒ re vera nulla eſt ne
ceſſitas ob talē rõnē aggredi hãc mãm.ſolutio.n.inci
deret in maiorē dubitatõeʒ:nec debemus ad euitãdũ
minꝰ malũ incurrē maiꝰ malũ.¶ P.Multa cõmenta
ſunt ꝯtra h:vt.8.phyſi.cõ.66.⁊.4.phyſi.cõ.106.¶ P.
Apud eum daꝛ duplex trãſmutatio:vt ſubitaria:quaʒ
ait eē in īſtãti:⁊ tēporaria:vt.4.phy.cõ.129.⁊.6.phyſi.
cõtis.32.⁊.44.⁊.45.⁊.65.⁊.88.¶ P.6o phyſic.cõ.86.
oñdit Auer.indiuiſibile poſſe moueri ſalteʒ ꝑ accñs:⁊
nõ ꝑ ſe.¶ P.De corꝑe ſphęrico qđ tãgit planũ in pũ
cto:lʒ poſſit eſſe defenſio pro ⁊ ꝯtra:non puto ad ꝓpom
*Propa ſolo* aggredi nũc hãc qõneʒ.¶ Propterea faciliꝰ dici põt:
vt Auer.inqt.in.8.phyſi.cõ.50.ꝙ aliqd moueri per ac
cidēs põt eſſe bifariã:aut vt pars ſiue mēbrũ ad motũ
totius.⁊ hoc pacto nõ mõ qđ moueꝛ per accñs:eſt per
accñs diuiſibile:ſʒ per ſe.Alio vt foꝛa ⁊ accñs moueꝛ
ad motũ ſubti:quo mõ aia moueꝛ per accñs ad motũ
corꝑis:⁊ albedo ad motũ canis.⁊ illud qđ moueꝛ h pa
cto per accñs eſt diuiſibile per accñs.pũcta aũt ſi ſint:
mouenꝛ per accñs:nõ vt foꝛa vl accñs ad motũ ſubti:
ſʒ vt terminꝰ ad motũ eius:cuiꝰ eſt terminus.pũctꝰ.n.
nulli ſubto ineſt per ſe:ſʒ rõne eiꝰ:cuius eſt terminus.
*An foꝛe cęleſtes moueanꝛ per accñs ad motũ orbis.* ¶ De formis vo cęleſtibus an moueanꝛ per accñs ad
motũ orbis:nõ eſt leuis queſtio.qdã iuniores opinanꝛ
nõ modo ītelligētias per accñs moueri:ſʒ pm motorē.
*Prima põ Suzzerij. Bacconis.* ¶ Mouenꝛ aũt ad h pro tãto:qꝛ moto ꝑfectibili per
ſe:moueꝛ ⁊ pa ꝑfectio:ſaltē per accñs.Nõ motor pri
mus eſt pa vniuerſi ꝑfectio:⁊ cęteri motores ſunt ꝑfe
ctiones pc ſuoꝝ orbiũ.igiꝛ mouenꝛ ſalteʒ per accñs ad
*Põ Joan.* motũ ꝑfectibiliũ.¶ Joã.vo tenet ꝙ nec per ſe:nec per
ꝑtes:nec per accñs moueri pñt:ꝙ qdē nec per ſe:nec ꝑ
ꝑtes:nemo dubitat.ꝙ vo nec ꝑ accñs.ꝓbat po:qꝛ oē qđ

eſt ꝑ accñs tale põt nõ eē:vt.8.phy.cõtis.36.⁊.37.et h:
qꝛ oē accñs eſt ꝯtingēs:qđ põt nõ eē.Scđo ſi ꝑ accñs
eēnt mobiles:eēnt ꝑ accñs diuiſibiles:vt dic Auer.h.
Tertio ſi ꝑ accñs eēnt mobiles:tũc eēnt foꝛe mãles:vt
deduxit Auer.Quarto ſi ꝑ accñs:cuʒ ꝑ accñs ſit dupx.
vl qđ moueꝛ ꝑ aliđ:⁊ põt ſeorſuʒ moueri:veluti eqtãs
in naui.vl qđ moueꝛ ꝑ aliud:⁊ nõ põt ſeorſuʒ moueri:
vt p de aia.cõ.37.tũc ſi mouenꝛ per accñs:aut mouenꝛ
po:⁊ pʒ ꝙ nõ.nõ.n.ſeorſũ moueri pñt:cũ nõ ſint corpo
ra:nec 2o:⁊ h minime.eēnt.n.tũc vl foꝛe accñtales:aut
*Quę Auer. 8. phyſicoꝝ.* accñtalr extēſe.¶ Auer.aũt.8.phy.cõ.52.vt ēt ex tex
tu collr ꝯciliat īter hos:vbi de moto ꝑ accñs diſtiguit.
nã qđdã moueꝛ per accñs ſubtiue ſiue delatiue:qꝛ.vʒ.
vna cũ ſuo ſubto deferꝛ de loco ad locũ:⁊ recipit ⁊ ſu
bȷciꝛ motui vt albedo:quę ītellr in corꝑe moto:⁊ aię
aialiũ.hę.n.deferunꝛ cum ſubtis.Et ꝑꝑ ſubta recipiũt
atqȝ ſubȷciunꝛ motui.⁊ tales ſunt foꝛe quę ꝑ accñs di
uiduntꝛ ad diuiſionē ſubtoꝝ.hꝰ cã eſt:qꝛ ꝯſtituunꝛ ineē
ꝑ ſubʒ.⁊ ideo ſic ſubta mutãt ſitꝰ:ita īpę mutãt ſitꝰ ſal
tē ꝑ accñs.qđdã moueꝛ ꝑ accñs attributiue ſiue reſpe
ctiue:nõ qꝛ īpm ſubȷciaꝛ motui mutãdo ſituʒ:ſed qꝛ
ſubm cui attribuiꝛ moueꝛ ab alio q̃ȝ ab īpo.⁊ hac rõne
oēs ītelligētię medię mouenꝛ ꝑ accñs:nõ qꝛ mutēt ſi
tus:ſʒ qꝛ eoꝝ ſubta h eſt orbes mouenꝛ a p motore:q
mouet p vniuerſum cęlũ motu diurno.cęteros vo 2o ⁊
tanq̃ȝ ꝑtes:vt.12.dr meta.cõ.44.⁊.2.cęli.cõ.71.Qua
rõne pʒ p:nec pm motorē:nec cęteras ītelligētias moue
ri ꝑ ſe:vel ꝑ accñs:vel ꝑ ꝑtes ſubtiuę:vt rões Joãnis
cogũt.eēnt.n.formę mãles:diuiſibiles:corꝑeę:⁊ id ge
nus.Pʒ 2o pm motorē:nec moueri per accñs attributi
ue ſiue reſpectiue:qꝛ eius pm ſubm:qđ eſt vniuerſuʒ a
nullo ſuꝑiore motore moueꝛ diario motu:q̃ȝ ab ipſo
met.Et ꝑꝑea eſt penitꝰ pmus ⁊ īmobilis oīno:vt vbiqȝ
Ari.ait.cęterę ſaltē ꝑ accñs attributiue mouenꝛ.Et in
h errarũt pmi:qui pm motorē ⁊ cęteras ītelligētias pa
riter per accñs moueri dixerũt.¶ Sʒ occurres:qꝛ oēs
*Replice Prima.* ſunt pc ꝑfectiones ſuoꝝ orbiũ atqȝ ſubtoꝝ.Igiꝛ mobi
*Scđa.* les ad motũ illoꝝ.¶ P.Sic medię ꝑ accñs mouenꝛ:
cur pmus nõ:nã ſubm pm eſt vniuerſum aggregatũ ex
orbibꝰ.nõ tale vniuerſuʒ motu qdē diario moueꝛ a p
motore.motu vo ſignoꝝ:ꝯtra:qꝛ qlibet.vʒ.orbis a mo
tore ꝓpo.igiꝛ pmus motor moueꝛ per actꝰ attributiue
ſaltē motu ſignoꝝ:q̃tenus orbes qui ſunt ꝑtes vniuer
ſi mobilis mouenꝛ ab ītelligētȷs:veluti cęterę ītelligē
tię mouenꝛ ꝑ accñs motu diario:q̃tenus mobilia eaꝝ
*Tertia.* mouenꝛ per ſe a p motore.¶ P.Cur motori:cuiꝰ mo
bile moueꝛ ab alio attribui põt motꝰ per accñs.nõ aũt
motori:cuiꝰ mobile moueꝛ ab ipſomet.aia.n.equi mo
ueꝛ per accñs ad motũ equi:⁊ tñ equus nõ niſi ab ipſa
*Cãę qbus aię cęloꝝ nõ mouenꝛ ꝑ accñs. Prima cã.* aia ꝑ ſe moueꝛ.¶ Ad pmã aſſignari pñt duę cauſę ex
intētione Auer.quaꝝ pa ſumiꝛ ex.9.meta.cõ.2.ꝙ.vʒ.
forma quatenus forma nõ patiꝛ per ſe a p trãſmutato
eēntialr.ſʒ per accñs:q̃tenus ꝯſtituiꝛ per ſubm.vbi.n.
ſubta ꝯſtituũt formas:tribuũt ⁊ cõicãt eis peculiarita
tes ꝓpas:quaꝝ vna eſt pati ⁊ moueri.reddũtur.n.potē
tiales potētialitate ſubtoꝝ.Et ꝓpterea reddũtur paſ
ſibiles ⁊ mobiles ꝓpter illa:ideo ꝯcludit ibi ꝙ formę
quę nõ ſunt in mã:hoc eſt quę nõ dependēt a mã aliq
modo:nec eſſentialr:nec accñtalr patiũtur.Idem licet
videre pmo de gñatione.cõmē.54o.ſic igitur pma cã
eſt:qꝛ nõ quęlibet ꝑfectio prima alicuius ſubti moueꝛ
per accidēs ad motũ illius:niſi ꝯſtituaꝛ ineſſe ab illo.
at vbi ꝯſtituit tñ:mouet dũtaxat:⁊ nullo modo moue
*2a cauſa.* tur ſubtiue.¶ Scđa eſt:qꝛ orbis ipſe mouetur motu
aię:quę ſuapte nã mouet qcqd mouet in orbeʒ:qꝛ igiꝛ
orbis

orbis mouetur motu aię:quę mouet circulariter. ⁊ ipſa eſt in toto orbe prima pfectio:⁊ in qualibet orbis pte: ideo nō poteſt dari ſitus aliquis:in quo nō ſit ipſa aīa: ſicut nō poteſt dari ſitus:vbi nō ſit aliqua pars orbis. aīa igitur nō pōt mutare ſitum:nec per ſe:nec per accidens:eo ꝗ ipſa occupat oēm orbis ſitum:⁊ oēm locū.

Declaratio facilior. ¶ Aut forte facilius ſcđa cauſa eſt:ꝗ orbis nō mutat locū ſm ſubm:ſed ſm formā:vt dicit in 6° phyſi. Modo intelligētia eſt prima orbis perfectio quatenus ille ꝯſideratur quo ad ſubm:⁊ non quo ad formā. ſecus eſt de aīali corruptiuo. hoc enim non occupat oēm ad quē mouetur ſitum:⁊ etiā mouet ſm ſubm ⁊ formā. Et ꝓpterea aīa ſaltem rōne ſubti mutat ſitum. Ubi hō moueretur in orbem:nec mutaret locū ſm ſubm:aīa eius non moueretur per ſe:nec per accidēs mutādo ſitum: niſi forte attributiue quatenus eius ſubm moueret ab aliquo pmo motore.

Solo secūde rōnis. ¶ Ad ſcđaʒ dici pōt ꝙ ꝓpter tria primus motor non mouet per accidens attributiue:lʒ eius mobile moueat per ſe quo ad ptes motu ſignoꝝ.

Quare primus motor nullo modo di moueri. ¶ Primo qꝛ primus eſt ars pma:virtute cuius cęterę ſunt artes ſcđę:quę motū illuʒ ſignoꝝ agūt virtute primę artis. Si enim ille motus ſcđs eſſet virtute ꝓpria illaꝝ. forte pmus poſſet dici moueri per accidens attributiue. Scđo:qꝛ pmus in mouendo nullū aliuʒ ſupioreʒ imitatur. cęterę vō mouent quatenus imitant pm. Et ꝓpterea pmus non poteſt dici moueri motu illoꝝ. Tertio:qꝛ partes reducūtur ad totū:nō aūt totum ad ptes. Et ꝓpterea cęterę pñt dici moueri per accñs attributiue quatenus mobilia illaꝝ reducūtur ad pmuʒ mobile. ¶ Ad tertiā innuit Auer. ſolutionē. 8. phyſic. cōmen. 52. vbi vult hoc eſſe ob illius pfectioneʒ. eſt. n. ille adeo pfectus:vt nullo modo ꝯueniat cum motoribus corruptibilibus. Cęterę itelligētię ſunt aliquo pacto diminutę:⁊ ita pñt ꝯuenire cuʒ aīabus terrenis in aliqua ꝯditione:vt ſaltem dicant moueri per accidēs attributiue rōne ſubtoꝝ:nō aūt ſubtiue. Et cum dicit ꝙ aīa equi mouetur per accidēs rōne ſubti:⁊ tñ ſubm mouet ab ipſa tm. Rñdit Auerroes nō eſſe ita. ipſa. n. nō per ſe mouet. Immo niſi moueret ab aliquo extrinſeco inuitamento:nō moueret. aię vō celoꝝ per ſe mouent:qꝛ ipſę ſunt fines ⁊ effectrices cauſę motus:nullo alio ꝯcurrēte. ſed de hoc poſtea dicet. pmus itaqʒ motor nō mouet per accidēs attributiue ꝓpter motū mobilis ſui:qꝛ mobile mouet ab ipſo:⁊ ſolo ipſo aīa equi mouet per accñs attributiue:qꝛ ſuū mobile lʒ moueatur ab aīa:nō tñ a ſola aīa. Sed mobile mouet a cōtinente:⁊ ſi ꝯcitat appetitum aię ad motum.

¶ Ergo nihil eſt in corporib⁹ coeleſtib⁹ quo forma qua eſt motus differat ab ea ad quaʒ eſt motus. Immo ſunt eedem formae:⁊ nō differunt:niſi in diſpoſitione.

Cō. 51. ¶ Nūc rñdet ad rōnem Auic. arguebat enim ille:finis differt ab agente:qꝛ finis vult eſſe nobile:⁊ agens non vult eſſe nobile. Rñdet ad hoc ſufficere diſtinctioneʒ rōnis. intelligētia enim eſt finis:⁊ eſt agens. quatenus eiʒ itelligit vt qd ꝯſeruabile per motū:eſt finis. quatenus vō itelligit talem ꝯſeruationē eſt agēs. Et ſic ſufficit diſtinctio diſpōnis. ideʒ igit eſt agēs ⁊ finis diuerſa diſpōne ſumptū. Et ꝓpter hoc opʒ ponere itell's fines: ⁊ itellectus mouētes:vt poſuit Auic.

Sōo itelligētia est finis et agens. ¶ Debes ſcire ꝙ ipſa intelligētia eſt qd ꝯſeruabile per motū in tāta ad pmā ſīlitudinē:⁊ in tāta a mā receſſu. Et hoc pacto habet rōnem finis optimi ⁊ appetibilis. eſt etiā itelligēs ⁊ appetens hāc ꝯſeruationē: quatenus hęc eſt eius eē: ⁊ optima diſpoſitio:⁊ ſic eſt agens:mouens ⁊ efficiens motū. igit finis ⁊ agens ſunt idem in ſubto:⁊ ſolū differūt in rōne ſiue diſpōne. hęc eſt ſolutio.

¶ Et ſi ita eſſet. Tūc ſuū mouere eēt finituʒ. qđ enim mouet īpoſſibile eſt vt ſit principiū motus aeterni. ⁊ dicit Ariſt. ꝙ intellectus ⁊ itellectū idem ſunt in corporibus coeleſtib⁹. ⁊ hoc totum dictum eſt in alijs.

¶ Solutionem datā nūc ꝓbat:⁊ eius ratio eſt hęc:ſi finis eſſet aliud ⁊ extrinſecū ab ipſis intelligētijs mouetibus:tūc motus quo mouerent:eſſet finitus in tēpore. Cōmē. 52. deducit:qꝛ qđ in mouendo mouet:nō pōt eſſe pñm motus ęterni. Scđo idem ꝓbat auctē Ari. dicentis in corporibus cęleſtibus idem eſſe intellectū qui intelligit:⁊ id qđ intelligit. igit idem eſt finis ⁊ agēs in illis. Hęc Auerroes.

Dubitatiōes. Pria dubit° ¶ Sed occurres pmo:quia ois intelligētia mouet ꝓpter finem extrinſecū:ꝗ ꝓpter deuʒ:⁊ vt illi cōplaceat:⁊ illi aſſimilet. Scđa. ¶ Scđo vnde valet hęc ꝯſequētia. intellect⁹ ⁊ itellectus idē eſt in corpibus cęleſtibus. igit finis ⁊ agens eſt idē in illis. Tertia. ¶ Tertio intelligētia iferior intelligit ſupioreʒ ꝑ eſſentiā ſupioris. vbi patet intellectū ⁊ rem intellectā eſſe diuerſam. eſt eniʒ intelligētia ſupior diuerſa ab inferiore:vt pſpicuū eſt oibus.

Solo dubitationum. ¶ Pro ſolutione. Ad primā debes ſcire ꝙ itelligentia mouet ꝓpter deū:⁊ ꝓpter ſe. ꝓpter deū qdem mouet tanqʒ ob fineʒ primū:cui appetit cōplacere. cōplacet aūt in mouendo:ꝗ ſic cōſeruat vniuerſum. Et ſic ꝓpter deū ⁊ gratia dei mouet:tanqʒ ob finem pmū. ꝓpter ſe vō mouet tanqʒ ob finem 2m: quatenus ipſa eſt res per motū ꝯſeruabilis. cum enim eē eius ꝯſiſtat in tāto acceſſu ad deū:⁊ in tāto receſſu a mā:⁊ tale eſſe eſt ꝯſeruabile per hoc qđ mouet orbem:hac rōne mouet ꝓpter ſe tanqʒ ob fineʒ 2m. Aīalia vō corruptibilia mouent ꝓpter deuʒ:vt etiā illi placeāt. Et nō ꝓpter ſe: ſed ꝓpter quēdaʒ finem extrinſecū:qui nondū habet. Sed per motū eſt acqſibilis. Tunc patet vis rationis Auer. vult enim ipſe dicere ꝙ omne id qđ mouet ⁊ in mouendo mouet a fine extrinſeco nōduʒ acqſito:ſed acquiſibili:per motū. impoſſibile eſt vt moueat motu ęterno. Et ſic lʒ intelligētia moueat ꝓpter finē extrinſecū:nō tñ ille eſt finis ſcđs extrinſecus per motū acqſibilis. Ubi aūt eſſet vera poſitio Auicē. hoc ſequeret. nam intelligētia moueret ob motorem ſeparatū:⁊ non ꝓpter illū:veluti ob finem pm. igit velut ob finem 2m. ⁊ cum ille finis ſcđs ſit alius ab intelligētia mouente: erit oīno acqſibilis per motuʒ ab illa. Eſt enim dignitas apud Auerroem. ois finis ſecūdarius:qui eſt alius ab agente:eſt per motū acqſibilis. Et ſic motus erit finitus oīno tādem. Breuiter igit omne qđ mouet propter finem ſecūdariū oīno aliuʒ ⁊ diuerſum a motore mouente:mouet motu finito. hoc enim pacto tollit cauillus ille cōtra Auerroem.

Replica ¶ Sed dices. intelligētię medię mouent pmo ꝓpter ſe:vt dī 2° celi. cōmēto. 17. igit nō primo ꝓpter deū.

Solo. ¶ Dici pōt ꝙ omne qđ mouet:primo ⁊ per ſe mouet ꝓpter deū:vt illi cōplaceat. ⁊ vna ſecum vniuerſum pficiat. Et quādo dicit ꝙ illę mouent ꝓpter ſe. dico ꝙ Auerroes intelligit cōparādo illas ad res inferiores:quas mouent:ſed comparando ipſas ad pm oium motorem:nō eſt dubiū ꝙ illę nō mouent pmo ꝓpter ſe:ſed ꝓpter deū. Ex ijs patet differentia inter aīalia corruptiua:et cęleſtia. aīalia nāqʒ corruptiua ob finem mouent:qui eſt aliud qd:⁊ extrinſecum:atqʒ per motuʒ acqſibile. cęleſtia vō ob finem:

qui nō eſt aliud ab ipſis. nam ipſa mouentia: ⁊ ipſa cōſeruabilia per motū idem eſt. Et ꝓpterea aĩalia corruptiua mouent motu finito: vt tādiu q̄diu finem nāciſcant. celeſtia v̓o motu ęterno: q̄ꝛ nō vt finem nāciſcātur: ſed vt acq̄ſituꝫ ꝯſeruent. ¶ Ad ſc̄dam dici poteſt ꝙ Ariſto. per intellectū intelligit finem q̄ꝺ eſt eſſe cōſeruabile per motum: ⁊ per intelligēs itelligit appetēs illū finem. Et ꝓpterea valet ꝯſequētia: q̄ꝛ ſeq̄tur. ideꝫ eſt finis ⁊ agēs in illis. igitur mouēt motu ęterno. Itē ſeq̄tur. idem eſt itellectus ⁊ intellectū. igitur idem eſt finis ⁊ agens. valet enim pro tāto: quia per rem intellectam intelligit cōſeruabile per motum. ⁊ per intelligens vult appetēs illud. ¶ Ad tertiaꝫ dicerem duplex eſſe intellectū: primariū ⁊ ſecūdariuꝫ. Intellectuꝫ primarium intelligētię inferioris eſt ipſa ſuperior intelligētia vſq; ad deuꝫ: quam vel quas intelligit per eſſentias ipſaꝝ. intellectū ſecūdariū eſt ipſamet iferior ſub ratione ꝯſeruabilis per motū. Cum igitur dicit̃ ꝙ itelligētia inferior itelligit ſuperiorē per eſſentiā ſuperioris: verum eſt tanq̄ꝫ intellectuꝫ primariū: ⁊ hoc modo differt intelligēs: ⁊ id q̄ꝺ itelligitur. Et quādo dicit̃ ꝙ idem eſt itellectus ⁊ id q̄ꝺ itelligitur. hoc eſt veruꝫ de intellecto ſc̄dario. ¶ In p̄mo aūt motore ſolo ideꝫ eſt itellectus: ⁊ primū itellectū: q̄ꝛ primus motor nullū habet alium ſuperiorē: quem per eius eſſentiā intelligat. inferiores v̓o ſi itelligit: nō per eſſentias illoꝝ: ſed per eſſentiam propriam intelligit.

*Q̄ño intelligēs ⁊ intellectum idem.*

*Quot modis itell'm et q̄ño ideꝫ intell's ⁊ intellectū.*

*Intell's ⁊ itellectū q̄ño idē in p̄mo.*

¶ Et nō eſt dictū coeluꝫ habere aĩam: niſi ꝓpter appetitū exiſtēteꝫ in eo: ⁊ motum localeꝫ. appetitus v̓o qui eſt in hoc corpore: non eſt niſi q̄ꝛ eſt corpus coeleſte viuuꝫ per ſe: appetēs per ſe: nō ꝓpter potētiam exiſtētē in eo diuiſibilē per eius diuiſioneꝫ: eſſet enim generabile ⁊ corruptibile. Et dr̃ eſſe motū per principiū ſeparatū q̄ꝺ eſt in eo: non per principium: q̄ꝺ eſt pars in eo. Et hoc modo dicitur viuum ⁊ intelligens.

Cōmē. 53. ¶ Fuit poſitio Simplicij: quę etiaꝫ Platoni attribuit̃ ꝙ cęlum eſt aĩal: ⁊ habet aĩam ob ſenſum ⁊ motū: ⁊ appetitum ſenſitiuuꝫ: veluti cętera aĩalia. vt dicemus in hoc libro. Mouebatur hoc argumēto: q̄ꝛ ſi cęlū habet aĩam: cęlum eſt aĩal. Et ſi eſt aĩal: habet ſenſum ⁊ motum ⁊ appetitū. nō enim eſt aĩal: niſi per ſenſum ⁊ motum. R̄ndet ꝙ cęlū habet aĩam: ſed modo ęquiuoco: q̄a habet aĩaꝫ quatenus mouetur: ⁊ appetit motu ⁊ appetitu ęq̄uocis. appetitu q̄deꝫ itellectiuo. motu v̓o per principiū ſeparatū. Et hoc ait. ⁊ nō eſt dictum cęlū habere aĩam: ſiue eſſe aĩal niſi per appetitū exiſtētem in eo: ⁊ motū localeꝫ. ſupple ęquiuoce dictos. Et p̄mo declarat hāc ęq̄uocationeꝫ de appetitu: ⁊ inq̄t. appetitus v̓o qui eſt in hoc corpore: nō eſt niſi q̄a eſt corpus cęleſte viuuꝫ per ſe: ⁊ appetēs per ſe. dico per ſe: q̄a nō per appetitū ſenſualem: qui ſit potētia exiſtēs in eo diuiſibilis per eius diuiſionē. cuius cām repetit: q̄a eſſet generabile ⁊ corruptibile: ⁊ aĩal vniuoce dictū. appetitus igitur nō eſt ſenſualis vniuoce dictus: ſed intellectualis ęquiuoce ſumptus: ſeparatus ⁊ abiūctus: veluti ip̄a aĩa. Hęc de ęq̄uocatione appetitus. de ęq̄uocatione v̓o motus inq̄t. ⁊ dicitur eſſe motū per p̄ncipiuꝫ ſeparatū: q̄ꝺ eſt in eo: ⁊ exponit quid vult per ſeparatū: ⁊ inquit. non per principiū q̄ꝺ eſt pars in eo. ſupple dependens ab illo: ⁊ ꝯſtituta in eē per illud: vt aĩalia terrena ſunt. Et ita eſt appetens appetitu ſeparato: q̄a intellectiuo: ⁊ mouetur motore ſeparato: q̄a non cōſtituto in eſſe per ſub̄m. Et hoc modo vt dicit ⁊ per tale p̄ncipiuꝫ ſeparatum eſt viuuꝫ ⁊ intelligēs: ⁊ ita ęquiuoce dicit̃ aĩal: ſiue aĩatum. Et ſic tollitur ratio Simplicij. ¶ Sed circa hęc declaremus p̄mo ꝙ cęlū eſt aĩatuꝫ. Secūdo ꝙ de ratione aĩę habet appetitum ⁊ intellectū: quę ſufficiūt ad aĩaduerſionem. ¶ Tertio ꝙ non eſt aĩatū per partē. ¶ Quarto ꝙ eſt per ſe viuens ⁊ appetēs per ſe.

*Declarationes textus.*

¶ Q̄ꝫ q̄dem igitur ſit aĩatum: pluribus rōnibus ꝓbari pōt: ſumātur pro nūc illę tres: quę ponūtur ab Auer. 2° cęli. cōmen. 61. ſunt enim ſufficiētes: donec materia hęc alibi diſputetur. Prima eſt: q̄a cęli ſunt pręſtātiores aĩatis. igitur ſunt aĩati. nō aĩatum enim nō eſt aĩato pręſtātius. Secūda eſt: q̄a omne q̄ꝺ habet figuram terminatā: ⁊ motum a ſe de parte terminata in parteꝫ terminatā: eſt aĩatum: tale eſt cęluꝫ. Tertia: motor cęli non eſt in materia: ⁊ eſt. igitur eſt itellectus. Et ita cęlū eſt intelligēs ⁊ aĩatum. Cui Ariſto. 12. metaphy. cōſentit: q̄a ꝓbat cęlum moueri per intellectū ⁊ volūtatem. Et ita eſt animatuꝫ ⁊ agens ꝓpter finem.

*Q̄ꝫ cęlum ſit animatum.*

¶ Q̄ꝫ v̓o ad aĩaduerſioneꝫ ſufficiat intellectus: vel motus: ⁊ appetitus. declaratur. nam Ariſto. 2° de aĩa. inquit. aĩatum differre ab inanimato in viuēdo: at cum viuere multifariam ſit. ſi vnum inſit: pro vita ſufficit. Sūt autem hęc intellectus: ſenſus: ⁊ motus ſtatuſue ſ̓m locū. quare ſi cęlo ineſt motus ſ̓m locuꝫ a ſe: vel intellectus: vel appetit⁹: vel ſenſus ſufficit pro vita. ¶ P. Gradus animatoꝝ ſunt vegetatiuuꝫ: ſenſitiuū: intellectiuū: ⁊ motiuum: ⁊ appetitiuuꝫ: vt ibidem dicit̃. igitur ad hoc vt aliq̄d viuere dicatur: ſufficiunt plura hoꝝ vel vnuꝫ ſolum.

*Q̄ꝫ ad aĩaduerſionē ſufficiāt itellectus ⁊ appetitus.*

¶ Q̄ꝫ non ſit aĩatuꝫ per partem declaremus. vbi debes ſcire ꝙ quicq̄d eſt aĩatum per aĩam diuiſibileꝫ ad diuiſionē corporis: eſt aĩatum per partē dupliciter. ⁊ integralem ⁊ eſſentialē. Integralem q̄dem: q̄a omne tale habet cor: aut ſimile cordi: quo eſt aĩatuꝫ. eſſentialem v̓o: quia omne q̄ꝺ eſt aĩatum aĩa diuiſibili eſt aĩatum forma: quę eſt pars cōpoſiti: quę ęducitur de potentia materię. cęlum v̓o non eſt aĩatum per animā diuiſibilem: q̄a illa non recipitur in cęlo per medium: vt 2° cęli. ꝓbat Auerroes. cōmen. 3°. nec per dimenſiones interminatas: vt ꝓbatuꝫ eſt hic. igitur cęlū non poteſt eſſe animatū per partem: nec integralē: nec eſſentialē. Et ita erit animatū per eſſentiam: ⁊ per ſe.

*Q̄ꝫ nō p ptez ſit aĩatum.*

¶ Sed dices. nōne cęlū eſt aĩatum ꝓpter ſtellaꝫ. eſt enim ſtella principalior pars cęli: cui aĩa p̄ncipaliter ineſt. ¶ Dici poteſt ꝙ ſtella eſt pars cęli principaliter aĩata: queadmodū ipſa eſt cęteris pręſtātior. non tamē cęteris partibus datur aĩatio mediante ſtella: vel aliquo trāſmiſſo a ſtella: vt eſt de corde: q̄ꝺ eſt p̄ncipaliter aĩatum: e quo eminēt ſp̄us vitales: q̄bus vita ⁊ aĩatio cęteris tribuitur.

*Replica*

*Q̄ño cęlū nō eſt aĩatum ꝓpter ſtellam.*

¶ Q̄ꝫ v̓o per ſe viuens: declaremus loco a contrario. aĩalia. n. mortalia viuūt tādiu q̄diu participāt calido ⁊ humido. eſt eīꝫ vita participatio aĩę in calido humidoue nāli: vt dr̃ in lib° de lōgitudine ⁊ breuitate vitę. Hac rōne fit vt vita aĩaliū ſublunaꝝ ſit vita (vt ita loquar) participata. nō aūt vita per ſe atq; eētialis. At cęlū viuit per ſe: q̄a nō per aĩam ſibi inherētem mediātibus diſpōnib⁹ vel q̄libus vel quātis: ſed viuit eſſentia aĩę: aut vnione aĩę ad corpus per ſe. nō autem vnione per accn̄s: veluti ſublunaria aĩalia viuūt.

*Q̄ꝫ per ſe viuens.*

¶ Et ſi eſſet intelligens per parteꝫ in eo: non eſſet intelligēs per ſe. Et eſſet ſimile homini in hoc quod homo eſt intelligēs per partem

in ipſo

in ipſo: ⁊ ſimiliter homo eſt viuens: ⁊ appetens: ⁊ mouens in loco.

Cōm. 54. ¶ Probat qꝺ ſumpſit. ſumpſit. n. cęluz eſſe per ſe intelligens: hoc ꝓbat nūc per hoc: qꝛ ſi eſſet intelligens per partē: nō eſſet intelligēs per ſe. Immo eſſet ſil'r hoi in hoc ꝙ hō eſt intelligēs per ptē in ipſo. ⁊ ſilr in h ꝙ hō eſt viuens: appetēs: ⁊ mobile in loco per partē in ipſo.

Quo modo quo hō ⁊ cęlū intelligat. ¶ Sed occurres pmo: qꝛ ſtat aliqd itelligere ꝑ partē: ⁊ intelligere per ſe. Hō. n. intelligit per intellectū: qui eſt ⁊ aię ⁊ hois pars: ⁊ tn̄ intelligit per ſe. ¶ Pręterea intelligere eſt ꝓpria opatio hois. igit̄ hoi ineſt per ſe. ¶ P. Si hō intelligit per partē: vel per ptez itegralē: vel eſſentiālem. nō per partē integralez: qꝛ intelligere non eſt opatio organica. Si per partē eſſentialem: aut partē quę cōſtituit̄ ineſſe ꝑ ſubm: ⁊ hoc nō: qꝛ intellus eſt imortalis ⁊ ęternꝰ. nec e ſubto eiꝰ depēdens: aut per partē eſſentialez: quę eſſentiā hois cōſtituit: ⁊ h pacto cęlum intelligit. nam aīa cęli cęluz ipſum eſſentialiter conſtituit: veluti intellectus hois ipſuz hoiem ſm opinionem Auerrois.

Solo. qōnis Pō Aui. de cęli itellectiōe ¶ Debes ſcire: ꝙ Auerroes verba hęc dirigit cōtra Auicēnaz. ¶ Auicēna eniz in cęlo poſuit duas aīas. alterā vl'em ⁊ ſeparatā: qua intelligeret vl'e mundi regimen: ⁊ bonum vl'e vniuerſi. alterā pticularem ⁊ ꝯiunctā: qua cognoſceret motū ⁊ pticulares ſitus per quos mouet cęluz ipm: cuius eſt aīa. Sed qꝛ pticularia nō cognoſcunt̄: niſi per eam vim: quā gręci phantaſticā dicūt: ideo illi animę prębuit vim ipſam phantaſticā.

Cūr ꝯ Aui. ¶ Hęc conceſſit Auicēna. ad quę ſeqt̄: vt cęlum intelligens motū ꝓpriū: ⁊ ſitus per quos meat: intelligat per partē: hoc eſt per organū phantaſticę: veluti homo qui particularē motū intelligit: ⁊ pticulares ſitus: per quos meat: illa cognoſcit per organū qꝺdam: atq; partem quādam organicā: ⁊ qꝛ cęlum ſic illa intelligeret ꝑ ptē: ideo illa nō itelligeret ꝑ ſe: quēadmoduz nec hō: ſʒ mediātibꝰ ſenſibꝰ. Tūc ad rōnes pʒ ſolutio. Auerroes. n. per intelligere per ſe: intelligit cognoſcere nō mediante quodaz: aut organo: aut diſpōne. ⁊ ꝑ idez ad ſcōm. ¶ Ad 3m vo pʒ ſolo. hō. n. vl'ia intelligit per ſe. motū vo ꝓpriū: ⁊ pticulares ſitus: de qbus loquitur Auerroes: intelligit per ptē itegralez: tanq; ꝑ organū. Et hoc modo cęlum nihil intelligere poteſt.

¶ Et vniuerſaliter: quia declaratū eſt actionem iſtius corporis eſſe aeternam: declarabitur formam eius non exiſtere per ſuum ſubiectum: ⁊ ſuum ſubiectum eſſe ſimplex: non cōpoſitū ex materia ⁊ forma: qm̄ ſi ita eſſet: eſſet generabile ⁊ corruptibile.

Cōmē. 55. ¶ Ex dictis infert quādaz ꝯnem: quā ſuperius ꝓbauit a pori: ⁊ dicit. ⁊ vl'r: qꝛ declaratū eſt actionē iſtiꝰ corporis eſſe ęternū. eſt. n. actio huiꝰ corporis motus circularis ęternus ⁊ perpetuus: vt. 8. auſcul. phy. deductū eſt. declarabit̄ formā eiꝰ nō exiſtere per ſuū ſubm: nec dependere e ſuo ſubto. declarabit̄ ēt 2o: ſuū ſubz eē ſimplex: non cōpoſitū ex mā ⁊ forā: qm̄ ſi ſubm formę cęli eſſet cōpoſitū ex mā ⁊ forā: eēt gn̄abile ⁊ corruptile: vt

Vię qbꝰ ſciūtur ſubſtantię ſeparatę. ſępe deduximꝰ. ¶ Sunt igit̄ duę vię ad ꝓbādum formaz cęli eē ſeparatā: ⁊ cęluz eē ſimplex. quaꝝ pa eſt: qꝛ nō recipit̄ mediantibꝰ dimēſiouibꝰ. 2a qꝛ cęlū mouet̄ motu ęterno: ambe tn̄ reducunt̄ ad vnā. vʒ. qꝛ mouet̄ motu ęterno. ſcitū eſt. n. formā illā nō recipi mediantibus dimēſionibꝰ: quia moueret tpe finito: ⁊ nō ęterno motu. Et ꝓpterea aſſerit Auer. (vt dicemꝰ) ſubas abſtractas eſſe non ꝓbari niſi via motus ęterni.

¶ Et qꝺ dicunt incipientes philoſophari: q; animae iſtoꝝ corporum coeleſtium ſunt formae in materijs: quae ſcilicet acquirūt aeternitatem ex formis imaterialibꝰ: ꝯ nihil eſt. cōuenit enim vt id qꝺ nō habet naturā eſſendi aeternuz: acquirat aeternitatē ab alio: ⁊ totū hoc eſt impoſſibile. natura eniz generabilis ⁊ corruptibilis non recipit aeternitatem ab alio. Et hoc manifeſtum eſt ei: qui conſiderat fundamenta Ariſtotelis.

Cōmē. 56. ¶ Ulteriꝰ ex dictis refellit errorē Auic. vbi debes ſcire ꝙ Aui. ⁊ Alex. ⁊ Philoponꝰ: vt narrat Auer. 8. phy. auſcul. ꝯto. 79. ⁊ 12o meta. ꝯto. 41. ⁊ 2o cęli ꝯto. 71. opinant̄ cęluz hr̄e aīaz ꝯſtitutā ineſſe ꝑ ſubz: corruptibilē qdē: nunq; tn̄ corrūpēdaz: qꝛ a motore ſepato nāciſcit̄ ęternitatē. in q̄ pōne Platonē imitant̄: q in Timeo aſſerit oēs res citra deū eſſe corruptibiles: q̄ſdā tn̄ effici ęternas iuſſu ⁊ volūtate ſua: q̄ eſt maior nexu illaꝝ. Obycit aūt Auer. ⁊ ꝓbat nullū ꝑ ſe corruptibile poſſe eē ab alio ęternū. Et h aucte Aꝛ. p cęli ꝑ longū ꝓceſſuz: ⁊ ratiōe hac: qꝛ tūc nā corruptibilis reciperet ęternitatē: ⁊ cōtingēs efficeret̄ neciuz: vt deducit Auer. p cęli. ꝯto. 138.

Quō an corruptibile ab alio ꝑpetuari poſſit. ¶ Sʒ quęrit̄ vtrū corruptibile poſſit ab alio ꝑpetuari: an necio corrūpat̄. Et vī ꝙ nō necio corrūpat̄: quia ptes centrales terrę ſūt corruptibiles: ⁊ tn̄ nūq; corrūpent̄: cū illis nō poſſit applicari ꝯriū: eadez q̄z rō fieri pōt de ptibꝰ ignis iuxta cęli cōcauū cōſtitutis. Oppom ſentit Auer. hic aucte Aꝛ. De qōne loquęmur peripathetice: qꝛ de mēte Platonis eēt alia qō.

Pō Ioan. ⁊ Albertillę. ¶ Iuniores oēs (vt Ioā. ⁊ Albertilla) cōſentiūt determinationez Aꝛ. nō hr̄e locum: niſi in ſubſtātys. In ſubſtātys. n. oē ęternū a pte ante: eſt ęternuz a pte poſt. ⁊ nihil in ſubſtantys pōt eē ęternū ⁊ corruptibile. nihil ēt corruptibilem ab alio ęternū. At in accn̄tibꝰ multa ſunt corruptibilia: quę nūq; corrūpent̄. Immo ab alio nāciſcūt̄ ęternitatē: vt motꝰ cęli eſt corruptibilis: ęternitatē aūt hʒ a motore ęterno. 12. meta. cōmē. 41. ¶ P. Lumen ſolis eſt corruptibile: ⁊ tn̄ nunq; corrūpet̄. ¶ Ampliꝰ dimēſiones ſunt corruptibiles: quę tn̄ nūq; corrūpēt̄. Huius rei ꝯiectura: quā ipſi nō dicūt: eſſe pōt ex eo: qꝛ ſuba eſt ęterna ꝑ ꝑuationē cāꝝ corruptionis. vt enim ſuba eſt corruptibilis per h: qꝛ hʒ cās ſuę corruptiōis. vʒ. māz ⁊ ꝯriū: ita eſt ęterna per haꝝ cāꝝ ꝑuationē. Et ſic in ſuba: nihil ęternū pōt eſſe corruptibile. eſſet eniz ſine cauſis corruptiōis: ⁊ cū cauſis corruptōis: ſil'i rōne nihil corruptibile eſſe pōt ęternū. At accn̄tia ipſa multas ob cās eſſe pn̄t ęterna interduz: qꝛ eoꝝ ſubiectū eſt ęternū: vt motꝰ cęli: qui ſui ex pte corruptibilis eſt: ſed ex pte ſubti ⁊ agētis eſt ęternꝰ. Interdū per ꝑuationez cāꝝ corruptōis veluti ipſa dimēſio mā̄ę: que qdē (qꝛ caret ꝯrio) eſt incorruptibilis. Qua rōne euenit vt in ſubtys oē corruptibile vno mō ſit ſimr oibꝰ modis corruptibile: ⁊ a nullo ęternū. In ſubtys. n. oē corruptibile vno mō: eſt corruptibile oī mō: cū non niſi vno mō ſuba corruptibilis ſit. At in accn̄tibꝰ: pōt aliqd merito ꝯry eē corruptibile veluti motꝰ cęli rōne qētis. alia rōne vo ęternū: vtpote rōne ſubti ⁊ motoris. hęc pn̄t dici pro iuniorībꝰ.

Confutatio. ¶ Sʒ hęc ſolo nō eſt ꝑipathetica. ſapit eniz nō nihil Platonici. pmo: qꝛ Aꝛ. ꝯ Platonē p cęli accepit vl'r in omni ꝑdicamento eſſe maximū tempus ſignanduz: quo aliqd pōt corrumpi. Ubi Auerroes cōmento illius partis. 118. voluit in omni prędicamento

corruptibile fore corrūpendum. Scđo rō Ariſto. qua vtitur cōtra Platonē ibidez: vt Auerroes deducit ꝯᵗᵒ 120. ita videt̃ ꝓcedere in ſubſtātÿs ſicut in accn̄tibꝰ: ⁊ ecōtra. arguit. n. ſi aliqđ ęternuz pōt deſinere eſſe. igit̃ hꝫ potentiā ad nō eſſe. ⁊ vlterius arguit: aut tpe finito: aut tpe infinito: ⁊ reliqua. Ubi pꝫ rōnem eſſe vlem de accidentibus ⁊ de ſubſtātÿs. nam quicqd tu finges de accidentibus: dicam ego in ſubſtantÿs pro Platone. Tertio Ariſto. ⁊ Auer. ibidē ꝯᵗᵒ. 138. ſumūt oē ꝑpetuū vniuerſalr̃ ſm indiuiduū eſſe neceſſe eſſe: quoꝝ rōnes perquire. Quarto Auerroes vtitur rōne Ariſto. quam iſti dicūt in ſuba de accn̄tibus: vt 2° cęli. cōmē. 15. igit̃

Propria pō. hęc poſitio non eſt peripathetica. ¶ Teneo igit̃ generatim omne corruptibile neceſſario corrumpi tam in accidentibus: q̃ʒ in ſubſtantÿs. Itemq̃ʒ nullum corruptibile: ſiue ſuba ſit: ſiue accn̄s poſſe eē ęternū ab alio.

Replica. ¶ Sed occurres. nam potentia materię: qua ipſa pōt recipere infinito tpe poſt hoc aliquā formā: eſt corruptibilis: ⁊ tn̄ ęterna: qꝛ īfinito tpe poſt hoc forma generanda nunq̃ʒ generabit̃. igit̃ nunq̃ʒ illa potētia corrū-

Solutio petur. ¶ Dici pōt aliqđ eſſe poſſe ſemꝑ ens per ſe: hoc eſt ꝓpter cauſas ſempiternitatis per ſe. Aliud eſt ſemꝑ ens per accidens: veluti potētia mąę ad dictā formaz. hęc enim potētia eſt per accn̄s ſemꝑ ens: pro q̃ʒto ipedit̃ in ſui exitu ad actū ex ſucceſſiōe infinitaꝝ formarum futuraꝝ in mā: inter quas nō eſt ordo neceſſariꝰ. Et tale corruptibile eſt per ſe corruptibile: ⁊ per accn̄s ęternū. Sic igit̃ nulluz per ſe corruptibile poteſt eſſe ęternū per ſe hoc eſt per ꝓprias cās ęternitatis: ſiue ſit ſuba: ſiue ſit accidēs. per accn̄s aūt nihil ꝓhibet vt deductū eſt. Et h̄ pacto itelligit̃ poſitio peripatheticoꝝ:

Sol'o rōnuʒ de qua lucidius ⁊ diligētius dicemꝰ in lib. cęli. ¶ Tūc ad rōnes iunioꝝ: ⁊ de motu cęli dico ſimilr̃ ⁊ de lumine: ꝙ hęc cōtinuo generant̃ ⁊ cōtinuo corrūpunt̃: ⁊ ita ſemper ſunt alia atqꝫ alia. hoc eniʒ Auerroes ſentit in elemētis ipſis. elemetū eniʒ ęternū eſt ſm totum: ſm partes tn̄ ſemꝑ aliud atqꝫ aliud. De dimēſionibꝰ ſimpliciter: ſunt enim ęternę ſm eſſentiā: ſm: tn̄ eſſe cōtinuo alię atqꝫ alię: vt dictū eſt. ¶ Ad rōnem de ꝑtibus centralibꝰ terrę: ⁊ de ꝑtibus ignis. Rn̄det Ariſto. in libello de longitudine ⁊ breuitate vitę. capite. 3. ibi eniʒ ait. omne corruptibile qn̄qꝫ fore corrūpendum. Et ita partes centrales terrę: tunc corrūpent̃ cum venient ad locū ſuę corruptionis: vt qn̄ fient circūferentiales. cuʒ eniʒ de terra ipſa plus ꝯſumet̃ de vna pte q̃ʒ đ alia ob actionē ſolis ⁊ ſtellaꝝ: ⁊ alias cās: ipſa ꝯtinuo fert̃ verſus illam partē ex qua ꝯſumit̃: ⁊ hoc vt medium eius ſit mundi mediuʒ. Et hac rōne partes centrales fient circūferentiales: ⁊ eodeʒ modo de ꝑtibus ignis. hęc de queſtione. Pōt etiam quęri vtrū omne generabile neceſſario generat̃: ſed quia hęc queſtio attinet ad librū cęli: ſit nunc dictum intantum.

¶ Declaratū eſt igitur ex hoc ſermone quae ſit ſubſtātia coeli. Et hoc qđ fuit hic dictum eſt: quemadmoduʒ inuenitur probatum ab Ariſtotel. in ſuis libris: ⁊ quēadmodum ſequitur ex ſuis dictis: apparet tamē ex verbis Ariſtotel. ꝙ iaʒ declarauit omnia iſta in lib. qui nō peruenerunt ad nos. Vocetur igitur iſte tractatꝰ ſermo de ſubſtātia orbis. dignus eſt eniʒ hoc noīe. intitulet̃ igit̃ hoc titulo.

Cōmē. 57. ¶ Epylogat ꝑmo ꝙ eſt declaratū qd ſit ſubſtantia cęli vt qualis forma: qualiſue materia. Scđo addit ea quę hic dixit: eſſe dicta: vt inueniunt̃ probata ab Ariſto. in ſuis libris. aut vt ſequūtur ex ÿs quę probata ſunt ab ipſo. Et ſic iſte liber eſt peripatheticus: nō platonicus: nec alterius ſectę: addit ꝙ forte hęc ſunt expreſſa in libris Ari. qui nō peruenerunt ad ipm. Tertio inſcribit librū. ait eniʒ hunc librū debere inſcribi ꝓpter hęc de ſubſtantia orbis: qm̄ omnia quę hic tractant̃ ſunt de ſubſtātia orbis: vel quę ſunt dicta ab Ariſto. in libris de cęlo: vel quę ſequūtur. igit̃ iſte liber dignus eſt hoc noīe atqꝫ hoc titulo: cum ſit āminiculus libro de cęlo. hęc Auerrois hic. Finis primi libri.

¶ Eiuſdem Auguſtini Nyphi cōmētationes in Librū ſecundum Auerrois de ſubſtantia orbis.

PErſcrutandum eſt igitur de natura corporis coeleſtis: ⁊ qd intelligunt cū dicūt ipſuʒ eē ſimplex ⁊ non cōpoſituʒ: ⁊ ipſum eſſe neqꝫ graue neqꝫ leue.

Hactenus locutus eſt de cęlo ipſo quo ad eius ſubſtantiam. nunc ꝓponit de ipſo dicere tria. Primū eſt de natura eius. Scđm qd peripathetici intelligunt: cuʒ dicunt cęlum eſſe ſimplex atqꝫ non compoſitū. Tertium quid intelligunt cum dicunt ipſum non eſſe graue: neqꝫ leue. ¶ Debes ſcire ꝙ ſubſtantia rei ⁊ natura rei idem eſt in ſubiecto: lꝫ differt rōne. dicit̃ eniʒ ſubſtātia quatenus eſt id quo res ipſa ſtat: ſubſtat: ⁊ exiſtit: ⁊ hoc pacto de ſubſtātia cęli dictū eſt in primo libro. quę ſuba reſultat ex cōpoſitiōe materię ⁊ formę alterius rōnis. Declarauit eniʒ cęluʒ hr̃e duas naturas: lꝫ ęquiuoce dictas. Dicit̃ vo nā quatenꝰ eſt materia vl' forma. Et ita tractabit hic de cęlo an ſit forma: an materia: an compoſitū. igit̃ de natura cęli: ⁊ hoc per compoſitionē ad compoſitionē corpoꝝ generabilium. Hęc de intentione. Cōmē. pᵐ.

¶ Dicamus igitur quo mō illud corpus non componit̃ ex materia ⁊ forma: ſicut generabilia ⁊ corruptibilia componunt̃. nulla eniʒ potētia eſt in eo omnino. omne enim in quo eſt potētia: nō eſt potētia: niſi ad duo cōtradictoria. ſ. potentia quae eſt in ſuba.

¶ Nunc ꝓſequit̃ intentionē ⁊ ꝑmo probat cęluʒ ipſuʒ non cōponi ex mā ⁊ forma. mō quo ipſa gn̄abilia cōponunt̃. Et duo facit. ꝑmo ꝓbat ꝙ nō cōponit̃ ex mā. mō quo ipſa gn̄abilia componit̃. Scđo ꝙ nec ex forꝰ. ⁊ hoc ꝓponit. d. dicamus igit̃ qūo illud corpus nō cōponit̃ ex mā ⁊ forma: ſicut gn̄abilia ⁊ corruptibilia cōponit̃. ¶ Quo vo ad verba attinet debes ſcire nōnullos eſſe interpretatos textuʒ de cęlo ipſo intelligentia ſecluſa: ita vt ſit ſenſus: cęluʒ ſecluſa intelligētia nō eē cōpoſitū. Et mentiunt̃. loquit̃ eniʒ de toto cęlo: ⁊ aīali ipſo cęleſti: cuius ſignū eſt: qꝛ ſtatiʒ ꝓbabit de eodem ꝙ ſit cōpoſitū ex aīa ⁊ corꝑe. Propterea Auerroes loquit̃ de toto cęlo. Scđo debes ſcire ꝙ nō ꝓponit abſolute ꝓbare cęluʒ nō eſſe cōpoſitū ex mā ⁊ forma: quia cōtradiceret ſibi in ꝑmo lib. Sꝫ nō eſſe cōpoſitū ſicut generabilia ⁊ corruptibilia cōponunt̃. generabilia. n. componunt̃ ex mā quę eſt potētia cōtradictiōis atqꝫ dimenſionibꝰ affecta: ⁊ ex forma quę hꝫ cōtrariuʒ ſaltem priuatinū recepta in mā mediantibꝰ dimenſionibus. vult igit̃ probare cęlum nō eſſe compoſitū ex materia ⁊ forma. modo quo corruptibilia componuntur. hęc eſt intentio. Utrum vo componatur ex materia ⁊

Cōmen. 2.

De quo cęlo loqtur Auer.

forma aliquo mõ:dictũ eſt: ⁊ poſtea diſputabimꝰ:hãc
igitꝰ ↄclõnẽ ꝓbat enthimematice ſic.nulla eniȝ poten
tia eſt in eo oĩno.igitꝰ ſupple nec mã.mõ quo ex illa cõ
ponitꝰ corruptibile corpus.añs ꝓbat ſic.omne illud in
quo eſt potẽtia ad ſubſtantiã:eſt in potẽtia ad duo con
tradictoria.vȝ.ad eſſe ⁊ ad nõ eſſe. ¶ Tunc adde mi
norẽ:ſed cęlum nõ eſt in potẽtia ad duo cõtradictoria.
igitꝰ in ſecũda figura in cęlo nõ eſt potẽtia. Quo vͦ ad
vͤba attinet: Auerroes adiecit.ſ.potẽtia quę eſt in ſub
ſtantia:qꝛ bñ in cęlo eſt potẽtia cõtradictionis ad mo
tum: vt Auerroes declarat.12.metaphy.cõmẽ.41.ſed
illa nõ eſt ad ſubam:ſed ad accidens. Et ſic pȝ vis rõ
nis. ¶ Animaduerſione dignũ Ariſto.fuiſſe vſuȝ rõne
hac ad verbũ in.9.metaphy.in ꝓbando intelligentias
eẽ ſimplices ⁊ actꝰ:vt exponit Auerroes ibideȝ.cõmẽ.
17.de qua ratione ſtatim diſputabitur.

**¶ Et manifeſtuȝ eſt etiam ꝙ forma qua mo
uetꝰ;nõ eſt generis formaꝝ quatuor elemen
toꝝ:qm̃ ſi ita eẽt:eſſet graue aut leue : ⁊ mo
ueretꝰ per ſe: ⁊ etiam per accidens: vt decla
ratum eſt in octauo phyſicorum.**

Cõmen. 3.
¶ Scdo ꝓbat ꝙ cęluȝ non cõponitꝰ ex forma:mõ quo
corruptibilia corpora cõponuntꝰ:⁊ h̃ ꝓponit.d.⁊ mani
feſtuȝ eſt ẽt ꝙ forma qua mouetꝰ cęluȝ ipm : nõ eſt ge
neris forꝫ quatuor elñtoꝝ.dico gñis: hoc eſt nec forᵃ
elemẽti:nec mixti.Et h̃ ꝓbat enthimematice ſic:qꝛ ſi
ita eſſet : hoc eſt ſi forma cęli eſſet elñtaria : vel mixti:
eſſet graue aut leue:⁊ tũc cęluȝ ipm moueretꝰ ꝑ ſe ſup
ple a generãte:⁊ ẽt ꝑ accñs a ſeipo:vt dcm̃ eſt in.8.phy
ſicę auſcul.Debes ſcire vt declarauit Auer.4° cęli ↄᵗᵒ
22.⁊.4.phyſicę auſcul.cõmẽ.71.ꝙ formã elñti grauis
eſſentialr cõſequitꝰ grauitas.leuis vͦ leuitas: ꝓpterea
valet:ſi forma cęli eſſet elñtaria vel mixti:tũc eſſet gra
Rõ ỏ mate ria cęli.
uis aut leuis:vel ſimplr:vel ꝑdominãter. ¶ Et lȝ totꝰ
hic liber ſit de cęli mã:atqȝ cęli forma:quęramꝰ vtruȝ
Põ Thomę ⁊ Egidij.
cęlum cõponatꝰ ex mã ⁊ forᵃ. ¶ Expoſitores vt Tho
mas ⁊ Egidiꝰ opinantꝰ ꝙ corpꝰ cęleſte:circũſcripta.vȝ.
intelligẽtia:cõponitꝰ ex mã ⁊ forma:quę mã eſt alterꝰ
rõnis a mã gñabiliuȝ:⁊ forma alterius rõnis a forma
Rõnes põnis Primа rõ.
gñabili. ¶ Pro hac poſitione ſoliti ſumꝰ arguere mul
tifariaȝ.p̃mo:oẽ ſenſibile eſt indiuiduũ demonſtratũ:
vt Auerroes ait 3° de aĩa.in magna digreſſione:ſȝ cęlũ
circũſcripta intelligẽtia eſt corpus ſenſibile. igitꝰ indi
uiduũ demonſtratũ.Et ita cõpoſitum ex mã ⁊ forma.
eſt enim indiuiduũ tale ꝓpter mãȝ: vt dicit Auerroes
Scda rõ.
vbiqȝ. ¶ Scdo oẽ ens citra p̃mũ cõponitꝰ ex mã ⁊ for
ma:aut ex actu ⁊ potẽtia: vt Auerroes ait 3° de aĩa.ↄᵗᵒ
14. Sed corpꝰ cęleſte circũſcripta intelligẽtia eſt ens
citra p̃mũ.igitꝰ cõpoſitũ ex actu ⁊ potẽtia: ⁊ ita ex mã
Tertia.
⁊ forma. ¶ Tertio circũſcribatꝰ intelligentia: ⁊ quęro
vł cęlum eſt accñs:vel ſubſtãtia.nõ accñs. igitꝰ ſuba:⁊
tunc vel forma:vel mã:vł cõpoſitũ:⁊ nõ põt dici illud
Quarta.
eſſe niſi compoſitũ. ¶ Quarto circũſcribatꝰ intelligen
tia ⁊ quęratꝰ aut eſt diuiſibile:aut indiuiſibile. Si idi
uiſibile.igitꝰ intellectus: vt deduxit Auerroes in lib.p̊
huius.Si diuiſibile.igitꝰ corpus: ⁊ ita cõpoſitũ ex mã
Quinta.
⁊ forma. ¶ Quinto ſi cęlum eſt ſubm reſpectu intelli
gentię:⁊ mã reſpectu motꝰ:vt Auerroes ſentit:aut igi
tur cęlum hȝ eſſe ex ſe:aut ab intelligentia.ſi ex ſe.igitꝰ
intelligentia aduenit enti in actu.Et ita corpus cęleſte
p̃us fuit corpꝰ in actu:ſi ab intelligẽtia. igitꝰ cęluȝ eſt in
potẽtia ad eſſe:cũ ſꝫm ſe nõ habeat eſſe: ⁊ per ideȝ erit
Sexta.
in potẽtia ad nõ eſſe.Et ita corruptibile. ¶ Sexto ſu
matꝰ orbis lunę circũſcripta intelligẽtia : aut igitꝰ talis
orbis eſt eiuſdem rõnis cuȝ oĩbus alijs:aut alterꝰ rõ
nis.ſi eiuſdeȝ rõnis. igitꝰ eſt in potẽtia ad oẽs alias in
telligẽtias.Et ſic erit in potẽtia ad plures formas velu
ti mã rerũ corruptibiliuȝ.Si alterꝰ rõnis.igitꝰ erit de
terminata ad vnã formã:⁊ tunc vel per eius eſſentiaȝ:
aut per aliquẽ actum mediuȝ.nõ per eius eſſentiã: qm̃
eius eſſentia eſt pura potẽtia reſpectu intelligentię.Si
vͦ per aliquem actum mediuȝ:tunc erit q̃d cõpoſituȝ
Septima.
ex materia ⁊ forma. ¶ Septimo dĩmẽſio oĩuȝ corpoꝝ
cęleſtium eſt vnius ſpeciei in oĩbus illis. igitꝰ materia
omniũ erit eiuſdem rõnis:qm̃ ꝓprium ꝓprioꝝ mate
Octaua.
rię ⁊ dimenſio: vt Auerroes dixit. ¶ Octauo ſi orbis
recipit formalr intelligẽtiam : tunc intelligẽtia moue
retur per accidẽs ad motũ totius. deducitꝰ ↄſequẽtia:
quia forma eſſentialis alicuius cõpoſiti mouetꝰ per ac
Cõclo latioꝝ
cidens ad motũ compoſiti. ¶ Ex ijs igitꝰ concludunt
corpus cęleſte circũſcripta intelligentia eſſe corpus in
actu conſtitutuȝ ex ꝓpria mã: ꝓpriaue forma: quę eſt
alia ab intelligẽtia:per quã cęlum eſt cęlum: q̃ntũ cor
pus:⁊ neqȝ graue:neqȝ leue. Imaginantur eniȝ in cęlo
dupliceȝ cõpoſitionẽ:alterã quideȝ ex ꝓpria mã: pro
priaue forᵃ: per quã formã (vt dixi) eſt corpꝰ in actu:
⁊ cęlum:veluti elementũ per ꝓpriam formã.alterã vͦ
ex cęlo ſic in actu ⁊ motore veluti ex naui ⁊ nauta. Et
ſic ex intelligẽtia ⁊ cęlo fit vnuȝ in operatiõe : aut vnũ
mobile a ſe:cuius vna pars eſt mouens tñ:altera mo
Põ arabũ ⁊ grecoꝝ.
ta ⁊ in actu. ¶ Quam q̃deȝ poſitionẽ multi arabes vt
Auempace:⁊ Alfarabius:⁊ Algaçel:multi etiã greci vt
Alexander:⁊ Themiſtius:⁊ Philoponus cõceſſerunt.
Rꝰ arabuȝ ⁊ grecoꝝ ad rõnem Auer.
¶ Tunc ad rõnem Auerrois:quã tetigit in textu non
vno modo rñdent. Alexãder eniȝ ⁊ Philoponus:⁊ cę
teri arabes:cõcedunt in cęlo eſſe potentiã ad ſubſtan
tiam:⁊ eſſe corruptibile:dicũt tñ illud nanciſci ęterni
Solo Thomę.
tatem a motore ſeparato. ¶ Thomas ait.cęlum ipſuȝ
eſſe cõpoſitũ ex mã ⁊ forma: ⁊ circũſcripta intelligen
tia:non tñ eſt corruptibile : qꝛ materia eſt alterius rõ
Solutio Egidij.
nis:⁊ non ſubiecta priuationi. ¶ Egidius vͦ concedit
materiã illam eſſe eiuſdem rõnis. ait tñ formã illam
ſatiare appetitũ materię.Et ꝓpterea cęlum nõ eſt cor
Propria põ Auer.
ruptibile:nec habet cõtrarium.hęc latini. ¶ Sed pro
Prima pclo Prima rõ.
veritatis determinatione primo accipio cęlum circũ
ſcripta intelligentia nõ eſſe compoſitũ ex mã ⁊ forma
vniuocis.primo: qꝛ omnis forma in materia vniuoca
habet cõtrarium: vt Ariſto.inuit primo cęli.cęlum cir
cũſcripta intelligentia non habet contrarium.igitꝰ non
Scda rõ.
eſt forma in materia vniuoca. ¶ Secundo omnis for
ma vniuoca in materia vniuoca recepta: ab agente na
turali extrahitur de potentia materię.Sed cęli forma
non extrahitꝰ de potentia materię.igitur non eſt com
Tertia.
poſitum ex materia ⁊ forma vniuocis. ¶ Tertio oĩs
forma vniuoca recipitur in materia mediante dimen
ſione interminata : ſed forma cęli non recipitꝰ mediã
te tali dimenſione: vt ſatis explicauit.igitur nõ eſt for
Scda pclo.
ma ⁊ materia vniuoca. ¶ Secũdo accipio ꝙ cęlũ ſe
cluſa intelligentia non eſt compoſitũ ex forma ⁊ mate
Prima rõ.
ria alterius rationis. ¶ Primo:quia forma illa cęli cũ
ſit actus:habebit aliquã operationẽ.nullus eniȝ actus
eſt ſine oꝑatione:aliter eſſet ocioſus. Et ita nulla eſſet
ratio:qua probaretꝰ neceſſitas intelligentię. nam ratio
Ariſto.in.8.lib.phyſicę auſcultationis cauillari poſſet.
dicendo cęlum componi ex materia ⁊ forma proprijs
pręter intelligẽtiã:qꝛ forma ꝓpria ſufficeret.eſſet eniȝ
cęlum mouens ⁊ motum.mouens quidem ratione ſuę
formę abſolutę.motum vͦ ratiõe materię:vel ratione

formę vt est in mã. ⁊ sic tollit̃ nec̃itas motoris sepati.
Secunda. ¶ Scdo for^a illa celi est pstãtior for^a elntaria. igit̃ no-
bilioris opatiõis. sic. n. pbat Aristo. nobilitatẽ intellc̃s
Tertia. agẽtis: ⁊ nõ põt esse nisi mouere in orbẽ. ¶ Tertio ta-
lis for^a vel est diuisibilis: vel indiuisibilis. Si diuisibi-
lis. igit̃ recepta in mã mediãte dimẽsione iterminata.
Si indiuisibilis. igit̃ intellc̃s: ⁊ sic est positio Auerrois.
Quarta. ¶ Quarto reduci pñt rõnes: quę sũt facte ꝯ Auerroẽ:
vt ꝓcedant cõtra facientes. nam aut hęc forma est de
essentia mãę: aut recipit̃ in potẽtia suę materię. Si de
essentia materię. igit̃ mã celi esset essentialr̃ actus. Si
vo recipit̃ in potẽtia materię. igit̃ illa mã esset in potẽ-
tia ꝯdictionis: vt pus. ¶ P. Aut oẽs formę celoꝝ eẽnt
vni⁹ rõnis: aut alterius rõnis: si vni⁹ rõnis. igit̃ vna est
oiuz mã: si alterius rõnis. igit̃ nõ essent vnius opionis
Auctoritas Aristo. specie: cuius oppositũ ostendit̃ 2° celi. ¶ Pro hac pte
sunt verba Aristo. 9° metaphy. vt Auerroes exponit.
cõmẽ. 17. ingt. n. In nãlib⁹ gdez sempiternis aut sub-
stantys alia rõ. forsan. n. quędã nõ hñt mãz: aut nõ ta-
lem. Sed soluz ẽm locũ mobilez. Ex quib⁹ sumit̃ hęc
exclusiua. celum solum hz mãz ẽm locũ mobilem. Et
tũc seqt̃. igit̃ celum hz mãz ẽm locũ mobilez: nullam
mãz: quę nõ est ẽm locũ mobilẽ habet celũ. tenet ꝯña
ab exposita ad exponẽtes. Similem sniam habes. 12.
Mis ꝯclusio. metaphysicę. vt Auerroes expõit cõmẽ. 10. ¶ Ex ys
accipit̃ celuz seclusa intelligẽtia non esse cõpositũ: nec
Tertia ꝯclo. ex mã ⁊ forma vniuocis: nec equocis. ¶ Tertio dico
ꝙ celuz nõ est cõpositũ inaiatuz. Et lz hoc multifariã
supi⁹ sit pbatũ: eo potissimũ pz: qꝛ mouet̃ mouet̃ a se:
qd ꝓpriũ est aialiuz: vt viuẽtiũ: vt auctor est Aristo. in
8. physicę auscultationis. qua rõne euenit vt celi com-
positio sit ex aia ⁊ corpore: vt vbiqz testant̃ Aristo. ⁊
Auerroes: maxime 2° celi. cõmẽ. 61. qd multis rõnib⁹
in lib. destructio destructionũ pbauit in tertia dispu-
tatiõe: in solone dubij tertij: ⁊ disputatiõe p^a in solone
Quarta ꝯclo. ii. Et hoc deducetur subtilr̃ postea. ¶ Quarto dico ꝙ
aia celi est intellc̃us: ita vt ipm celuz sit cõpositũ ex in-
tellectu ⁊ orbe. deducit̃: quia celi aia nõ est vegetatiua
siue alimoniaria: qua viuũt plãtę ⁊ stirpes. hoc aũt eo
pz: qꝛ nullũ illi⁹ aię opus appet in celo. ¶ Ampli⁹ nec
est aia sensitiua: qm̃ ibi eẽt ad min⁹ tact⁹. vbi. n. est aia
sensitiua: ibi est tact⁹: ⁊ ita mixtio. vt deducit Aristo. ⁊
Quinta ꝯclo. Auer. 3° de aia. cõmẽ. 62. ¶ Ex ys. 5. seqt̃ celi aiaz esse
equiuoce formã: atqz equiuoce aiaz. Qd deducit̃. sunt
eniz aię siue formę in duplici dr̃ia apud Auerroez: alię
gdez quę subta eaꝝ reponũt in spẽ. Ipsę ẽt depẽdent e
subtis: vti sunt formę elntarię: ⁊ aię brutoꝝ. quędã vo
sunt: quę nõ hñt de rõne aię vel formę: nisi ꝙ subta re-
ponũt in specie: ⁊ illa ꝯstituũt: ⁊ pficiunt. veluti rõnalis
aia siue intellc̃us respectu hoĩs: ⁊ intelligẽtię re^u orbiũ.
Qz intelligẽtia pficiat orbem. ¶ Qz vo intelligẽtię pficiant formalr̃ orbes: ⁊ illos re-
ponant in specie: ⁊ dent nõ soluz illis opatiões: sz esse.
Prima rõ. psuadet̃ de mẽte Auer. de qua multi dubitãt. ¶ Prio
omne ꝯstituẽs corp⁹ in eẽ: reponit illud in spẽ: ⁊ dat illi
non tm̃ operationẽ: sed eẽ. Sz intelligẽtia ꝯstituit celũ
esse. vt in p phy. auscul. cõmẽ. 63. ⁊ 8. phy. auscul. cõmẽ.
52. igit̃ reponit celuz in spẽ: ⁊ dat illi nõ tm̃ opationẽ:
Secunda. sed eẽ. ¶ Scdo in separatis a mã idez est for^a: finis ⁊
efficiẽs. Sz intelligẽtia est agens ⁊ finis celi. igit̃ for^a.
hęc rõ est Auer. in lib. destructio destructionũ disputa-
Tertia. tione 3^a: in solone. 19. dubij versus finẽ. ¶ Tertio ois
aia est cã sui subti in tribus gñib⁹ cãꝝ: vt Ar. ait. 2° de
Quarta. aia. sed intelligẽtia est aia. igit̃ forma celi. ¶ Quarto
ois forma quę est cã e qua fluũt oia accñtia ꝓpria ⁊ p
se alicuius subti: reponit illud in specie: ⁊ nõ dat soluz
illi opõnẽ: sed eẽ. Sz intelligẽtia est cã oiuz accñtiuz p-
poꝝ celi: vt p celi. p^{to}. 5. ⁊ 2° celi. p^{to}. 3. ⁊ in p lib. dixim⁹.
igit̃ intelligẽtia repõit celũ i spẽ. ¶ 5° oẽ id p qd alicui Quinta.
corpori attribuit̃ ꝓpria ⁊ p se opatio: reponit illud in
specie: ⁊ est for^a per se illi⁹. Hęc est Ar. ⁊ Auer. 2° d aia
cõmẽ. 24. Sz p intelligẽtiã attribuit̃ celo ꝓpria opa-
tio. igit̃ celuz reponit̃ in spe ab intelligẽtia. ¶ Sexto Sexta.
si intelligẽtia nõ esset for^a intrinseca ⁊ specifica celi: sz
extrinseca: ageret in celũ p influxũ. Et sic nihil esset in
celo: quo celũ ageret formalr̃. ¶ Septio oẽ itelligens Septima.
formalr̃ rez liberatã a mã est formalr̃ intellc̃us: aut for-
malr̃ hñs intellc̃m. Sed celuz formalr̃ intelligit: vt 3°
de aia: cõmẽ. 14. igit̃ est formalr̃ intellc̃us: vel formalr̃
hñs intellc̃m. ¶ Quib⁹ appet p̃mo celum esse formalr̃ Celuz est aiatuz formalr̃.
animatũ: forma. vz. vel aia: quę reponit illuz in specie:
vt celum lunę est formalr̃ aiatuz: aia quę reponit orbẽ
lunarẽ in specie sua: quęqz nõ mõ opationẽ: sed eẽ dat
eidẽ. ¶ Scdo appet celum hoc pacto aiatuz eẽ veri⁹ Celuz verius vnuz ⁊ verius animal.
vnuz: ⁊ verius aial: ꝙ quoduis aial sublunare. Uerius
gdez vnũ: per ꝑuationẽ medij. vnit̃. n. aia celi ipsi celo
sine medio: vt dr̃ 2° celi. cõmẽ. 3. verius aũt aial: qꝛ ter-
renũ aial est aial quasi pticipatiue: ⁊ per ptes vt dixi-
mus. Celum est aial per se: viuens per essentiã: ⁊ intel-
ligens per essentiã: ⁊ mobile per essentiaz vt diximus.
¶ Demũ appet celuz esse per se beatũ. naz celi beati- Celum per se beatum.
tudo est essentia amnię suę: quę est per se forma celi: vt
Auerroes. 12. metaphy. cõmen. 38. gd igit̃ sit aia celi: ⁊
qualis: ⁊ ꝙ celũ sit aiatũ: ⁊ aial per se: pspicuũ. ¶ Dis- De subo anime celi.
putem⁹ igit̃ quale sit subm intelligẽtię: vbi debes sci-
re ꝙ ipsa intelligẽtia: ⁊ est ens reale: ⁊ ens intẽtionale.
quatenus gdez intellc̃s est ens intẽtionale: ⁊ hoc pacto
nullius corpis est act⁹: sed seipsuz intelligit. Quatenus
vo aia est ens reale: ⁊ sic est act⁹ celi. Ulteri⁹ itelligẽtia
ẽm esse reale sumpta potest cõsiderari vt rõnalis aia
apud latinos. vt. n. rõnalis aia in hoĩe: põt sumi respcũ
mãę: ⁊ sic est forma. vt vo ꝯsiderat̃ respectu corporis
est aia: sic ẽt intelligẽtia si ꝯsiderat̃ vt forma est actus
subti: siue mãe celi: vt aia: est act⁹ celi: qua rõne euenit:
vt queãdmodũ ad rõnalez aiam sequũtur oia accñtia
hoĩs: vt mot⁹ figura colores: ⁊ id genus: sic ad intelligẽ-
tiã sequũtur oia celi accñtia vt lumẽ: mot⁹ figura den-
situdo: ⁊ raritudo: dimẽsio: ⁊ id gen⁹. Ea igit̃ celi pars:
quę est vt mã ⁊ subz: si ꝯsideret̃ respectu intelligẽtię dr̃
subz: qꝛ sp est in actu per illaz. subz. n. dr̃ illud qd actu
subest formę: vt dicit Themistius p phys. digressione
vnica. Si ꝯsideret̃ respectu mot⁹: vt sic hz rõnẽ mãę:
qꝛ est in po^a ad motũ ⁊ qetẽ. ¶ Ampli⁹ seqt̃ ꝙ siue cõ- Qualr intelligẽtia ẽ act⁹ celi.
sideret̃ intelligẽtia vt aia: siue vt forma: semp est act⁹
rei pfecte ⁊ nõ rei pfectibilis. Sec⁹ aũt de aia rõnali.
naz respectu mãę est act⁹ illius vt pfectibilis rei respe-
ctu corpis vt rei pfecte. cã aũt est: qꝛ rõnalis aia potest
remoueri a mã: ⁊ psupposuit mãz: nõ aũt corp⁹. nã cor-
poreitas est pp aiaz rõnalez. Intelligẽtia fuit coeterna
celo: nec fuit illi de nouo vnita. ⁊ ita siue vt forma: siue
vt aia semp est act⁹ celi vel mãe celi tãqz subti pfecti:
⁊ nõ abyciẽtis actũ. ¶ Ex ys pz celũ esse sicut est hõ- Quale celuz ad hominẽs.
nam sicut homo est forma ⁊ mã ⁊ accñtia ei⁹: sic celum
est intelligẽtia ⁊ subm ⁊ illius accñtia. ¶ Amplius vt
hõ est p se ⁊ a se mobile: sic celũ est a se mobile. ¶ P. Intelligentia non mouet p accidens.
Ut hõ acqrit rõnẽ mobilis in actu ab aia: sic celuz ab
intelligentia: est tñ hęc differẽtia: quia aia hoĩs mouet̃
per accidens: qꝛ subm mutat locum ⁊ ẽm formã ⁊ ẽm
materiaz: at celi anima nec per se nec per accidẽs sub-
iectiue mouet̃: quia celum non mutat sitũ. ¶ Sz ac- Difficultates
cidunt difficultates. ¶ Prima est. si corpus celeste sit Prima.

Secunda.

in potẽtia ad intelligẽtiã. ꝛ videt ꝙ ſic: qꝛ recipit illaz. Et per ↄ̃ns eſt in potẽtia ad illaz. ¶ Scda eſt difficultas que etiã accidit in opione Thome: qm̃ tunc eſſent due potẽtie mãe: queqꝫ mãe pme: veluti mã corruptibiliũ: ꝛ mã corpoꝝ celeſtiũ. qd eſt cõtra Ariſto. primo qꝛ ipſe in lib. phyſicoꝝ. tria tm̃ pncipia nãliũ corpoꝝ tradidit oibus. vz. cõia: mãz: formã: ꝛ puationẽ. Et ibi materiã nõ niſi per puationẽ dedit itelligere. igitur ſi reperit alia mã pter illaz corruptibiliũ: tunc ille liber nõ eſt de pncipijs cõibus oibus corporibꝰ nãlibus. Et hec eſt rõ philoponi: que nõ eſt leuis. ¶ Scdo. ille due mãe nõ dñt p eaꝝ eẽntias: qꝛ nullã hñt eſſentiã. Nec per ordinẽ ad formas. vt ſentit expoſitor: qꝛ tunc earũ dñia eẽt p relatiões: ꝛ ita p eẽntiaz abſolutã eſſet vna. ¶ Tertio ſi eẽnt due: eſſent cõparabiles. aut igit mã celoꝝ eſſet pfectior: aut ipfectior: aut eque pfecta. nõ pfectior: qꝛ tũc eſſet actꝰ vel hñs actũ: ꝛ ſic in infinituz. ꝛ per idem nec imperfectior: nec eque perfecta: quia tũc non magis cõpeteret corporibꝰ celeſtibus ꝙ̃ corruptibilibꝰ. ¶ Tertia difficultas eſt: qꝛ ſi in corporibꝰ celeſtibus ponat potẽtia ad eſſe opꝫ vt in eis ponat priuatio. nam vt Auerroes inuit 9° metaphy. cõmẽ. 3. potentia nunqꝫ abſoluit a priuatione. Et pro hac parte facit rõ Alexandri. nam aut pncipia tradita in libro phyſicoꝝ. ſunt vlia oibus corporibꝰ nãlibus: aut nõ. ſi gdez vlia oibus corporibus. igit celis inerit puatio: que ſunt corpora nãlia. ſi vo non ſunt oibus vlia: tũc oporteret facere librum vniuerſaliorẽ: qui eſſet de pncipijs cõibus oibus: que rõ coegit philoponũ dicere celum eſſe cõpoſitum ex mã ꝛ forma vniuocis: ꝛ corruptibile: vt Auicẽna etiaz ſentit.

Solutio. Ad primã.

¶ Ad has difficultates per ordinem. Ad pmã dico ꝙ ſubm anime celeſtis: ſiue ea celi pars: que ſe tenet loco mãe: poteſt referri ad celeſtem aiaz: ꝛ ad ipſuz motũ quo celum mouet. ¶ Si gdem refert ad celeſtez animã: ſic tale ſubm eſt in potentia ꝭm dimidiuz eius. vz. ad eſſe tm̃: qm̃ eſt cõiuncta aie: ꝛ nunqꝫ põt abſolui ab ea. Si vo referat ad motũ: cum motus celi ſit ſemp alius atqꝫ alius: erit in potẽtia ꝭꝫ vtrũqꝫ. ſubſtat. n. hodie circulationi pñti: ꝛ eſt in potẽtia ad puationẽ talis circulationis. Et ſic illa potentia eſt admixta puatiõi. Qua rõne recte ſentit Auerroes. dum ait. illaz celi ptez que ſe tenet loco mãe: rõne habita ad aiaz dici ſubm: qm̃ fixe recipit: ꝛ ſemp ↄiungit ipſi eſſe: rõne habita ad motuz: dicit mã: qꝛ vt ſic puationi ſuſternit.

Qualr i celo eſt poᵃ: ꝛ gd mã gdue ſubiectum.

¶ Pro ſolone ad ceteras rõnes animaduerſione dignum ꝙ mã celeſtis ꝛ mã corruptibilium põt conſiderari in rõne potẽtie abſolute. Aut in rõne potẽtie tranſmutabilis. Si gdez conſideretur in rõne potentie abſolute: ſic ſunt eiuſdem generis potentie: qꝛ vtraqꝫ ſunt potentie ad eſſe ꝛ ad formam. Si in rõne potentie phyſice ſiue tranſmutabilis: ſic genere differũt ꝛ ſpecie. nam poᵃ corruptibiliuz eſt ꝭꝫ vtrũqꝫ ppter puationẽ illi admixtam. potẽtia vo celoꝝ eſt ꝭꝫ dimidiuz: qꝛ ad eſſe tm̃; ppter carentiã puationis: qre dici põt ambe he mãe in rõne metaphyſica ↄſiderate ſunt vnius rationis. In rõne vo phyſica differũt gñe ꝛ rõne.

Qualr materia celi ꝛ mã gnabiliũ ſunt eiuſdẽ rõnis.

Snia Ar. de celi mã.

¶ Hãc poſitionẽ ſentit Ar. 2. lib. de gnõne. vbi ait. ſunt igit numero equalia ꝛ gñe eadem principia: ꝛ que in ſempiternis. ſ. ſenſibilibꝰ nobis pñtibꝰ: qd exponit. ꝛ inquit. hec gdem. n. eſt vt mã. hec aũt vt forma: ꝛ adhuc tertiũ. ſ. agens: qd dat nũc eſſe: nunc priuationẽ. nõ eniz ad generãduz ſufficiũt duo: queadmoduz nec in pmis. ſ. tranſmutationibꝰ. Et exponit qualis mã eſt generabilium: ꝛ qualis ſempiternoꝝ. Et inquit. vt mã igit generabiliuz eſt cã eius qd poſſibile eſt eſſe ꝛ non eſſe. igit mã gnãbiliuz eſt in poᵃ ad vtrũqꝫ. Deinde inueſtigat mãz ſempiternoꝝ. ꝛ inquit. hec gdez. n. ex neceſſitate ſunt. Illa vo nõ ex neceſſitate. ꝛ ſubdit. horuz aũt: hec gdez ipoſe nõ eſſe: vt qm̃ neceſſe eſt ea eſſe: vt corpora celeſtia. Hec aũt ipoſe eſſe: vt hippocẽtaurus ꝛ id genus. Cum nõ ↄtingit circa neceſſariũ alr ſe hñe. Et ſic vult hñe potẽtiã in ſempiternis eſſe ad eſſe tm̃: ꝛ ita cõtingens ꝭm dimidiuz.

Tria pncipia corpoꝝ celeſtium.

¶ Sunt igit in corporibꝰ celeſtibꝰ tria pncipia veluti in corruptibilibꝰ: lꝫ modo diuerſo. ¶ Scdo debes ſcire ꝙ priuatio duo dicit: abſentiã. vz. oppoſite forme: ꝛ potentiã ad illã.

Qualr i celo priuatio.

¶ In mã igit celeſti eſt abſentia formaꝝ elntariaꝝ: ceterarũqꝫ formaꝝ: non tm̃ potẽtia ad illas: quare in celeſtibꝰ corporibꝰ poni põt puatio ꝭm potentiã ad vnũ: nõ autez ꝭm vtrũqꝫ: quare illa puatio erit alterꝰ rõnis a priuatione corruptibiliũ: velut mã ꝛ forma illoꝝ.

Solo 2ᵉ difficultatis.

¶ Tunc ad ſcdãz concedo eſſe duas potẽtias: duas mãs: duoqꝫ ſubã: que ſunt eiuſdẽ gñis ſaltẽ analogici: quaꝝ vnaz inueſtigat in lib. pmo phyſicoꝝ. via trãſmutationis. in lib. vo. 8. per viã motꝰ eterni iueſtigat aliã: que reſpcũ motꝰ eſt mã: reſpectu itelligẽtie eſt ſubm. nõ eniz põt inueſtigare ſcdã niſi per primaz: quare in vno lib. tradidit pncipia cõia oibus corporibꝰ nãlibꝰ.

Solo prime rationis.

¶ Ad ſcdm eiuſdez dico illas mãs differre per eaꝝ potentias: que ſunt aut dñie materieꝝ eſſentiales: aut ppria. Et tunc dico ꝙ tales potẽtie ſunt abſolute a terminis: nõ tamẽ a cauſis. nulla eniz res pter pmã eſt abſoluta a cauſa: ꝛ ita nõ eſt ipoſſibile eſſe materie ↄſiſtere in relatiõe trãſcendenti: vt Auerroes ait. 12. metaphy. cõmẽ. 14. potentia igit mãe celi differt a poᵃ mãe corruptibiliũ: qꝛ illa poᵃ eſt ad eẽ tm̃. Hec ad vtrũqꝫ. Et ſic ille materie intrinſece differũt p eaꝝ potẽtias: extrinſece vo p eaꝝ pmas: qbꝰ ſubſunt pfectiões.

Solo ſcde.

¶ Ad tertiũ eiuſdẽ dico ꝙ vt eſſe eaꝝ eſt eſſe forme: cũ illis nullus debeat eẽ: ſic cõparatio eſt rõne formaꝝ. concedo igit mãm celi eſſe pfectiorẽ: nõ qꝛ ſit in ſui eſſentia perfectior: ſed qꝛ reſpicit pfectionẽ pſtabiliorẽ. Et ſi dicas. circũſcribatur actus: ꝛ fiat rõ. vt ſupra. Dico ꝙ actꝰ nõ põt circũſcribi: qꝛ relatio nõ põt itelligi abſqꝫ termino ad quẽ: mã ſiue ſubm. n. nõ põt intelligi niſi per potentiã: potẽtia non niſi per actũ. igit nec ſubm põt intelligi abſqꝫ actu: vel ordine ad actũ.

Solo tertie.

¶ Sed replicabis ſi mãe eẽ cõſiſtit in potẽtia: ꝛ potentia eſt relatio ad actũ. igitur ſuba cõſiſtit in relatiõe ↄ̃ Ariſto. 4° metaphy.

Replica.

¶ Dici põt ꝙ potẽtia nõ eſt relatio: lꝫ referat ad actũ: qꝛ non refert ad illuz vt ad terminũ: ſꝫ vt ad cãz: e qua depẽdet. hec eſt ſolo Auer. vbiqꝫ.

Solutio.

¶ Ad tertiã difficultatez pncipalez dico ꝙ in corporibꝰ celeſtibꝰ eſt puatio ꝭm genꝰ: qm̃ tm̃ ineſt illis quo ad pmã rõnez. vz. abñtie: nõ quo ad ſcdãz. vz. poᵃᵐ ad oppᵐ.

Solo tertie difficultatis.

¶ Quibꝰ ad rõnes factas pro expoſitoribꝰ rñdeo.

Solo rõnuz Thome.

¶ Ad pmã dico ꝙ circũſcripta vł nõ ↄſiderata itelligẽtia: ea celi ps: que eſt ſubꝫ ꝛ mã: nec eſt actꝰ: nec hñs actũ. ſꝫ eſt ſubm in poᵃ ꝭꝫ dimidiũ: qꝛ ſp actu exñs ſub itelligẽtia: nec eſt veꝝ celuz agere in nos circũſcripta itelligẽtia. Immo nec actũ nec opõnem hꝫ ſine illa: vt ſentit Auer. p̃ celi. cᵗᵒ 92. ꝛ 95.

Solo prime.

¶ Ad 2ᵐ ſilr dicat. celũ. n. circũſcripta intelligẽtia nõ eſt ſenſibile: nec qle: nec qñtũ: cũ hec oia cõſequant itelligẽtiã. ſꝫ ſolũ eſt ſubꝫ in poᵃ ꝭꝫ dimidiũ cõtingẽtis. Et ſic cũ dr oẽs ens citra pᵐ eẽ cõpoſitũ: dꝫ intelligi illud eẽ citra pmã poᵃᵐ: ꝛ pᵐ actũ. mõ celum eſt ſimplex poᵃ.

Solo ſcde.

¶ Ad 3ᵃᵐ dico ꝙ ſuba: ꝛ non mã trãſmutabilis: ſꝫ ſubꝫ ꝛ mã ꝭꝫ locũ: ꝛ h mõ illa diſio ẽ ſufficiẽs.

Solo tertie.

¶ Ad 4ᵃᵐ dico celuz vł illa ps celi in illo pori ſi ↄſideret: eẽ idiuiſibilẽ: de fcõ tm̃ diuiſã: ꝛ ppea nõ itel-

Solo quarte

Sol'o q̄rte. lectum.intellus eniz eſt indiuiſibilis re ⁊ rōne. ❡ Ad
q̄rtā dico ꝙ illa cęli pars nō hȝ eſſe:nec ſpēȝ:nec q̄cq̄ȝ:
niſi ab intelligētia:nec ſeq̄r intelligētiā aduenire enti
in actu:ſȝ eſſe ꝑfectionē ⁊ actū entis in actu: q̄ꝛ cęli:qđ
eſt ens in actu.Et hoc cōcedo.eſt enim act' ꝑfecti non
abyicientis actum:⁊ vlterius lȝ ſit in potētia ad eē:non
ꝓpterea eſt in potētia ad nō eſſe:q̄ꝛ illa potētia eſt ſm
Sol'o ſextę. dimidium. ❡ Ad ſextā dico ꝙ illę ꝑtes quę ſe tenent
loco materię in cęlis:ſunt alterius ⁊ aliterius rōnis: vt
motus ⁊ formę vt diſputabimus 2° cęli. cōmē. 49.Et
cōcedo ꝙ quęlibet illaꝝ eſt determinata ad ſuū actuȝ
per eius potētiā quę eſt ei' eſſentia:⁊ ſm dimidiū poſ-
ſibilis cōſtituta. ❡ Ad ſeptimā dici pōt dimenſiones
in rōne phīca eſſe ſpecie differētes:in rōne metaphy-
Sol'o ſeptię. ſica eſſe eiuſdeȝ rōnis. ❡ Ad octauā pȝ ſol'o per dicta
Sol'o octauę in qōne hac:⁊ in fine libri p̄cedentis. ❡ Ex ys pȝ ꝙ ſi
Pō Thome materia cęli eſt alteri' rōnis:vt Thomas enitit̄ ꝓba
venit ad illaȝ re:etiā ei' forma erit alteri' rōnis. Et ſic illa forᵃ poni
Auer. nō pōt:niſi intellectus:quare fruſtra ponit̄ illa forma
orbis vltra intelligentiā. Jlla enim nō poteſt poni:niſi
ſit alterius rationis:⁊ per conſequēs imaterialis: ⁊ ita
intellectus. Hęc de queſtione.

❡ Remanet igit̄ vt natura ei' ſit natura aīae.

Cōmē. 4. ❡ Patuit cęlum habere formā:quę nec eſt elemētaria:
nec mixti alic' iaīati:nūc ꝯcludit qualis ſit cęli forma:
per quā cęluȝ eſt celum:⁊ per quā mouet̄ a ſe.Et inq̄t.
remanet igit̄ vt natura eius formę ſit nā aīę. forᵃ igit̄
Vtrū cęluȝ hȝ cęli eſt aīa:⁊ cęlum eſt aīatuȝ ⁊ aīal. ❡ Sed occurres:
aliā formam vtrū p̄ter aīaȝ cęlum habeat aliā formā:⁊ vī ꝙ ſic.naȝ
vltra aīam. cęluȝ eſt mobile in actu.omne eniȝ qđ mouet̄:diuidit̄
in partē motā in actu:⁊ partē mouētē in actu. Si igit̄
pars mouēs in actu eſt aīa:pars mota in actu non pōt
eſſe niſi alia forma vltra aīaȝ ſit in actu. ❡ P. Cęlum
eſt corpus ⁊ ſuba.igitur ad min' vltra aīaȝ erit forma
ſubę:⁊ forma corporeitatis:quib' eſt ſubſtātia ⁊ corp'.
Solutio. ❡ Dicēduȝ cęlum ip̄m nullā hr̄e aīaȝ:nullāue formaȝ
ſubalez:p̄ter aīam illaȝ:⁊ vnicā aīaȝ:e qua cęlū reddit̄
actu mobile corp':⁊ ſuba.aīa eniȝ quo forma eſt:dicit̄
mouēs in actu.quo aūt eſt id e quo corp' cęleſte repo-
nit̄ in ſpecie:⁊ eſt q̄ntū:⁊ actu corpus:dr̄ ſuba ⁊ corpo-
Aīa hoīs aīa reitas. ❡ Differt aūt aīa cęli ab aīa hoīs. naȝ aīa hoīs
cęli differūt. p̄us ſaltē ſm rōneȝ dat mā̄ę eſſe ſubę:ſcđo eē corporis:
tertio eſſe vegetatiuū: q̄rto ſenſitiuū:⁊ demuȝ rōnale.
aīa vō cęli p̄us dat eſſe aīal ipſi cęlo:⁊ nō prius dat eſſe
corpis vel aliq̄d id genus:nec ſm rem : nec ſm rōneȝ.
Cęlū p̄us ani ❡ Ex ys ꝯcludit̄ cęluȝ eſſe p̄us aīal: q̄ȝ ſubaȝ vel cor-
mal q̄ȝ corp' pus:ecōtrario ipſe hō.p̄us eniȝ eſt ſuba ⁊ corpus: ⁊ po-
ſecus in hoīe: ſtea aīal.cęluȝ.n.p̄us eſt aīal:q̄ꝛ ante aīaȝ in cęlo nulla
⁊ p̄us aīal q̄ȝ p̄ceſſit forma:nec ſm reȝ:nec ſm rōneȝ:ſicut ante aīaȝ
cęlum. in hoīe p̄ceſſerūt corporeitas:⁊ ſubalitas ſaltē ſȝ rōnē.
Poſtea eſt corp':q̄ꝛ ex vnione aīę ad cęluȝ reddit̄ cęlū
corp' quātuȝ:⁊ figuratū:⁊ id gen'.vlterius dico ꝙ cęlū
p̄us eſt aīal q̄ȝ cęlum veluti hō p̄us aīal q̄ȝ homo : ⁊ lo-
quoꝛ de p̄ori ſm nām:ſiue ſm intellectū:nō aūt ſȝ rē.
Solutio. ❡ Tunc ad rōnem. Ad p̄mā dico ꝙ cęluȝ eſt mobile
in actu ab intelligentia:ſicut hō eſt mobile in actu ab
aīa rōnali.cęli enim forma:quatenus aīa:eſt mouēs in
actu:quatenus eſt id ad qđ ꝯſequit̄ corporeitas: dimē-
ſio ⁊ cęlitas:⁊ id genus eſt rō qua cęluȝ reddit̄ mobile
actu.vt eniȝ in hoīe nihil eſt p̄ter aīam rōnalem apud
latinos:per quā hō eſt mouēs ⁊ mobile a ſe : ſic in cęlo
nihil p̄ter intelligentiā : per quā eſt mouens ⁊ mobile
a ſe. ❡ Ad ſcđam pȝ ſol'o.in cęlo enim ſubalitas ⁊ cor-
poreitas ſunt poſt copulationē animę.Et ſic nō ponit̄
in cęlo alia forma pręter animam.

❡ Sed quando nos inſpexerimus animalia:
quae ſunt hic:iueniem' duo principia duo-
rum motuū:quoꝝ alterū eſt principiū mot'
recti.ſ.motus ad inferius : aut ad ſuperius.
Et ſcđm principiū eſt motus localis proceſ-
ſiui. Et inuenimus motuȝ iſtuȝ eſſe contra-
riuȝ motui declinationis eſſentialis : qui eſt
in eo. Et ideo accidit ei feſſitudo: ⁊ cogit̄ ad
quietem. Unde neceſſe eſt vt principiū mo-
tus coeleſtis corpis ſit generis animae tm̄:
⁊ ꝙ motus:quem habet circulariter: ſit mo-
tus ꝓpriae animae:ſm ꝙ eſt aīa.

❡ Hactenus ꝙ forma cęli ſit aīa:nunc vult concludere Cōmen. 5.
qualis aīa ſit illa cęli:⁊ p̄mo ꝯcludit ꝙ p̄nᵐ motus cęli
ſit aīa:⁊ eius mot' ſit motus aīalis purus: vt ex his ve-
niat ad nāȝ aīę cęli. ❡ Qꝛ vō p̄nᵐ motus cęli ſit aīa:⁊
cęli motus ſit aīalis tm̄:venat̄ per aīalia ſublunaria:⁊
forᵃ rōnis eſt enthimematica h̄ pacto: in aīalib' ſublu-
narib' ſunt duo p̄nᵃ motus:quoꝝ vnū eſt ꝯ̄riuȝ alteri.
igit̄ p̄nᵐ mot' cęli eſt aīa:⁊ mot' cęli eſt aīalis tm̄:ideo
primo declarat ꝙ in aīalib' ſublunarib' ſunt duo p̄n-
cipia.Scđo ꝙ ſunt ꝯ̄ria.Tertio infert cōcluſionē. De
p̄mo inquit.ſed q̄n nos iſpexerim' aīalia:quę ſūt hic.
iueniemus duo p̄nᵃ duoꝝ motuū:quoꝝ alterū eſt p̄nᵐ
motus recti.ſ.motus ad iferius:aut ad ſupius qđ p̄nᵐ
eſt elr̄ntuȝ p̄dominās.ab elr̄nto eniȝ p̄dominātē moue-
tur aīal ſurſum aut deorſum. Et ſcđm p̄nᵐ eſt motus
localis ꝓceſſiui:quo aīal ꝓcedit de loco ad locum ſm
oēm dr̄iaȝ poſitiōis:qđ p̄nᵐ eſt aīa ipſa. Hoc eſt p̄mū.
Scđo declarat ꝙ hęc p̄ncipia ſunt ꝯ̄ria ſiue ( vt meli'
dicaȝ )repugnātia : ſibiq̄ȝ mutuo reſiſtitiua.⁊ inquit.⁊
inueniemus motū iſtuȝ ꝓceſſiuū eſſe ꝯ̄riuȝ ſiue reſiſti
tiuū motui declinatiōis eſſentialis:qui eſt in eo:vt mo
tui ſurſuȝ:vel motui deorſuȝ:qui motus declinationis
ſiue inclinationis dr̄r.pro q̄nto ſequūtur grauitatē:vel
leuitatē.Et ꝙ ſint cōtrarÿ:declarat a ſigno : q̄ꝛ ꝓpter
talē cōtraoperantiā euenit in aīali feſſitudo:⁊ interue-
nit q̄es ⁊ ſomn'.hoc eſt 2ᵐ. ❡ Ex ys infert ꝯclōneȝ:⁊
inq̄t. vñ neceſſe eſt vt p̄nᵐ motus cęli ſit gn̄is aīę tm̄: ⁊
nō aliqua ex ꝑte ab elr̄nto p̄dominātē:⁊ ſit mot' aīalis
⁊ aīę tm̄:nō mixti ⁊ ꝓceſſiuus. Hęc eſt ꝯcl'o quę q̄dem
ſeq̄t̄:pro tanto:q̄ꝛ cęlum nō quieſcit:nec laborat in mo
tu.Et pōt ſyll'us eſſe hoc pacto:oē aīatū qđ ſine labore
⁊ q̄ete mouet̄:aīali tm̄ motu mouet̄: cęluȝ eſt aīatum:
qđ ſine labore ⁊ q̄ete mouet̄.igit̄ motus cęli eſt aīalis
tm̄. Hęc ſūt quę Auerroes ait.Debes ſcire: vt coll'r ab
Ariſto.⁊ Auerroe.2° cęli.cōmē.3.ꝙ cōpoſitio in motu
accidit ꝓpter dr̄iaȝ p̄ncipioꝝ mouētiū : vt in aīali eue-
nit.nam corpis eius grauitas p̄nᵐ eſt motus deorſum.
aīa aūt motus circularis. oīs.n.aīa quaten' aīa ſuapte
nā mouet in orbē: ꝓpterea Empedocles dixit illā eſſe
circuluȝ.Plato vō dixit eam eſſe numerū ſeipſuȝ mo-
uentē:⁊ q̄ꝛ hęc p̄ncipia ſunt cōtraria:fit vt mot' aīalis
nec rectus ſit:nec circularis. ⁊ ita mixt' ex vtroq̄ȝ qui
vocat̄ ꝓgreſſiu' ab Ariſto.in lib.de cā motuū aīaliuȝ.
❡ Ex h̄ ſeq̄t̄ vt cęluȝ moueat̄ motu aīali : ⁊ ſimplici.
aīali q̄deȝ:q̄ꝛ p nullā inclinationē nālez. Simplici vō
per carentiā diuerſoꝝ p̄noꝝ. ❡ Sȝ circa hęc quęres p̄: Nō q̄ꝺo mo-
vtruȝ elr̄nto p̄dominanti cōpetat aliqua actio pro effi- tus elr̄nti p̄do
ciendo motu mixti:ſiue mixtū ſit animatū:ſiue in ani- minātis eſt.
mę.⁊ videt̄ ꝙ ſic:q̄ꝛ Auerroes p̄mo cęli. cōmen.9.ait.
motum mixti eſſe ab elemēto pręđominante : qđ non

eſſet:niſi elńtũ ageret ꝗcꝗ̃ in motu illi⁹. ⁋ Scd̃o niſi elńtuꝫ ageret in motu mixti aĩalis:nõ eſſet mot⁹ ꝓceſſiuus per cõtraoperantiã.naꝫ nulla ibi eſſet reſiſtẽtia: ⁊ nulla repugnãtia.

Pō Joan. ⁋ Joãnes p̊ cęli tenet ꝙ qñ ipſuꝫ mixtũ moueť ab elńto ꝑdominãte vt lapis: tũc mot⁹ eſt effectiue ab elńto ꝑdominãte. Jmaginať eniꝫ motum illuꝫ p̊ cõpetere elńto ꝑdominãti ⁊ eſſe effectiue ab elńto ꝑdominãte. Scd̃o eſſe mixti. Mixtũ.n.moueri dicit motu elńti ꝑdominãtis: nõ vt ſubm̃ p̊mũ:⁊ agẽs p̊m. Sꝫ elńtuꝫ ꝑdominãs moueť vt ſubꝫ p̊m ⁊ mouens p̊m. Et ſic vult elńto cõpetere quãdaꝫ efficientiã reſpectu mot⁹ mixti.perſuadet Joãnes poſitionem:qꝛ mixtũ ipſuꝫ (vt ſenſu pꝫ) moueť: aut ab elńto ꝑdominante effectiue:aut ab elńto exuperato: aut ab vtroqꝫ. nõ ab elńto exuperato:qꝛ a ꝓportiõe minoris inęqualitatis nõ ꝓuenit actio.nõ ab vtroqꝫ:qꝛ tũc eẽnt ęꝗpotentia. Et ſic eſt mot⁹ aĩalis:⁊ bĩ ꝙ ſaltẽ ꝑticulꝛ̃ elńtuꝫ ꝑdominãs cõcurrit vna cũ aĩa.igiť ab elńto ꝑdominãte. Scd̃o illud dꝫ moueri a nã elńti ꝑdominãtis: cuius p̊n̊m mot⁹ in ſe bꝫ. Sed mixtũ bꝫ p̊n̊m elńti ꝑdominãtis:vt lapis in ſe bꝫ p̊n̊m mot⁹ terre.vꝫ.grauitateꝫ.igiť elńtuꝫ ꝑdominãs ꝯcurrit effectiue. Et ita vult Joãnes in mixto inaĩato elńtũ ꝑdominãs eſſe totale efficiens motũ. Jn mixto aĩato vt in ipſo aĩali: eſſe saltez ꝑtiale efficiẽs.

Confutatio ⁋ Sed Joãnes errat in duob⁹. p̊mo qꝛ nõ vĩ verũ ꝙ elńtuꝫ ſit p̊m mobile in mixto inaĩato. ⁋ Tuꝫ quia mot⁹ p̊ cõpetit mobili ꝑ ſe:ꝗ̃ mobili per accidẽs: at mobile per ſe eſt totũ mixtũ:elńtuꝫ mobile per accidens:qꝛ moueť vt ꝑs mixti.igiť mixto cõpetit primo. ⁋ Tum 2°:qꝛ ſi cõpeteret elńto p̊mo mot⁹ ille: deinde mixto:tunc mixtũ moueret violenter:qꝛ motu tract⁹. Scd̃o errat:qꝛ nõ vĩ verũ elńto cõpetere aliquaꝫ efficientiaꝫ reſpectu mot⁹ mixti:qm̃ oẽ qd̃ agit: agit vt eſt in actu:at forma elńti in mixto non eſt in actu:qꝛ ſiue ſit vera poſitio latinoꝝ: ſiue poſitio Auer. de mixtiõe: nunꝗ̃ forma elńti eſt actu in mixto : ſed vel virtualꝛ̃: vt latini ſentiunt:vel diſpoſitiue ⁊ mõ medio inter potentiã ⁊ actũ: vt Auerroes tenet.elńtum igiť non agit.

Poſitio Auer. ⁋ Propterea tenẽduꝫ eſt de mẽte Auer. ꝙ id qd̃ per ſe moueť eſt ipm̃ mixtũ:id v̊o qd̃ per ſe agit motũ:eſt forͣ ipſi⁹ mixti vltia ⁊ ꝓpᷓa:quecũqꝫ ſit illa: quę in mã recepta eſt mediãtib⁹ formis elńtoꝝ. Ubi debes ſcire ꝙ lꝫ diſpõ alicui⁹ formę nõ agat per ſe: eſt vel põt eſſe cõditio:⁊ ꝗ̃ſi diſpõ agẽdi. Ueluti calitas ignis reſpcũ formę ignis. ⁋ Ex ijs ſeqť ꝙ id qd̃ per ſe p̊ agit motũ mixti:eſt forma mixti.hęc.n.mouet corp⁹ mixti in quo eſt:⁊ moueť.moueť.n. vt in mã. Mouet v̊o vt forma. Scd̃o ſeqť.ꝙ p̊mo p̊mitate diſpõnis mixtũ mouetur ab elńto ꝑdominãte:ſiue forͣ illi⁹.vt.n.ignis calefacit: nõ quaten⁹ ignis:ſꝫ quaten⁹ calidus:ſic forͣ mixti mouet quaten⁹ affecta forͣ elńti ꝑdominãtis. Et ita mixtũ moueri ab elńto ꝑdominãte eſt mixtũ moueri diſpoſitiue ab illo:⁊ p̊ncipalꝛ̃ ab ei⁹ forma. ſeqť.3.aĩal moueri motu ꝓceſſiuo cõpoſito ex recto ⁊ circulari ab aĩa:ſed quaten⁹ afficiť a diſpõne elńtaria aliquo mõ. ⁋ Propterea vĩ aliqua cõtraoperãtia hic. Tũc pꝫ rõnes Joãnis nullas eẽ. Prima ꝗdẽ nõ:qꝛ nõ moueť mixtuꝫ ab elńto:ſed ab aĩa:diſpoſitiue ab elńto. ⁋ Ad 2m pꝫ ſolo etiã per ideꝫ.nam p̊n̊m mot⁹ mixti nõ eſt elńtũ:ſꝫ aĩa a qua eſt oĩs mot⁹:lꝫ quaten⁹ afficiť diuerſa diſpoſitiõe. ⁋ Ad rõnes p̊ncipales pꝫ ſolo per dcã in qõne.auctoritas eniꝫ Auer. intellꝛ̃ motũ eſſe ab elńto ꝑdominãte diſpoſitiue:⁊ nõ p̊ncipalꝛ̃. ⁋ Ad 2m dcm̃ eſt:motũ aĩalis eſſe p̊enit⁹ ab aĩa effectiue. Sꝫ quaten⁹ aĩa afficitur diſpõne elńtaria:ſic dĩ per cõtraoperãtiã. Hęc d̃ qõne hac dicta ſatis:qꝛ p̊mo cęli dicem⁹ diligẽti⁹.

De cauſis laboris. ⁋ Scd̃o occurres quot ſunt cauſę laboris:ꝗbuſue aliꝗd moueť cũ pęna. Dici põt cãs pęnę ⁊ laboris eſſe tres. Remotiſſimã ꝗdeꝫ eẽ mãꝫ.nihil.n.põt cũ labore moueri:niſi ſit in mã:nõ tñ oẽ exñs in mã:moueť cũ labore.graue enim nõ laborat in deſcendendo. Remotam v̊o eſſe ꝯrietatẽ p̊ncipioꝝ mot⁹:mõ quo expoſuim⁹.nihil eniꝫ moueť cũ labore:niſi cõponať ex p̊ncipijs ꝯrijs: nõ tñ oẽ tale moueť cũ labore. Mixtũ.n.terraceuꝫ nõ moueť cũ labore: ꝓxima demũ cã eſt ſpirituũ reſolo: hac eniꝫ ſtante eſt labor:⁊ hac remota ceſſat labor. Et propterea cã hęc cũ cõuertibilis ſit cũ effectu : ꝓxima hĩ: quib⁹ pꝫ cęluꝫ ob tria nõ moueri cũ labore: ⁊ qꝛ caret cauſa remotiſſima.vꝫ.mã. Et qꝛ caret cã remota.vꝫ. p̊ncipioꝝ mouentiũ contrarietate:⁊ qꝛ caret proxima cã.vꝫ.reſolone ſpirituũ. ⁋ Utrũ v̊o cęlum reſiſtit intelligẽtię. Et quo reſiſtentię genere:ſcribim⁹ in lib. de ſtructio deſtructionũ.⁊ in 2° cęli ſcribemus.

Du° ꝯ dicta. ⁋ Sꝫ id qd̃ cõtra dicta eſt dubitatiõe digꝰuꝫ eſt:qꝛ Plato voluit cęluꝫ ſuſtineri ab aĩa. Cõtra quẽ Ariſto. 2° cęli. vt Auerroes deducit.cõmẽ.6.intulit:ꝙ tũc cęlũ moueret cum labore. Et cõſtat vbi eſſet vera poſitio Platonis: nõ eſſe in cęlo ſpirit⁹ reſolubiles. igiť reſolo ſpirituuꝫ nõ eſt niſi caſſa per accidens laboris.

Solutio. ⁋ Dici põt ꝙ lꝫ Plato nõ dicit cęluꝫ cõſtare ex ſanguine aliquoue humore:tñ ad ipſum ſeqť cęluꝫ conſtare ex ſanguine. Et ita reſolutione ſpirituũ laborare.cum enim Plato ponat in cęlo animã:⁊ cęluꝫ eſſe graue ab illa ſuſtentabile:mox ſequiť ipſuꝫ eſſe vnum aĩal vt ſublunare aĩal eſt. Et ipſuꝫ eſſe cõpoſitũ ex humoribus.

⁋ Et cuꝫ ita ſit:ſequiť ꝙ illa natura eſt : quae facit ipſum eſſe corpus:neqꝫ leue: neqꝫ graue:⁊ moueri circulariter.

Cõmen. 6. ⁋ Ex ijs modo declaratis.vꝫ.ꝙ principiũ mot⁹ ſit aĩa: infert quãdam cõcluſionem.vꝫ. ꝙ illa natura quę eſt cęli anima:efficit cęlum ipſuꝫ corpus:⁊ neutrũ:hoc eſt neqꝫ leue neqꝫ graue.

Qualis ratio Auer. ⁋ Debes ſcire ꝙ non valet : nã ſiue forma alicuius compoſiti eſt anima.igiť compoſitum nec eſt leue:nec graue.nam forma leonis eſt aĩa:⁊ tñ leo eſt ꝗd graue. Sed hoc pacto valet : nã ⁊ forma: ſiue principiũ quo mouetur aliqd̃ compoſitum eſt aĩa tm̃:⁊ nihil aliud ſiue principalꝛ̃:ſiue diſpoſitiue.igitur tale compoſitũ eſt neqꝫ leue:neqꝫ graue: ſꝫ corp⁹ neutrum:⁊ hoc pacto eſt cęluꝫ.eſt eniꝫ eius forma:ſiue p̊ncipium:quo moueť anima tm̃:⁊ nihil aliud: vt fuit expoſitum.

Quale cęluꝫ ⁊ ꝑpter quid tale. ⁋ Scd̃o animaduerſione dignũ ꝙ cęluꝫ nõ eſt neqꝫ graue:neqꝫ leue ꝓpter omnes cãs:ꝓpter finẽ quidem:qꝛ ſi ipſuꝫ cęlum eſſet aut graue:aut leue:eius motus eẽt cum labore:⁊ nõ perpetu⁹: vt igiť eſſet motus ſine labore ⁊ perpetuus:cęlum neceſſario fuit neutrum. ꝓpter materiã v̊o:qꝛ cęlum ipſum nõ eſt elńtuꝫ: nec elementariũ ꝗd.quod eius motus indicat : qui eſt nec e medio:nec ad mediuꝫ : ſed circa medium. ꝓpter formã v̊o:qꝛ talia ſunt accidentia alicuius compoſiti: qualia forma illius requirit. Diuerſitas.n.formarũ eſt cauſa diuerſitatis ſubiectorum ⁊ quo ad quãtitates ⁊ qualitates ⁊ id genus : vt Auerroes inquit primo cęli. cõmen.5.potius eniꝫ forma neceſſitat materiã: ꝗ̃ materia formã:vt in exemplo de mẽbris leonis ſolet adduci ex p̊mo de anima. Propter cãm efficientẽ tandẽ: qꝛ intelligentia ſui natura non eſt apta agere niſi neutralitatem.efficit enim motum neutrũ: ita ⁊ naturam neutram. Et ſic patet qd̃ Auerroes inquit.

⁋ Et animali qd̃ eſt hic contingit nõ moueri

circulariter: niſi qꝛ eius anima conſtituit̄ per corp⁹: quod mouetur motu recto: ⁊ ſic opponitur declinatio hic.

Cōmen.7. ¶ R̄ndet ad tacitū cauillum: qꝛ dictū eſt motū circularem eſſe ꝓprium aīe: quaten⁹ anima eſt. cōtra cauillaret aduerſari⁹: qꝛ vbi ita eēt: tūc aīalia ſublunaria mouerent̄ circulariter: qꝛ illa h̄nt aīas: quoꝝ ꝓprium eſt mouere circulariter. cui Auerroes reſpōdet aīalia quę ſunt hic: ideo non moueri circulariter: qꝛ h̄nt animas: quę cōſtituūtur ineſſe per corpus: qđ ſuapte nā̄ mouetur motu recto. vz. a ꝑdominio el'nti grauis vel leuis: q̄ rōne illi animę opponit̄ declinatio: ſiue mot⁹ ꝑcedēs ab altera qualitatū elemētariū: ex cuius oppoſitiōe: vt dcm̄ eſt: redūdabat mot⁹ ꝓceſſiu⁹ aīalis. ¶ Sꝫ occurres: qꝛ vt celi ſūt pp̄ animas eoꝝ: ſic aīalia ſublunaria ſunt p̄ncipal'r ꝓpter animas. igit̄ motus hoꝝ aīalium nō eſt niſi circularis: ⁊ aīe tm̄. añs vo deducit̄ p̄mo politicę. capite.3. vbi perſuadet animā corpori ꝑdominari: ipſumqꝫ regere ⁊ gubernare. Ideꝫ p̄ de aīa. per Ar. ⁊ Auerroē cōmē.53. vbi a p̄te indicāt aīalia ⁊ corpora eoꝝ eſſe pro natura aīarū. ¶ Amplius entitas: eſſe ⁊ vnitas eſt a for⁹: vt Auerroes ꝓ^to^.7. li.2° de aīa. ¶ P̄. Idem 2° phyſi. ⁊ textu cōmē.26. Et p̄ celi cōmen.72. ſemp enī habet̄ ipſas mā̄s eſſe pp̄ formas: ⁊ corpora ꝓpter aīas. igit̄ ſemp corp⁹ mouet̄ per qualitate ⁊ nā̄ aīe: ⁊ ita nō niſi circulariter. ¶ Iam diximus ꝙ mot⁹ aīalis mixti eſt mixtus: a ꝑdominio aīalis. in motu. n. ꝓceſſiuo plus eſt de circulari: quatenus eſt ab eodē in idē: vt clariſſime ꝯſtat in motu pulſus: qui dilatatione ⁊ ꝯſtrictione agit̄. Minus vo de recto: quatenus aīa illa afficit̄ aliqua ex p̄te a diſpōne elemētaria: quę ꝑdominat̄. rōnes igit̄ cōcludunt ꝙ corpora ſunt pp̄ aīas p̄ncipal'r: nō tm̄ eſt dicēdū nullo pacto aīas eſſe ꝓpter corpora: imo aliquātulū ſunt pp̄ corpora: cōſtituunt̄ enim in eſſe per illa. Et ꝓpterea motus illoꝝ eſt plus circularis. Minus vo rectus.

¶ Sed qꝛ aīa quae eſt in corpore coeleſti nō eſt īnata moueri circulariter ab eo: quod eſt īnatum circulariter moueri: qꝛ nō eſt anima in eo vt in corpore graui aut leui: cū ipſum moueat̄ ex ſe ⁊ ab anima: ideo animā habet tm̄: ⁊ non habet aliud principium.

Cōmen.8. ¶ Confutato cauillo vr̄ mihi ꝙ ideꝫ repetat per aliud mediū. ꝓbauit enī celum nō h̄re aliud p̄n^m ſui mot⁹: niſi aīaꝫ tm̄. ⁊ hoc ex qualitate motus: quo celū ipſū mouet̄: nūc ideꝫ ꝑſuadet per rōnē ſupradictā a qualitate aīe celi. Et vtit̄ enthimemate ſic: aīa celi nō motur ad motū celi. igit̄ celū nō hꝫ aliud p̄n^m ſui motus p̄ter aīaꝫ. Dico aliud nec p̄ncipale: nec diſpoſitiuū. añs ꝓbat̄ in textu per hoc qđ fuit ꝓbatū: qꝛ aīa celi nō eſt in celo: veluti in corpore graui eſt ei⁹ forma: vtpote mediantib⁹ diſpōnibus qualitatiuis ⁊ quātitatiuis. Et ꝙ vero aīa celi nō ſit in celo vt in corp̄e graui: pꝫ qꝛ celū mouet̄ a ſe hoc eſt ab aīa eius: ⁊ nō a generāte: vel remouente ꝓhibēs: vel alio id gen⁹. Et ſic pꝫ añs. ꝯñtia tenet: per ea quę dixit. oīs enī forma elemēti v'l elemētaria cōſtituit̄ per ſubm̄: ⁊ hꝫ ſecum diſpōnes: qb⁹ afficitur ad motū aliū ab eius forma. igitur quę non conſtituit̄ per ſubm̄: erit omnino ſimplex motus p̄ncipiū. ¶ Animaduerte ꝙ textus inuenitur hic multifariā. Ego vo non legi eum in ꝓpria lingua: ꝓpterea vt habui: expoſui: tu non multum cures verba.

¶ Et qꝛ mouet̄ circulariter: ſcimus ꝙ ꝓpriū illius animae ſm̄ qđ eſt aīa: eſt mouere circulariter. Natura igitur iſtius corporis non eſt niſi natura animae mouentis in loco.

¶ Demū a poſteriori dat ſignū: vnde ſcitū eſt ꝓprium aīe eē mouere in loco. Et ingt: ⁊ qꝛ celū mouet̄ circulariter: ſupple ⁊ a nullo alio p̄n°: nec effectiuo: nec reſiſtitiuo: niſi ab aīa. Scim⁹ ꝙ ꝓpriū illius aīe ſm̄ ꝙ eſt aīa eſt mouere circulariter. eſt enim hęc demō ſigni. Cōmen.9.

Demū epylogat đ forma celi: ⁊ ait. nā̄ igit̄ ideſt forma iſtius corporis nō eſt niſi nā̄ aīe mouētis in loco. H̄ eſt. forma igit̄ celi eſt aīa tm̄: ⁊ nihil aliud. hęc Auerroes de forma. ¶ Sꝫ occurres: ſi mot⁹ celi ꝑficiſcit̄ ab aīa Dubitatio tm̄: nullo alio p̄n° reſiſtēte: nec celo ipſo reſiſtēte: tunc motus celi eſſet ſubitarius: qꝛ motor celi mouet ſcd̄m vltimū ſuę potētię apud Auerroē. ⁊ nō pro voluntate. Et nihil ſibi reſiſtit mobile. ¶ De reſiſtētia celi multa ſcribim⁹ in lib. deſtructio deſtructionū: ⁊ dicem⁹ in libro celi. ¶ Nunc vo quātū ꝓpoſito ſeruit aīaduerte ꝙ duplex eſt reſiſtētia. altera ad motum: qūo graue reſiſtit trahenti ſurſū. Altera ad terminū motus: qūo graue reſiſtit pellenti deorſū. nō. n. reſiſtit ad motū: qꝛ inclinat̄ ad illū motū: ſed ad terminū mot⁹: qꝛ ſui nā̄ eſt aptū natū tanta velocitate deſcendere ⁊ fieri in terminū ad quē. ¶ In ꝓpoſito celum ipm̄ nō reſiſtit motori ſiue aīe ad motū: qꝛ ſic eēt cū labore mot⁹ celi. Sed reſiſtit ad terminū mot⁹: qꝛ celū nō eſt aptū velocius fieri in terminū ad quē: ꝙ mouet̄. vt p̄ celi. ꝓ^to^ 100. coll'it̄ v̄ſus finē. ¶ Sꝫ replicabis ⁊ acute. vñ celū hꝫ ꝙ reſiſtat. nō enī a potētia ſubiectiua: quę ſe hꝫ vt mā̄. nec a forma media: quam poſuit Thomas. nec ab intelligētia: qꝛ tūc idē reſiſtēt ſibi. ¶ Dici pōt illud de celo ipſo: qđ dr̄ de hoīe apđ latinos. Hęc. n. qđ fieri pōt de hoīe. Et ꝓpterea vt de hoīe dr̄. ꝙ ipſe p̄ ſe formal'r aīe reſiſtit. effectiue vo hꝫ ab aīa ꝙ reſiſtat: qꝛ ab aīa hꝫ eē: ⁊ oīa accn̄tia ipſi⁹: quoꝝ vnū eſt reſiſtere mouēti. Sic de ipſo celo dici pōt. Celū. n. a ſeipſo hꝫ ꝙ reſiſtat: ⁊ ab aīa: a ſeipſo qdē per ſe ⁊ formal'r: ab aīa effectiue: quatenus hꝫ eſſe: ſpēꝫ: ⁊ oīa accn̄tia ab illa: quoꝝ vnū eſt reſiſtere. Et cū dr̄. igit̄ ideꝫ reſiſtit ſibi: dico h̄ nō eſſe ipo'e mediate. imediate enī nihil reſiſtit ſibi. Sed mediāte aliquo: qđ efficitur ab ipſo: pōt ſibi reſiſtere. ¶ Adhuc acutius replicabis: qꝛ tūc per ideꝫ poſſem dicere el'ntū abſqꝫ oī medio extrinſeco reſiſtere ſuę formę: qꝛ ab ea dici pōt el'ntū h̄re oīa accidentia: quoꝝ vnū eſt reſiſtere. Et ita in vacuo poſſet eē mot⁹ cōtra Auerroem 4° phy. cōmē.71. ¶ Dici pōt ſec⁹ eſſe de forma: quę eſt nā̄: ⁊ de forma quę eſt aīa. forma. n. quę eſt natura eſt determinata ſui aptitudine ad vnū: ideo qcq̄d efficit: aut informat: efficit aut informat determinatū ad vnū. Et ꝓpterea forma elemētaria non pōt ꝓducere in elemēto reſiſtētiā aliquā. Et hac rōne appellat̄ ab Auerroe decliatio. Forma vo quę eſt aīa: ea rōne qua eſt aīa: nō eſt determinata ad vnū. habet enī anima: vt aīa quādā diuerſitatē. Et ꝓpterea pōt efficere ⁊ informare quicq̄d efficit aut informat: non determinando ad vnū. Et hac rōne pōt efficere reſiſtentiam in celo: qua celum illi reſiſtat per ſe. Et ſic nō eſt ſimile. Hęc de reſiſtentia.

Dubitatio

Solō de reſiſtentia celi.

Repli°

Solutio

Repli°

Solutio

¶ Sꝫ qꝛ natura corporis eſt alia a natura animae: qꝛ eſt cōpoſitū. Et neceſſe eſt mouens ⁊ motum eſſe diuerſa: neceſſe eſt cōſiderare de natura illius corporis.

¶ Hactenus

Cõ.10. ¶ Hactenus de ea celi pte: que se tenet loco forme vt de aia eius: nũc vult log de ea celi pte: que se tenet loco materie. ⁊ pmo pponit intentionẽ eius ⁊ cãm intentionis. Intentio est log de ea celi parte que se habet vt mã. causa intẽtionis est: qa illa est diuersa a forma celi. ⁊ ideo indiget ↄsideratione diuersa. ⁊ ꝙ illa sit diuersa a forma celi declarat per hoc: qa ipm celũ est cõpositum ex mouente ⁊ moto: que sunt diuersa. Et ppterea intẽtio erit log de ea celi parte que in celi cõpositione tenet locũ materie. Et tũc cõplebitur ↄsideratio: qa totum cõpositũ nõ scitur nisi a nã cõponentiũ. ¶ Quo vo ad verba attinet: debes scire ꝙ eam celi partẽ que se tenet loco materie Auerroes appellat corpus: nõ ꝙ sit corpus per aliam formã ꝙ per intelligẽtiam. vt expositores crediderũt: sed qꝛ vt dixi refertur ad animã. intelligẽtia enim põt ↄsiderari vt aia rõnalis. nam vt aia rõnalis ↄsiderata vt forma refertur ad mãm: ⁊ est actus materie. ↄsiderata aũt vt aia refertur ad corpus ⁊ est actus corporis: sic intelligẽtia si ↄsideretur vt forma: refertur ad mãz ⁊ est actus materie. si ↄsiderer vt aia refert ad corpus: ⁊ est actus corporis. ⁊ ppterea illa celi pars que se tenet loco materie. dicit nũc mã: nũc corpus. mã gdem rõne habita ad intelligẽtiã quatenus illa est forma: corpus rõne habita ad intelligẽtiã quatenus illa est aia. Hec de intẽtione rei dicẽde.

Quot modis dica celi ps q se tenet loco materie.

¶ Et qa declaratũ est hoc corpus esse ingenerabile ⁊ incorruptibile: apparet quod est necesse vt sit corpus simplex non cõpositum ex materia ⁊ forma. Et quia est indiuiduũ demõstratum: ⁊ ens demonstratum in actu. ⁊ habens vnam figuram in actu: ⁊ omnia ista sunt in corpore ppter materiã: ⁊ sunt in materia propter formaz: necesse est vt hoc corpus coeleste sit mã aialium coelestiuz: quae mouent circulariter ex se: ⁊ vt sit perfectius modis coeteris materiae. nõ eniz est in eo de potentijs nisi potentia in loco. ⁊ de motu locali nobilior omnibus. s. circularis: quẽadmoduz habet nobilissimam ⁊ perfectissimã figuram: scilicet sphaericam.

Cõmẽ.11. ¶ Nunc psegtur. ⁊ pmo infert corpus illud qd se tenet loco materie: esse simplex: ⁊ inquit. ⁊ qꝛ declaratuz est hoc corpus qd supple se tenet loco materie esse ingñabile ⁊ incorruptibile veluti totum celũ: cuius est pars: apparet qd est necesse vt sit corpus simplex hoc est nõ cõpositũ ex mã ⁊ forma. supple nec vniuocis nec equiuocis. vt in qõne patuit. hoc est pm. Scdo declarat hoc corpus esse mãm aialium celestiũ. ⁊ ingt. ⁊ qꝛ est indiuiduum demonstratũ: ⁊ ens demõstratũ in actu: ⁊ hñs figuram in actu. ⁊ tu potes referre hec ad eam celi partem: que se tenet loco materie. vt sit sensus: ⁊ qꝛ ea celi pars que est loco materie est indiuiduuz demõstratũ: ⁊ ens demõstratũ in actu: ⁊ habens figurã in actu. ⁊ nõ intelligas preter intelligẽtiam: sed ꝙ oia hec habet ab intelligẽtia. Melius referẽda sunt oia hec ad animal ipm celeste. ⁊ tunc erit sensus: ⁊ qa celum ipsum aialqꝫ celeste: qd dicebatur cõponi ex aia ⁊ corpore est indiuiduum demõstratũ: ⁊ ens demõstratũ in actu: ⁊ habens vnaz figurã in actu: ⁊ oia ista sunt in corpore: siue in cõposito aiali propter mãm: non absolute: sed quatenus sunt in mã ppter formaz: ppter hoc necesse est vt hoc corpus celeste: qd est altera pars talis aialis: ⁊ mediãte qua hec insunt illi aiali: sit materia aialiuz celestium: que mouent circulariter a seipsis sine omni extrinseco motore: per quã hec ⁊ silia celo insint. Sic igitur pꝫ illã celi partez esse mãm. ppterea qꝛ per illã insunt celo accidentia mãlia vt sunt indiuidualitas ⁊ figura et id genus: qd erat zm. ¶ Debes scire ꝙ accidentia mãlia pficiscũtur siue emanant a cõposito: ⁊ insunt cõposito. quatenus gdem emanant a cõposito: causa illoꝝ est forma. quatenus vo insunt cõposito: causa illoꝝ est materia. naz forma est agendi ratio. mã vo ratio patiẽdi ⁊ subyciẽdi. Et ppterea notatur pmo physicoꝝ. ꝙ materia cuz forma causa est oium accidentiũ in cõposito. Ideo dixit hic Auer. ꝙ eiusmodi accidẽtia insunt cõposito celesti ppter mãm: ⁊ materie ppter formaz: qꝛ materia celi ⁊ forma celi sunt cause illoꝝ. forma gdez causa est illoꝝ vt e celo fluant. materia vo vt illis celũ subyciatur. ⁊ sic pꝫ zm. Tertiuz qd infert: est vt talis celi materia: qd dictũ est esse corpus: sit pfectior ceteris modis materie ppter tria. Primo: qꝛ hec materia celoꝝ de potentijs non habet nisi potentiã in loco. ⁊ non potentiã ad corruptionez. Secũdo: qꝛ habet potentiã ad motum pfectissimũ oium motuũ. vz. circularez. Tertio: qꝛ afficitur illa celi materia nobilissima figura: vtpote sphẽrica. est enim illa celi materia sphẽrica: ppter has tres eminẽtias est pstatior ceteris modis materie. ¶ Ex ijs pꝫ Auerroem voluisse hanc celi mãz preeminere materijs corruptibilib' nõ rõne eẽntie: sed ratione potentie: rõne actus: ⁊ rõne cõditionis: qua subycit actui. rõne gdem potentie: qꝛ potẽtia celi ⁊ illius materie nõ est ad actuz corruptiuũ: sed pfectiuum. rõne autẽ actus: qꝛ circularis motus est nobilior oibus motibus: rõne cõditionis quo illũ actũ suscipit: qꝛ celum est sphẽricuz. Aliter non moueretur circulariter: que figura est accidens pstantissimum.

Qualr accĩtia insunt cõposito ⁊ celo.

Propter qd mã celi est pstatior alijs.

¶ Et qa declaratũ est de formis coelestibus ipsas non habere constitutionẽ per corpora coelestia. Cnam si haberẽt: tũc mouerent ex se per accidens: ⁊ indigerent moto ex se primo ⁊ essentialr. declaratũ est enim in octauo physicoꝝ. ꝙ mota ex se: que sunt hic vna essentia in specie: reducunt necessario ad mouens essentialiter ⁊ motuz. ⁊ ꝙ sit cõpositũ ex vno mouente ⁊ vno moto primo. ⁊ ꝙ illud mouens nõ sit potẽtia in corpore oino.) videt ꝙ formae corpoꝝ coelestiũ ⁊ maxima forma vltimi ↄtinentis sit quodãmodo aia: scilꝫ propter appetitũ existentez in eo: ⁊ mouere sit quodãmodo intellectus. ⁊ sit forma simplex per quaz animal coeleste cõponit ex vno mouente ⁊ vno moto.

¶ Qualis sit celoꝝ mã: declarauit. nũc obiter interponit declarare qualis sit. naz aia celi: vt hinc pcedat ad declarationẽ maiorẽ ipsius materie. declarat aũt qualis. naz sit forma celi per dñiam ad aias aialiũ sublunariũ. ⁊ per ea que totiẽs sunt exposita. ⁊ cõcludit ꝙ forma celi potissimũ illa pmi mobilis sit aia ⁊ itellectiua ⁊ forma simplex. hoc aũt pbat per hoc: qꝛ non ↄstituitur per corpus celeste: ⁊ ꝙ non cõstituatur per corpus celeste. pbat per hoc: qꝛ tũc moueret a se per accidens: vt aiã aialium sublunariũ. ⁊ ita celũ nõ esset pm motuz Cõmẽ.12.

a ſe:ſed indigeret alio p̄mo moto a ſe ⁊ eēntialr̄:ad qd̄ reduceret̄:q₂ declaratum eſt 8° phyſic̄.ꝙ mota a ſe vt aīalia:quę ſunt hic apud nos vna eēntia in ſpecie.i.cōpoſita ex pluribus in vna eſſentia ſpecie:reducunt̄ neceſſario ad vnuz p̄m mobile qd̄ mouet̄ a ſe p̄mo ⁊ eēntialiter:qd̄ etiā eſt cōpoſituz ex vno moto p̄mo ⁊ vno motore p̄mo:qui motor p̄mus non eſt virtus in corpore ꝯſtituta per corpus.igit̄ ſi aīa cęli moueret̄ per accidens a ſe:oporteret eſſe aliud p̄m mobile a ſe:ad quod ip̄m cęlū reduceret̄.Cum igit̄ hoc ſit impoſſibile:ideo ſequit̄ vt forma cęli maxime forma p̄mi cęli ſit anima ⁊ intellectiua ⁊ forma ſimplex.aīa q̄dem ob appetitū. appetitus enim ꝯſtituit graduz aīatoꝝ:vt dr̄ 2° de aīa. Intellectiua vō ob motuz:qui eſt quodāmodo intellectus ſiue rōnale.eſt enim in tāto ordine ⁊ in tāta regula:vt ſit rationale.forma vō ſimplex ex qua vt ab vno motore:⁊ cęlo efficit̄ aīal cęleſte.pro tāto:q₂ non cōſtituit̄ per ſubm.

*Qualis cęli aīa et q̄lis ei⁹ appetitus.*

¶ Debes ſcire:vt colligit̄ 12° metaph. cōmē.36.ꝙ cęluz eſt aīatum ⁊ aīal aīatione:⁊ aīalitate ęquiuoce dicta.pro quāto de v̄tutib⁹ aīę ſolū habet appetituz ⁊ intellectū.⁊ hac rōne aīa cęli eſt aīa appetitiua.appetitu nō q̄dez ſenſitiuo:ſed intellectiuo.

*Quare vlt^m cęlū dr̄ maxie p̄^m motū a ſe.*

¶ Secūdo debes ſcire ꝙ p̄mitas moti a ſe potiſſimuz attribuit̄ cęlo vltimo:ſiue ſit 8^m:ſiue ſit 9^m:ſiue 10^m: ꝓpter duo.p̄mo:q₂ motor eius mouet ꝓpter ſe:⁊ gr̄a ſui.cęteri vō motores ⁊ ſi moueant ꝓpter ſe:non tn̄ gratia ſui: ſed gr̄a p̄mi:vt dictuz eſt.Scd̄o:q₂ p̄^m cęluz cęteros orbes mouet ſui motu:quo.vz.mouet̄ vtpote motu diurno.Ip̄m aūt a nullo orbe ſup̄iori mouet̄.recte igit̄ hęc p̄mitas illi tributa eſt.

*Quare mot⁹ cęli eſt intellectiuus.*

¶ Tertio:debes ſcire ꝙ ꝓpter tria motus cęli p̄mi dr̄ intellectiuus ſimillimuſq₃ ipſi intelligere.Primo:q₂ eſt regulariſſimus.nam ꝓceſſus regularis intellectui ſolet attribui.Scd̄o:q₂ eſt inorganicus.vt.n.intellectio fit:⁊ per nullā determinatā corporis ꝑticulaz explet̄:ita motus cęli ꝑficiſcit̄ ab intelligētia:⁊ per nullā determinatā corpis ꝑtē.talē.n.opationem ſemꝑ Auer̄.intellectiuā eſſe ait.vt 7° metaph. cōmē.31.de actione formatiua:quā ait eē diuinā ⁊ intellectualem ꝓpter hāc rōnem:q₂ eſt inorganica. Tertio dici pōt talis mot⁹ intellectiuus:q₂ ꝑficiſcit̄ a motore ⁊ moto in māli̅bus.ambo.n.ſunt ſeparati a mā̄:⁊ vl̄es aliq̄ modo:veluti intell's:⁊ intellectio ipſa.

¶ Ecōtrario de aīalibus quae ſunt hic.apparet enim ꝙ mouens cōponit̄ ex duobus mouentibus:ex aīa.vz.⁊ re deſiderata extrinſecus mouente animā.⁊ ideo motū inuenitur in eis cōpoſitum non ſimplex.

Cō.13. ¶ Nūc oſtēdit eſſe pęnitus ecōtrario in aīalibus ſublunaribus.dictū eſt.n.tam motorē q̄₃ mobile eē ſimplex in cęlo.aīa.n.cęli eſt oīno ſimplex ⁊ vna:et ip̄m mobile:qd̄ ſe tenet loco materię:eſt ſimplex ⁊ vnū.In aīalibus aūt ſublunaribus eſt ꝯ̄riū ⁊ de motore ⁊ mobili. De motore q̄dez:q₂ motor cōpletus ⁊ totalis aīalis eſt aīa ipſa ⁊ appetibile:qd̄ ad ex̄ mouet vt finis:ad intra mouet:vt agēs:vt dicemus.De mobili vō q₂ cum ip̄m mobile debeat ꝓportionari motori:etiā ip̄m debet eē cōpoſitū ex mobili:qd̄ mouet̄ ab appetibili ⁊ eſt pars ſenſibilis.⁊ ex mobili qd̄ mouet̄ ab aīa ipſa appetēte: ⁊ eſt pars corpea mixta:quę ab aīa mouet̄ motu locali.

*Qualis cōpō ē in motore ⁊ moto in aīalibus iſtis.*

¶ Debes ſcire in aīali ſublunari duo eē ex ꝑte motoris.duo vō ex ꝑte mobilis.Ex ꝑte q̄dem motoris eſt aīa ipſa:quę mouet mēbra:⁊ finis ꝯceptus:q₂ vt in aīa mouet effectiue:vt extra aīaz mouet vt finis:vt dicit̄ 12° meta.cōmē.36.nō enim pōt aīa mouere membra: niſi ſint ſenſus ipſi moti ab ipſis ſenſibilibus:vt dicit̄ 3° de aīa.⁊ textu ⁊ cōmēto.48. Ex ꝑte aūt mobilis eſt pars ſenſitiua ſiue cōcupiſcibilis:quę apta eſt moueri a p̄concepto fine:⁊ eſt corpus ip̄m mixtū in actu:quod eſt aptū moueri de loco ad locuz a talibus motibus:⁊ ſic pz̄ dr̄ia aīalium illoꝝ ab iſtis.

*Dubitatio*

¶ Sed occurres:q̄a hoc pacto videt̄ cōpoſitus motor cęli intermedij.intelligētia enim ſolis nō mouet ſolez niſi p̄concipiat finē p̄^m:gr̄a cuius mouet.⁊ ſic videt̄ motor ipſius ſolis eſſe cōpoſitus ex aīa:⁊ appetibili ꝯcepto ab illa aīa.

*Solutio.*

¶ Forte Auerroes loq̄tur in p̄ma intelligētia ⁊ in p̄mo mobili.nam de inferioribus non eſt hęc dr̄ia:ſed alia.vz.q̄a aīa hoꝝ aīalium mouet effectiue:⁊ finis nouiter cōceptus mouet effectiue gratia finis exterioris acq̄rendi. At intelligentia lunę ſiue ſolis:lz̄ moueat effectiue:nō tamen finis nouiter cōceptus.cōcepit enim deum per illius eſſentiā non de nouo.ſil'r nec mouet ꝓpter finem acq̄rendū:ſed habitum ꝯſeruādum.ꝯcepit enim ſil'itudinem ⁊ cōplacētiam:quaz ſemꝑ habuit ⁊ ſemꝑ obſeruauit.ſz de hoc diximus in p̄mo li° huius.

*An animalia moueant̄ a ſe*

¶ Sz quęres an aīalia hęc moueātur a ſe.videtur ꝙ nō.per ea quę hic dicūtur:q₂ non mouētur niſi mota ab appetibili externo.igitur non mouētur a ſe.

*Rō Joā.*

¶ Reſpondet Joānes.ꝙ aīal mouere ſe poteſt eſſe vel excluſionem cuiuſuis p̄ncipij:⁊ ſic non mouētur a ſe:q₂ ad eoꝝ motum cōcurrit appetibile.Uel per excluſionem principij p̄ximi:⁊ ſic mouentur a ſe:q₂ ab anima p̄xime mouetur quę eſt illius forma:⁊ a nullo alio p̄xime mouetur.

*Cōfutatio.*

¶ Sed hęc ſolutio nō placet.nam appetibile cuz mouet effectiue:mouet vt eſt in aīa:vt allegatuz eſt in 12° metaph.de forma balnei.vt aūt mouet in aīa exiſtens:mouet eadē ⁊ tanta p̄ximitate:qua ⁊ quāta mouet ipſa aīa.non enim ſubm̄ eſſe poteſt alicui ꝓpingus ſuo intrinſeco accidēte.

*Rō albertill̄ę.*

¶ Albertilla vō ait.animalia hęc moueri a ſe : q̄a poſſunt aliquādo mouere ſe nullo nouiter concurrente:vt patet in expꝑgefactione aīalis. aīal enim tunc mouetur:nulla ſpecie appetibilis nouiter adueniente:ſed antiq̄tus ſeruata.At grauia ⁊ leuia ⁊ vl'iter inaīata nunq̄₃ moueri poſſunt ſine motore extrinſeco.

*Cōfutatio.*

¶ Nec mihi hęc placet:q₂ tunc differētia inter motum aīalem ⁊ nālem eſſet de raro cōtingēti:qd̄ Ariſtoteles non putauit 8° phyſicoꝝ.

*Ꝓp̄a rō.*

¶ Melius igit̄ dico aīalia eſſe mota a ſe per excluſionem p̄ncipij effectiui externi. Modo ſi mouentur ab aīa ⁊ ab appetibili:nō mouētur ab appetibili:niſi quatenus appetibile eſt forma aīalis aut forma formę aīalis:⁊ lz̄ moueatur ab appetibili externo:nō mouetur ab illo vt externus eſt:niſi vt a fine:nō vt ab agente. Hęc de dubitatione hac.

*Du° 2^a de mobilitate aīę cęli.*

¶ Secūdo dubitabis:q₂ vt aīa aīaliuz efficit̄ paſſibilis ⁊ mobilis a materia eius:cur aīa cęli non efficitur mobilis ab ea materia ad vbi:cui inheret per ſe.

*Solutio.*

¶ Dici poteſt hoc eſſe ꝓpter duas cauſas:vt dictuz fuit in p̄mo libro.Primo:q̄a intelligētia non cōſtituit̄ in eſſe ab eius materia ad vbi.cum enim intelligentia tribuat eſſe cęlo:tribuit oīa accn̄tia:quę ſunt finaliter ꝓpter vnionem eius ad illam mā̄m.vz.dimenſionez: q̄a non quātuz nō eſt mobile. Sphęricitatē:q̄a rectuz nō mouetur circulariter:⁊ cętera id genus.illa aūt materia cum nō ꝯſtituat intelligentiā in eſſe nihil ſibi cōmunicat:qd̄ eſt ſibi ꝓpriuz:vt nec paſſibilitatē ad motuz:nec diuiſibilitatē:nec aliud id genus. Hęc eſt vna cauſa:vt colligit 9° meta.cōmento 2°.Alia cauſa eſt:q₂ intelligētia eſt ꝑfectio vniuerſalis totius cęli:⁊ cuiuſlibet cęli ꝑtis:qd̄ cęlum occupat omne vbi omneq̄₃ ſitū.

cum.n.

cum. n. nõ ſit aliqs ſitus ad quē mouet̃ celũ: qn illũ occupet ſaltē ẜm aliquã ſui ptez. ꝓpterea nõ eſt aliqs ſitus ad quē poſſit per accñs moueri intelligẽtia: cui ꝑus nõ fuiſſet illa: cuz ipſa ſit ꝑfectio cuiuſlibet ptis. ſecus in aïali lunari. nam lʒ aïa ſit vl'is forma aïalis: aïal tñ non occupat totum per qḋ mouetur.

¶ Corpus aũt coeleſte eſt q̃ſi mã iſti⁹ formae abſtracte: q2 eſt mã exiſtẽs in actu. τ ideo nõ aſſilat̃ mãe: niſi in hoc tñ: q2 eſt mã fixa ad recipiẽdũ formã. τ ideo dignius dr̃ ſubm q̃ mã. mã enim quae eſt hic: dr̃ mã: q2 eſt in potentia forma in ea fixa: τ dr̃ ſubm: q2 eſt fixa formae τ fit cõpoſitũ ex mã τ forma.

Cõ. 14. ¶ Cõcluſit corpus celeſte eē mãz celoꝝ. nõ qdē ſimpl'r ſʒ reſpectu mot⁹: q2 nõ eſt in po^a ad eſſe τ nõ eē: ſed ad motũ quietẽ. Nũc vo vult declarare vtrũ talis mã ad vbi poſſit dici mã re^u intelligẽtie: τ ſi nõ: quo nã mõ dici põt re^u illi⁹. Uult igit̃ corpus celeſte nõ eē mãm ꝓpe dictã re^u itelligẽtie ſed quaſi mãz: q2 eſt mã exiſtẽs in actu: τ non hʒ de rõne mãe: niſi hoc tñ: q2 fixe recipit formã. ¶ Debes ſcire: vt ſupi⁹ dctũ eſt illã celi ptē eē in po^a ad itelligẽtiã: ſed nõ in po^a ẜm vtrũq;. nõ. n. põt recipe intelligẽtiã τ ꝑuationē illi⁹: ſed eē tñ ab illa. Et ꝑpea ait illã mãm nihil aliud hr̃e de rõne mãe: niſi q2 eſt fixa ad recipiẽdũ formã. i. niſi q2 actu eſt forme cõiũcta: τ in po^a ad illã ẜm dimidiũ ipſius poſſibilis. Sic igit̃ pʒ tale corpus nõ dici ſimpl'r mãz re^u intelligẽtie. Deide exponit quo nã mõ dici debeat: τ vult talē ptez que dicta eſt mã aliq̃ mõ dõm eē ſubm verius τ ꝓpius. hoc ꝓbat exẽplo ſumpto a mã hoꝝ inferioꝝ. Naz hec mã dr̃ ſubm τ dr̃ mã. dr̃ qdez mã quatenus eſt in po^a ad formã que nõdũ recepta eſt: ſʒ eſt fixe receptibilis. dr̃ vo ſubm: q2 eſt fixa forme: τ quatenus eſt id ex quo actu fit cõpo^m hoc eſt q̃tenus actu for^e ꝯiũgit̃. celi igit̃ illa pars que dr̃ mã ad vbi: dignius ſubm dici debʒ: q2 actu ſubijcit̃ for^e τ eſt actu ꝯiũcta illi: τ in po^a ad illam ẜm dimidium. nõ aũt ẜm vtrũq;. ¶ Debes ſcire: vt a Themiſtio hr̃ phyſic. ꝑ. digreſſione vnica. vnũ τ idem poſſe dici mãz alicui⁹ τ ſubm illi⁹. Mã qdez dr̃ cuz capit cuz po^a τ ꝑuatione. dr̃. n. mã eaꝝ rerũ: que nõdũ facte ſunt. Subm aũt tũc: cuz ꝑuatione nõ eſt. põt. n. mã actu eē ſubm alicui⁹: cui⁹ po^am amiſit. Uerbi cã. es duz ſine forma eſt: dr̃ mã ſtatue. cuz vo eſt formatũ iam in Appolline aut in Mercurio: nõ eſt mã ſed ſubm. Hec Themiſti⁹ auctẽ Boetij. ea igit̃ celi pars que eſt mã ad vbi. digni⁹ ſubm dr̃ itelligẽtie q̃ mã: cuz ſemp ſit actu itelligẽtie ꝯiũcta: τ nunq̃ ſine illa. Or ſi dicat̃: mã non dicet̃ niſi quatenus hʒ de mã potẽtiã nõ ẜm vtrũq; ſʒ ẜm dimidiuz. Hec voluit dicere Auerroes: lʒ vba eius barbare trãſlata ſint obſcura. qbus quoq; pʒ id quod Auerroes dixit. 8. meta. cõmẽ. 12. de hac celi materia: τ id qḋ nos diximus in qõne de celi materia.

Quaten⁹ mã celi eſt in po^a ad itellig^am.

Subm Mã Dint

¶ Et videt̃ q̄ ad eē corpis coeleſtis nõ ſit neceſſaria eius forma: ſicut eſt diſpoſitio in corporibus aïaliũ quae ſunt hic. In aïalib⁹ eniz quae ſunt hic aïe eoꝝ vident̃ nec̃ie pro eē corpoꝝ eoꝝ: q2 nõ ſaluarent̃ aïalia: niſi per ſenſibilē aïaz τ imaginatiuã. corpus aũt coeleſte cum ſit ſimplex τ nõ trãſmutabile ab aliquo extrinſeco: nõ indiget in ſuo eſſe aïa ſenſibili aut imaginatiua: ſed tñ indiget oïa mouẽte ipm loco ſemp τ virtute quae nõ ſit corpus nec in corpore: ad largiendum ipſi ꝑmanentiam eternam. τ motum eternũ: qui non habet principium: neq; finem.

¶ Sed circa dicta mouet Auerroes qõnez vtrũ intelligẽtia ſit forma celi dans eſſe. an vt motrix τ dans opationē τ motũ. τ arguit q̄ non h̃ pacto: nulla forma dat eſſe alicui: qḋ eſt per ſe eternũ τ ſimplex: ſed corpus celeſte eſt eternũ τ ſimplex. igit̃ intelligentia nõ dat ſibi eē: ſed ſolũ motũ. De rõne mouet ꝑ qõnem dr̃. τ videt̃ q̄ ad eſſe corpis celeſtis nõ ſit nec̃ia eius forma h̃ eſt videt̃ q̄ itelligẽtia nõ det eē celo. ꝓbat: ſicut eſt diſpoſitio in corpibus aïaliuz: que ſunt hic. In aïalib⁹. n. que ſunt hic aïe eoꝝ vident̃ nec̃ie pro eſſe corporuz eoꝝ: q2 nõ ſaluant̃ hec aïalia: nec ſunt in reruz natura: niſi per ſenſibilē aïam τ imaginatiuã. Sic igit̃ vult hr̃e nullaz formã dare eſſe alicui: qḋ eſt eternũ: vt per locũ a ꝯrio pʒ de aïalib⁹. hec eſt maior. Dat minorẽ. d. corpus autẽ celeſte cum ſit ſimplex τ non trãſmutabile ab aliq̃ extrinſeco. hec eſt minor. Dat ꝯnem. d. nõ indiget in ſuo eſſe aïa ſenſibili: quã poſuit Auic. aut imaginatiua ſiue intellectiua: quã tenuit ipe. τ ꝓpterea addit q̄ tñ indiget aïa mouente ipm in loco ſemp: que nec ſit corpus: nec in corpe. que largiat̃ illi ꝑmanentiã eternã hoc eſt motũ eternũ: qui non habeat pn^m: neq; finem. Eſt igit̃ q̃ſtio q̄ intelligẽtia nõ dat eſſe ſed motũ: q2 eſſe illi⁹ eſt ꝑpetuuz ẜm ſe nullo egens. Motus vo corruptibilis. hec eſt ſubtilis queſtio lʒ ſit diſputata. Cõ. 15.

¶ Et debes ſcire pro iſtõ corpus coeleſte nõ indiget ꝟtute mouente ſemp in loco tñ: ſed ꝟtute largiẽte in ſe τ ſua ſuba ꝑmanẽtiã eternam: qm̃ τ ſi ſimplex ſit: τ non hʒ potẽtiã in ſe ad corruptionẽ: tñ eſt finite actiõis nec̃io: q2 eſt finitaꝝ dimenſionũ τ terminataꝝ ſupficie ꝯtinẽte ipm. τ omne tale cum itellectus poſuerit ipm exiſtẽs per ſe abſq; eo q̄ aliud largiat̃ ipſi ꝑmanẽtiã τ eternitatē: neceſſe eſt vt ita ſit de finitate ſue ꝑmanẽtie: ſicut eſt de finitate ſue actionis. τ ideo neceſſe eſt in itellectu eſſe potentiam largientem ipſi permanentiam eternam: queadmodum largit̃ ipſi motum proprium eternum.

¶ Soluit qõnez τ vult celũ egere ꝟtute: que ſibi det eē τ motũ ſempiternũ: nõ ſolũ in gñe cauſe formalis τ finalis: ſʒ in gñe cauſe efficiẽtis. Ubi debes ſcire in ſeparatis a mã idez eſſe formã finē τ efficiēs. τ ꝑpea qcqd depēdet ab aliq̃ in gñe finis: dependet ab eodē in gñe for^e τ efficiẽtis: τ etiã qcqd depēdet ab aliq̃ in gñe efficiẽtis depēdet ab illo in gñe forme τ finis. Ariſ. igit̃ ꝓbat celũ ipm depēdere ab itelligẽtia in gñe efficiẽtis. τ per hoc hʒ q̄ depēdet ab eadē in genere finis τ forme. Cõmē. 16.

¶ Et arguit ſic. omne illud qḋ ponit̃ alio poſito: τ tollit̃ alio ablato depēdet ab illo in genere efficiẽtis ſaltē. Sed celũ ipm ponit̃ cuz per itell'm ponit̃ ipſa itelligẽtia: τ tollit̃ cũ per itell'm tollit̃ itelligẽtia. igit̃ depēdet ab illa ſaltez in genere efficiẽtis. maior eſt per ſe nota. minor ꝓbat̃ in lr̃a ꝑꝑ duo. Primo q2 ablata itelligentia: aufert̃ mot⁹: τ ita mobile: qḋ eē nõ põt ſine illo motu. Secundo: q2 celũ eſt finite dimẽſionis τ terminate q̃titatis. igit̃ quo ad accñtia ſaltez eſſentialia depēdet

Prima rõ Auerr.

Subſtatio. ab illa: ⁊ ſic quo ad eſſe. ¶ Sed occurres: q̄a per hanc rõnez ꝓbarem ꝙ intelligẽtia depẽdet a cęlo: q̄z ablato cęlo: ipſa etiã auferꝛ. ¶ Dõm ꝙ ſecus eſt ſm rem: ſecus ſm intellectũ. Si.n. tolliꝛ cęlũ: ꝓculdubio ſm rem tolliꝛ intelligẽtia: q̄a nõ põt eſſe: niſi eſſet fruſtra. non aũt tolliꝛ ſm intellectũ. ſtat.n. per intellectũ eſſe intelligẽtiã nõ exñte cęlo. ⁊ ꝓpterea potius cęlũ ab ĩtelligẽtia depẽdet q̄ȝ ecõtra. ⁊ hoc voluit dicere Auerroes dũ ait. cęluȝ poni ⁊ tolli cum poniꝛ ⁊ tolliꝛ per intellectuȝ intelligẽtia. tolliꝛ igiꝛ intelligẽtia ablato cęlo a poſteriori. tolliꝛ ṽo cęlum ablata intelligẽtia a priori.

¶ Et nõ tm̃ hoc: ſed neceſſe eſt hic eſſe virtutẽ: quae largiꝛ ei motũ ꝓpriũ: ſiue actionem quae eſt aeternitas iter coeteros motꝰ. ſ. motum localem in circuitu: ⁊ figurã ꝓpriaȝ iſti motui. ſ. ſphaericã: ⁊ mẽſuram ꝓpriaȝ vnicuiq̄ȝ illoꝝ corpoꝝ: ⁊ ꝯueniẽtiam iter ea adinuicem in ordine ⁊ quãtitate: ita ꝙ ex oibus perficiꝛ vnus actus. ſ. totus mundus.

Cõ.17. ¶ Hęc eſt 2ª ratio. In qua ꝓbat idem: lȝ magis ꝓbet de toto mũdo ꝙ depẽdet a p̄ma intelligẽtia: ⁊ cõponitur ſic. illud qđ eſt cã ordinis in motibus magnitudinibꝰ in figuris ſitibus: ſine quo ordine aliqđ ꝯgregatuȝ eſſe nõ põt: eſt cã effectrix illius aggregati: ⁊ oium partiuȝ eius. Sed p̄mus motor eſt cã ordinis in motibus figuris cęteriſq̄ȝ id genus in toto mũdo cõgregato ex orbibus ſine quo ordine ipſe mũdus eſſe nõ põt. igiꝛ mundus depẽdet a p̄mo motore in genere efficiẽtꝭ. ¶ Debes ſcire mũdũ eſſe veluti aĩal magnũ: qđ ꝯgregaꝛ ex mẽbris debito ordine: debita poſitura: debita q̄ȝtitate ꝯſtitutis. cõgregaꝛ.n. ex oibus orbibus debito ordine: debito ſitu: debita q̄ȝtitate collocatis. huius ordinis in oibus iſtis cauſa eſt effectrix p̄mus motor: ſine quo tale magnum aĩal non eſſet. ⁊ ꝓpterea primus motor eſt cauſa effectrix totius mundi.

Qualis mundus.

¶ Nulla enim dr̃ia eſt inter indigẽtiam virtutis actiue in corpore: ⁊ in omni corpore: aut in vno corpore cõpoſito ex corporibus ſimplicibꝰ huiuſmodi: ⁊ indifferẽter: ſiue illud corpus fuerit generatũ ſiue nõ generatũ. vnde videmus coelum habere vnam virtuteȝ nõ tm̃ mouentem oia: ſed agentem ⁊ conſeruantem: ſicut eſt diſpoſitio in corpore hois: ⁊ in corpore facto propter finem ꝓpriuȝ. finis enim ſignificat agens ſignãtione neceſſaria: ſicut motum ſignificat mouens.

Cõ.18. ¶ Remouet circa dicta cauillũ. poſſet.n. dicere q̄s aliqđ totũ depẽdẽ in ordine ab aliq̃: cuiꝰ nulla pars dependet ab illo. Scđo dici poſſet aſſumptũ eẽ verũ de cõpoſito gñabili. Omne.n. cõpoſitũ gñabile qđ depẽdet ab aliq̃ in ordine: depẽdet ab illo in eẽ: ſecus eſt de cõpoſito ęterno. nã cõpoſitũ ęternuȝ põt depẽdere ab aliq̃ in ordine: nõ aũt in eẽ. ¶ Rñdet idẽ eẽ de toto ⁊ ꝑtibus de cõpoſito ⁊ ſimplicibꝰ: quãdo ordo eſt eẽntialis ſine quo eẽ nõ põt ipm totũ vel ꝑtes. Et ꝓpterea ait non eẽ dr̃iaȝ iter ṽtutẽ actiuã in corꝑe ſimplici ⁊ omni corꝑe hoc eſt cõpoſito ex plibꝰ corꝑibꝰ ſimplicibus: quãtũ ad hoc ꝙ illud totũ depẽdeat in ordine ⁊ eẽntia. ¶ Hęc quo ad p̄ᵐ. quo ṽo ad 2ᵐ ait. nõ eſſe dr̃iam ſiue illud totum ſit ęternuȝ: ſiue gñabile quo ad hoc ꝙ depẽdet in ordine ab illo. Propterea ꝯcludit ita eſſe de mũdo ſiue cęlo veluti de hoie: vel aliquo cõpoſito facto ob certuȝ finẽ. Quia vt tale cõpoſitũ eget agẽte deducẽte ad finẽ illuȝ: ſic cęlũ eget agẽte efficiẽte ⁊ ꝯſeruãte ipm in fine quẽ habet. naȝ vbi eſt finis: ibi eſt agẽs: quia finis ſignãt agẽs ſignãtiõe nec̃ia: ſicut motũ ſignãt mouẽs. eſt enim finis effectꝰ agẽtis: vt motus effectꝰ mouẽtis.

¶ Et ſic pȝ ſolutio cauilloꝝ. Debes ſcire ꝙ finis exñs in aliquo indicat eſſe aliqđ agẽs eſſe in illo ꝓpter tria. Primo: q̄z finis ad ex̄ habet rõnem effectꝰ: qui eſſe nõ põt ſine agẽte. Scđo: q̄z cauſę ſunt ſibiinuiceȝ cauſę. finis.n. nõ dr̃ finis: niſi moueat agẽs: nec agẽs dr̃ agens: niſi ab ipſo moueatur fine. Tertio: q̄z de rõne finis eſt eſſe vltᵐ in executione: qđ eſſe nõ põt: niſi ſit agens ad qđ ſequaꝛ. Sic igiꝛ: q̄a finis quo ipſius cęli eſt motꝰ ⁊ ꝯſeruatio rerũ. finis gr̃a cuius eſt ipſamet intelligẽtia inq̄ȝtuȝ per talẽ motũ cõſeruaꝛ: hac rõne eſt agẽs motũ: ⁊ cuȝ cęlũ eſſe nõ põt ſine motu: hac rõne intelligẽtia eſt cã effectrix cęli: nec eſt ĩpoſ̃e vt ĩtelligẽtia ſeipaȝ ꝯſeruet q̃tenus ꝯſeruat aliqđ p̄: ſine quo eẽ nõ põt: veluti aĩa ꝯſeruat ſe ꝯſeruãdo ſubm. Hęc Auer.

¶ Sed in genere agentium qđdam eſt prius tẽpore acto: ⁊ omne qđ fit in ſphaera iſtius mundi eſt iſtius agentis ⁊ iſtius acti. qđdaȝ eſt prius natura: ſicut eſt diſpoſitio tẽporis cum orbe: ⁊ agẽtis cum orbe. ſ. faciẽtis ipm in diſpoſitionibus neceſſarijs: in inueniẽdo finem ob quem fuit.

¶ Iis ꝓbatis: nũc ſoluit rõneȝ factã in q̃one. arguebaꝛ eiȝ. cęlũ eſt ęternũ. igiꝛ nõ habet agẽs. ¶ Rñdet nũc ꝙ duplex eſt agẽs: qđdã qđ tp̃e p̄cedit effectũ: q̄z diſponit mãȝ: ⁊ ęducit formã de poª illiꝰ. Et hoc pacto nullũ ſempiternũ habet agẽs. Sȝ ſolũ ea quę ſunt ĩfra ſphęram actiuoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ: qđdã qđ ſolum effectũ p̄cedit nã ⁊ cãlitate. ⁊ hoc pacto ęternũ habet agẽs. Et cuȝ dr̃ illud qđ ſui nã eſt ęternũ nõ indiget agente: nec coęuo ſibi: nec p̄ori eo. Dõm ꝯñter ꝙ nõ eget agẽte ęducẽte de poª ad actũ: ſȝ ꝯſuãte qđ eſt in actu in diſpõne tali. non q̄dẽ ꝯſeruatione p̄ſeruatiua: quo modo ꝯſeruanꝛ ęgrotatiua corꝑa: ſed coexiſtitiua: q̄li ꝯſeruatione ꝯſeruaꝛ ꝯcluſio nec̃ia per p̄ncipia eius: vt diximus in lib. p̊. ⁊ dicemus in codicillo de ĩfinitate p̄mi: ⁊ in libº deſtructio deſtructꝭ. Et h̄ pacto intelligẽtia eſt forma cęli ⁊ finis gr̃a cuius illiꝰ. non.n. eſt forma ęducta ab agente: nec de nouo dans ſibi eſſe: ſed ipſamet quę eſt agẽs ꝯſeruãs: eſt forma ꝑficiẽs. nõ q̄dem ꝑfectione p̄ſeruatiua: ſed coexiſtitiua ⁊ eſſentialis: vt diximus. Silr̃ eſt finis eiuſdẽ cęli: cuius gratia celũ eſt ⁊ moueꝛ. nõ quidem de nouo ęducibilis ab agente: ſed ab eodeȝ cõſeruabilis. Sed de his poſtea.

Cõ.19. Duplex agẽs

Qualr̃ itelligentia eſt cauſa cęli.

¶ Et cum ignorauerũt hoc q̄dam eſſe de opinione Ariſtotelis: dixerunt ipſum nõ dicere cauſam agentem tm̃: ſed cauſam mouẽtem. ⁊ illud fuit valde abſurdum: ⁊ nõ eſt dubiũ in hoc ꝙ agẽs ipſum eſt mouens ipſum. Qꝛ enim mouet ipſum motu illi ꝓprio: eſt illud quod largiꝛ illi primo diſpoſitiões: per quas acquirit motum proprium.

Cõ.20. ¶ Iis diſputatis: refellit erratum nõnulloꝝ phoꝝ: qui voluerunt intelligẽtiã ſoluȝ eſſe cauſam mouẽtem cęlum hoc eſt dare oꝑationem motũue cęlo. non aũt eſſe

cauſam

cauſam agētē hoc eſt dare eſſe illi. Iſti.n.ſunt qui dixe rūt nullū ęternū ea pte qua ęternū poſſe habere agēs. Cōtra quos obycit Auerroes per rōnē dictā:qꝛ omne agens ipſum eſt mouēs ipm ꝛ ecōtra.quicqd enim eſt cauſa motus ſempiterni eſt cauſa illius:ꝛ ſyllogiſmus eſt.omne agens diſpōnes ꝛ motum ſine qbus mobile eſſe nō pōt:eſt cauſa eſſentię mobilis:ſed intelligentia eſt cauſa motus ꝛ diſpōnum.vz.dimēſionum figurę ꝛ ordinis:ſine qbus cęlum ꝛ mūdus eſſe non pōt.igiť eſt cauſa mūdi:ꝛ cęli effectrix ꝛ ꝯſeruans.

¶ Et haec eſt virtus illa quā laudauit Ari.in multis locis ſui libri de celo ꝛ mūdo ꝛ indicat ipſam eſſe coelo nobiliorē ꝛ altiorem.

Cōmē.21. ¶ Demum cōfirmat ſolutionē auctē Ari.qui in 2° lib. de cęlo.vt aīaduertit Auerroes.cōmētis.62.ꝛ.64.laudauit hāc vtutem intelligētię:aſſerēs ipſam eſſe nobiliorē ꝛ altiorē cęlo quatenus eſt cauſa effectrix ſubę ꝛ motus eius. Hęc Auerroes in ſolutione qōnis pdictę.

Pō Auerſ. de actiōe dei. ¶ Ex his clare colligiť opinionē Auerrois eſſe deum eſſe cām vniuerſi ſm tres rōnes,vz.effectricē formalem ꝛ finalē. Silr ꝛ quālibet intelligētiā ſui cęli ſm has tres rōnes cauſę.

Pō Ioā.de cāli tate dei. ¶ Ioānes vo hic ꝛ alibi opinatᵘ eſt deū eſſe finē tm̄. Moueť pmo ex parte agētis:qa omne agens pcedit effectū ꝛ extrahit formā de potentia ad actum.Scdō.ex parte mūdi ꝛ cęli:qa ſuapte natura ęternū ꝛ ppetuum nullo eget pro ſui eſſe vel ęternitate.Et ppterea gloſat Aueř.verba de agente metaphorice.finis enim eſt agēs metaphorice.hęc Ioānes.

Cōfutatio. ¶ Sed pace ſua dixerim hęc poſitio nō eſt peripathetica nec Auerroica. Auerroica qdem nō:qꝛ Aueř.per duas rōnes hic demōſtrauit mūdum a pmo motore ꝛ cęlū ſiue orbem ab intelligētia depēdere in tribus generibus cauſaꝝ. ¶ P̄. Tertia diſputatio libri deſtructio deſtructionū defendit ꝯtra Algaçelem cum decreto phoꝝ mūdū ipm eſſe effectū dei. Unde in ſolutione dubȳ.18.eiuſdē diſputationis pſuadet hęc tria eſſe vnū in ſeparatis hoc pacto.vz.omne dans formā alicui:dat illi eē:ꝛ eſt illiᵘ efficiēs. Primus motor dat mūdo formam.igiť eſt illius efficiēs. Minor pſyllogiçatur ibidē ſic:dans finē alicui dat illi formam. Primus motor dat ipſi mūdo finē.igiť dat illi formā. ¶ P̄. In libris cōmentationū Ariſt.idē ſępe pſuaſit:vt.12. metaph.cōmē.44.ꝛ 2° cęli.cōmen.58.ꝛ alibi pluries. Peripathetica vo minime videť hęc poſitio. Primo: qꝛ Ariſt.12° metaph.fere per totum determinat pmū pnᵐ mouere vt itelligibile ꝛ appetibile.modo ea rōne qua mouet vt appetibile mouet vt finis.ea vo ratione qua mouet vt intelligibile:mouet vt agens.vt Aueř. colligit.cōmento.36. ¶ P̄. Oia agentia:vt Auerroes notat.12.metaph.cōmento.44.reducūtur ad ipſum: ꝛ agūt ꝛ ſunt participatione pmi entis.vt 2° metaphy. ꝯſtat.textu ꝛ cōmento.4. Quę vo talia ſunt per participationem ꝛ per reductionē:oportet vt reducātur ad aliqđ tale per eēntiā:qđ ſit cauſa ceteroꝝ.quare deus erit pᵐ agens per eſſentiam totius entis ſimplr ꝛ vniuerſi. Hęc ſufficiant cōtra Ioānem:qa in codicillo de infinitate pmi faciemus caplm ſingulare contra eum.

Bona dubᵒ mopi. Aueř. ¶ Sed occurres:qa Auerroes.12.metaph.cōmē.41. in ſolutione qōnis Ioānis grāmatici vult intelligētiā eſſe neceſſariā:qa motus eſt corruptibilis:vt ab illa ppetuetur. Et hoc pacto poſuit intelligētiam cām effectricē motus:qa.vz.motus ipſe eſt corruptibilis vt ab illa ppetuetur. Sed cęlum nō eſt corruptibile.igiť nō

Solutio. indiget agēte. ¶ Pro ſolutione debes ſcire.vt Aueř. innuit in textu agēs eſſe duplex.aliud qdem ęducens: aliud ꝯſeruās.Et hęc differūt pmo:qa agens extrahēs ſiue ęducēs eſt pus tēpore actō.agens vo ꝯſeruans eſt pus natura ꝛ cauſalitate. Scdō:qa agens ęducens pōt impediri.agens vo ꝯſeruans nō.vt tāgitur 2° phyſic. cōmento.74.ꝛ.89. Tertio:qa id qđ agitur ab agente deducēte eſt corruptibile.qđ vo agitur ab agente ꝯſeruante nō eſt corruptibile:ſed tale:qđ nō eſſet niſi agēs illud eſſet. Ueluti ꝯnes nō eſſent neceſſarię:niſi ppoſitiones eēnt neceſſarię. Ex qbus ſeqtur ambo hęc agētia ꝯuenire in rōne agentis metaᶜᵒ ꝛ vniuoce:qa ambo terminant dependētiam ſuoꝝ effectuū. In ratione vo phyſica differūt:qa alterum per motū ꝛ id genus depēdētiam ſui effectus terminat.alterū per eſſentiā atqꝫ ppriā vim ꝛ naturā. Simili pacto dici pōt de forma ꝛ fine.deus enim eſt forma mūdi ꝛ finis eiuſdē:quēadmodū forma ignis eſt forma ſui ſubiecti ꝛ finis illius ꝛ vniuoce.non qdem in rōne phyſica:ſed in rōne metaᶜᵒ. Et hęc Ioānes ignorauit:ꝛ fecit metaphyſicā diminutā tribuēdo effectibus illius ſolū cām finalē.

Duplex agēs ꝛ quę dicta illorum.

¶ Ex hȳs pꝫ ſolutio ad dictū Aueř.intelligētia enī eſt cā motus cęli ꝛ ipſius cęli. Motus qdem effectrix cauſa eſt vt ęducēs:qa motus eſt ſui nā corruptibilis ꝛ cōtinuo alius atqꝫ alius:ſolū ęternus in ſpecie.ꝛ hoc pacto neceſſitas itelligētię reſpectu motus eſt duplex ad eſſe ꝛ ad ꝯſeruationē. Cęli vo cauſa eſt vt ꝯſeruans.nō qdem pſeruatiue:ſed coexiſtitiue. ¶ Per idem pꝫ ſolutio ad rōnes Ioānis. Prima qdem tolliť per hoc:qꝛ nō omne agens eſt pus tpe actō:ſed ſolū agēs ęducēs. ¶ Scda vo per hoc:qa non reqriť effectrix cauſa vt ęducēs:ſed vt ꝯſeruās.nō qdem pſeruatiue:ſed coexiſtitiue. Hęc ſunt pipathetice dicta:lꝫ ſint hȳs vbis explicata. ¶ Sed qa Auerroes in ſolōne qōnis indicat intelligētiā eſſe cām motus cęli:qa ſui natura motᵘ pōt deſinere:ꝛ cā figurę ſphericę ꝛ cām ordinis.ideo nūc diſputemus vtrū motus cęli ſit corruptibilis. ¶ Hoc eſt vtrū cęlū poſſit quieſcere.nā de figura cęli:ꝛ de ordine cęloꝝ ꝛ ſtellaꝝ ſcribemus diligēter in liᵒ 2° de cęlo.quē cito ędemus. Videť igiť ꝙ cęlū nō poſſit quieſcere. Primo:qꝛ ſi cęlū poſſet quieſcere:aliqñ qeſcet. aliter aliqua poᵃ eēt ocioſa in nā. ¶ P̄. Nō eſt maior ratio.quare valet hęc ꝯñtia:cęlū pōt corrūpi.igiť aliquādo corrūpeť:ꝛ illa nō.cęlū pōt quieſcere.igiť aliqñ quieſcet. ¶ Scdō. Aueř.pᵒ cęli.cōmen.100.aſſignauit cām ppetuitatis motus ex pte cęli.ꝛ dixit hoc eſſe pro tāto:qa nā materię eius eſt inata nō moueri violēter: ꝛ nō qeſcere nāliter. ¶ Tertio.cęlo in eo ꝙ cęlū repugnat velociᵘ moueri vel tardiᵘ ꝙ̄ moueť.vt dꝫ.6.phyſi. cō.15.igiť repugnat qeſcere. ¶ Quarto.fortiſſime arguo.ſi cęlū quieſcit:cęlū nō eſt.vt pꝫ ſm opiōnē Aueř. vbiqꝫ.igiť ſi añs eſt poſſibile:ꝯñs erit poſſibile. In oī enim bona ꝯñtia ſi añs eſt poſſibile:ꝯñs eſt poſſibile. Sed per te añs eſt poſſibile.igiť ꝛ ꝯñs. ¶ In ꝯriū videť Auerroes hic.vbi dixit ꝙ cęlum indiget intelligētia:qa motus eius eſt finitus.ppterea qa dimēſio cęli eſt finita. ¶ P̄. Apte.12.metaph.cōmē.41.ait.in cęlo nō eſſe potētiā ad corruptionē:ſed bn̄ ad quietē.ꝛ ppterea eſt necīa intelligētia. ¶ P̄.9° metaph. Ariſt.vt notat Aueř.cōmē.17.ait.nō eſt timendū cęlū quieſcere:ſed timor eſt de poſſibili.igiť cęlū poſſibile eſt quieſcere.Et ſic qſtio vꝫ ambigua pro vtraqꝫ pte. ¶ Pro ſolōne ad qōnē debes ſcire ꝙ nō eſt dubiū cęlū poſſe quieſcere:ꝛ quieſcere ſm mām ꝛ ſubm:qm̄ nunqꝫ moueť ſm mā ꝛ ſubm:imo ſm ſubm eſt imobile:nec eſt dubiū cęlū poſſe quieſcere in eo ꝙ corpus.omne enī

Utrū cęlum poſſit qeſcere

corpus in eo ꝙ corpus põt quieſcere:nec eſt dubiuꝫ cęlũ poſſe quieſcere ſm aliquẽ motũ numero. Nemo.n. dubitat cęluꝫ poſſe q̇eſcere a motu quo hodie mouet̃. ꝯtinuo.n.mouet̃:ꝛ ꝯtinuo quieſcit:q̃a q̇eſcit quiete oppoſita reuolutioni heſternę. ¶ Sed quęſtio eſt vtruꝫ cęlũ poſſit q̇eſcere ſimpl'r:ita ꝙ ſibi inſit quies oppoſita omni motui:vt q̇eſcat a motu p̃nti heſterno ꝛ futuro:ita ꝙ ſit ſenſus cęlũ nõ moueat̃ aliq̃ motu ꝛ põt moueri. ¶ Scd̃o debes ſcire ꝙ per cęlũ poſſumus intelligere ip̃m aĩal cęleſte:qd̃ a ſe mouet̃:vt.vꝫ.includit motorẽ ꝛ mobile.ꝛ h̃ pacto cęlũ nõ põt q̇eſcere:q̃a ſi poſſet tale aĩal q̇eſcere:poſſet tale aĩal nõ moueri a ſe.ꝛ ſi poſſet nõ moueri a ſe:poſſet intelligẽtia nõ mouere.h̃ eſt impoſſibile:q̃a illa mouet neceſſio apud ph̃os.veluti eſt neceſſio. Aut poſſumus itelligere per cęlũ corpus cęleſte quod eſt altera pars cęli:ꝛ ſub̃m itelligẽtię:ꝛ mã ad vbi.ꝛ de h̃ tenet Auer̃. ꝙ cęluꝫ põt q̇eſcere quiete ſimpliciter ad hũc ſenſum ꝙ cęlũ nõ moueat̃ ꝛ poſſit moueri. ¶ Qd̃ q̇dem de mẽte eius multifariã ꝓbat̃. Primo.vna ꝛ eadẽ eſt mã ꝯtrioꝝ.vt dĩ 5° phyſic.cõ.14.ſed cęlum hoc pacto ſumptũ eſt mã motus.igit̃ mã quietis:ꝛ ita vt põt moueri põt quieſcere. ¶ Scd̃o.ſi cęluꝫ illo modo ſumptũ nõ poſſet q̇eſcere:tũc fruſtra intelligẽtia illi vniret̃ vt moueat ꝛ motũ ꝯſeruet.vt colligit̃ hic.ꝛ.12.meta.cõmẽ.41. ¶ Tertio.cęlũ eſt corpus dimẽſione finituꝫ ꝛ vi paſſiua limitatũ ꝛ loco deſcriptũ.igit̃ põt a motu ceſſare.vt colligit̃.2.cęli. cõmẽtis.38.ꝛ.39.ꝛ.71.ꝛ 8° phyſi.cõmẽ.79. ¶ Quarto.illa cęli pars quę eſt mã ad vbi ꝛ ſub̃m intelligẽtię eſt mere paſſiua reſpectu motus ꝛ in potẽtia ꝯdictionis.igit̃ põt recipe quietẽ.tenet ꝯ̃ntia per ea quę habent̃ in 9° meta.textu ꝛ cõmẽ.17.ꝛ.19. ¶ Quibus pꝫ poſitio Auerrois:ꝛ etiã id qd̃ p̃mo cęli.cõmen.5.ꝛ 2° metaph̃.cõmen.16.dictũ eſt:ꝙ.vꝫ.illa cęli pars:quę eſt mã ad vbi:eſt ſalteꝫ natura ęquoce dicta quatenus eſt in potẽtia ad motuꝫ et quietẽ. ¶ Ulterius pꝫ ꝙ ſumendo cęlũ pro aĩali cęleſti cõpoſito ex motore ꝛ mobili:tale aĩal cęleſte poteſt quieſcere ſm q̇d:q̃a ſm eam parteꝫ:quę eſt eius mã ꝛ ſub̃m.nõ aũt põt tale aĩal q̇eſcere:q̃a nõ valet. Socrates põt eſſe turpis ſm pedes.igit̃ turpis.ꝛ ſil'r non valet cęlũ aĩal mobile a ſe põt q̇eſcere ſm corpus.igitur q̇eſcere:q̃a ſm aĩam nõ põt q̇eſcere:quę eſt p̃ncipalioꝛ pars. Sumendo igit̃ cęlũ pro mã ad vbi abſolute ꝯſiderata põt q̇eſcere quiete remouẽte oẽm motuꝫ:ꝛ ſumendo cęlũ pro aĩali cęleſti:etiã põt quieſcere ſm q̇d quiete tollẽte oẽꝫ motũ:q̃a ſm corpus.nõ aũt quieſcere ſimpl'r:q̃a nõ ſm totũ ex aĩa ꝛ corpore cõpoſitũ:nec ſm aĩam:quę eſt potioꝛ pars. Hec eſt mens Auerrois. ¶ Tũc ad rõnes. Ad p̃mã dici põt ꝙ cęlũ eſt in potẽtia ad quietem:vt dictũ eſt.ꝛ cuꝫ dĩ.igit̃ reduceret̃ ad actũ aliq̃n:aliter eẽt fruſtra. ¶ Albtilla ꝯcedit po[ã] ad ꝑuationẽ fruſtrari:q̃a rei nã nõ ꝑficit̃ per ꝑuationem ſed per habitũ. Bene tñ eſſet ĩpoſſibile po[am] ad habitũ fruſtrari:q̃a rei natura ꝑficit̃ per habitũ. ¶ Sed hęc ſolutio videt̃ ambigua:q̃a tũc a pari potẽtia ad corruptionem nõ deberet reduci ad actũ:nec eſſet fruſtra ſi nõ reduceret̃ ad actũ. Cuius oppoſitũ voluit Auer̃.primo cęli ꝯtra Auic.cõmen.20.ꝛ Ariſt.per totũ. ¶ Dici põt pro Albertilla ꝙ potẽtia ad corruptionem.quatenus eſt ad corruptionẽ nõ eſſet fruſtra ſi nõ reduceret̃ ad actuꝫ.ſed q̃a corruptio eſt g̃natio alterius.ꝓpterea eſt fruſtra quatenus eſt ad g̃nationeꝫ.at po[a] ad quietẽ eſt potẽtia ad ꝑuationeꝫ motus.ꝛ nullo modo ad g̃nationem.nõ enim quies vnius eſt motus alterius.ꝛ ita nõ eſt ſile. Hec pro Albertilla. ¶ Aliter dici poteſt ad p̃ncipaleꝫ ꝙ q̃n aliq̇d eſt in potẽtia ad duo indifferenter per vnã eãdem potentiã nõ fruſtrat̃ ſi alterũ illoꝝ recipit ſemꝑ ꝛ alteruꝫ nunq̃. Uerbi cã centralis terra per vnã ꝛ eãdem potentiaꝫ põt recipe motum ꝛ quietem. Si modo ſolã recipiat quieteꝫ ꝛ ſemꝑ:nõ fruſtrabit̃:ſi nunq̃ motum recipiat.ſecus eſt de materia:quę eſt in potẽtia ad eſſe ꝛ nõ eſſe.materia.n.eſt in potẽtia ad eſſe per vnã potentiã ꝛ ad nõ eſſe per alterã. Sunt enim duę potentię quę ſibi mutuo ſuccedũt in mã veluti actus.vt Auerroes ait.p̃mo cęli.cõmẽt.118.ꝛ.121. Et ꝓpterea ſi aliq̇d eſſet in potẽtia ad nõ eſſe:niſi aliquãdo reduceret̃ ad actũ eſſet fruſtra:q̃a illa potentia eſt tota ad nõ eſſe:ꝛ ſoluꝫ ad nõ eſſe.at potẽtia ad motum quietẽue eſt vna eadẽq̃.ꝛ ꝓpterea poteſt ſaluari ſi reducat̃ ad actũ tm̃ alterius. Cauſa aũt quare mobile eſt in potentia ad motũ ꝛ quietem per eãdeꝫ potentiam:eſt q̃a id qd̃ eſt mobile eſt in actu ꝛ ꝑfectũ.id vo qd̃ eſt g̃nabile ꝛ corruptibile eſt materia ꝛ ens imꝑfectuꝫ:qd̃ g̃nationem vel corruptionẽ recipe nõ põt ſine ꝓpria ꝛ ꝯtracta potentia ad alterum eoꝝ ſeorſum ab altero. ¶ Aliter dici põt ꝙ cęlum illo modo ſumptuꝫ eſt in potentia ad quietẽ:ꝛ cum dicit̃.igit̃ quieſcet aliquãdo.concedo quiete oppoſita huic reuolutioni.ꝛ ita ſemꝑ quieſcit:ꝛ ſemꝑ mouet̃. ¶ Sed replicabis cęlũ põt quieſcere.igitur aliq̃n quieſcit:q̃a poſſibile eſt quo poſito in eſſe nullũ ſeq̇tur impoſſibile:quieſcit.igit̃ nõ mouet̃:ꝛ eſt aptum moueri.tenet ꝯ̃ntia per definitionem quietis 5° phyſic.aſſignatã. Et ita cęlum aliquãdo erit nõ motum ꝯtra Ari.in 8°. ¶ Dici põt ꝙ aliqd̃ eſt poſſibile:qd̃ non debet poni in eſſe ſm totũ.verbi cauſa poſſibile eſt vniuerſum ignem corrũpi:nõ tamẽ aliquãdo ponetur in eſſe:q̃a ſolũ ſm partem corrũpitur.ꝛ hoc ſufficit pro definitione poſſibilis.poſſibile enim eſt quo poſito in eſſe vel aliquo ſibi ſimili in ſpecie poſito in eſſe:nulluꝫ ſeq̇tur impoſſibile.ꝛ ſic eſt in ꝓpoſito.vna enim reuolutio ꝛ vniuerſus mot' ęternus eiuſdem ſunt ſpẽi. Et ꝓpterea ſi poteſt aliq̇d poni in actu pro vna reuolutione:nõ eſt fruſtra:ſi nõ ponit̃ pro vniuerſo motu.hęc ſufficiãt. Et per hoc pꝫ qual'r eſt diſſimile de generatiõe ꝛ corruptione:ꝛ de motu ꝛ quiete. ¶ Ad ſcd̃am dici põt ꝙ Auerroes per nãm cęli nõ eẽ innatã quieſcere intelligit nõ hr̃e formaꝫ per quã tendat ad quietem.nam ſi hãc formã haberet:motus cęli eẽt violentus.ꝛ ſic vult duas eẽ cauſas ęternitatis motus.vꝫ.q̃a intelligẽtia neceſſario mouet:ꝛ q̃a cęlũ nullam habet formã per quã tendat ad quieteꝫ. ¶ Ad 3[m] ꝯcedo ꝙ cęlo in eo ꝙ cęluꝫ repugnat tardius moueri:ſumendo cęlum pro aĩali cęleſti cõpoſito ex motore ꝛ mobili. Cum quo tñ ſtat cęluꝫ ſumptũ pro altera parte cęli poſſe quieſcere. ¶ Ad 4[m] ꝯcedo ꝙ ſi cęlũ quieſcit:cęluꝫ non eſt.ꝛ ꝯcedo an̄s eſſe poſſibile ꝛ ꝯñs:ſed nõ eadem ſpecie potentię.nam cęlum nõ eſſe eſt poſſibile ad imaginationẽ.dato ꝙ aliud nõ ſit ꝛ ex ꝯditione.at ip̃m q̇eſcere eſt poſſibile ſm nãm cęli.ꝛ ꝓpterea põt intelligi cęlũ q̇eſcere:ꝛ intelligi eſſe. Lꝫ de facto ſi quieſceret non eẽt.ꝛ hoc pacto poteſt defendi hęc pars q̃onis. ¶ Sũt q̃ni dicũt:ꝛ ego quoq̃ ꝙ cęlũ põt quieſcere ſm partẽ motus:non aũt ſm totum motũ.putãt enim ita de motu eſſe:vt de elemẽto.vt enim elemẽtũ non põt eſſe corruptibile ſm totum:ſic cęlum non põt quieſcere a toto motu. Et hoc ꝓbat̃.q̃a apud ꝑipatheticos motũ cęli non eſſe eſt impoſſibile.igit̃ quietẽ cęli ſimpliciter eẽ eſt impoſſibile.tenet ꝯ̃ntia:q̃a ex corruptione vnius ꝯtrij fit alterũ.igitur ſi alterũ ꝯtrioꝝ nõ põt non eſſe:alterum nõ põt eſſe. An̄s ꝓbat̃:q̃a ex hoc ꝙ motus

Marginal notes (left column): Sẽſus q̃onis — Põ Auer̃. — Rões Auer̃. Prima — Scd̃a — Tertia. — Quarta — Cõcl'ones de mẽte Auer̃. — Aĩal cęleſte qual'r poteſt quieſcere. — Sol. Albtille ad p̃mam rõnem. — Replica — Defenſio. — Alia ſol'o.

Marginal notes (right column): Alia ſol'o. — Replica — Solutio. — Ad 2[am] — Ad 3[am] — Ad 4[am] — Põ ꝓp̃ria.

ꝙ motus cęli nõ eſt.ſeqtur ipm eſſe.nã eo ipo ꝙ nõ eſt
petit vel deſinit eẽ per ſe vel ad corruptionẽ ſubti.nõ
per ſe:qa tũc poſt motũ eſſe motus:ſi ad corruptionez
ſubti:tũc corruptio eẽt:⁊ ita alteratio:⁊ ita pmus mot⁹
qui eſt mot⁹cęli:⁊ ita ſi mot⁹cęli nõ eſſet:ipſe eẽt.qua/
re motũ cęli ĩpoſſibile eſt nõ eſſe apud pipatheticos.⁊
per ꝯñs quietẽ vlẽz cęli a toto motu ĩpoſe eſt eẽ. Hęc
dicerẽt pipathetici.cuz his tñ ſtat cęlũ poſſe quieſcere
qete oppoſita alicui motui:vt motui heſterno:vel ho/
dierno:vel craſtino.cęlũ võ qeſcere toto motu eſt ſim/
Solo rõnuz Auer. pliciter ĩpoſe:ſicut motũ nõ eẽ eſt ſimpl'r ĩpoſe. ¶ Ad
rõnes võ Auer.ad pmã dici põt ꝙ vna ⁊ eadez eſt mã
ꝯrioꝝ:⁊ qa cęlũ eſt mã mot⁹:eſt etiã mã qetis:ſed non
vlis qetis.ſicut vna eſt mã ptis ignis:⁊ toti⁹ ignis:non
tñ qa mã põt recipe corruptionẽ ptis ignis:põt recipe
corruptionez vlem ignis. ¶ Ad 2ᵐ dici põt ꝙ vnitur
qa quieſcit quiete hodierna ⁊ ſm ptez:ne qeſcat quie/
te vli:⁊ ſimpl'r. Per idez ad 3ᵐ ⁊ 4ᵐ.hęc de qõne.

¶ Et iam induxit nos amor explanãdi hoc fa
cere digreſſionez a principali.ſ.a declaratio/
ne corpis coeleſtis:qd eſt de coelo tanq̃ cor
pus de aiali.dicamus igit ꝙ corpus coeleſte
cõicat cum corporibus gñabilibus ⁊ corru/
ptibilibus in hoc ꝙ eſt ex tribus dimẽſioni/
bus.ſ.ſuba recipiẽs dimẽſiones:⁊ ꝙ vtraqz
ſubſtãtia nõ eſt ſine dimenſionibus.

Cõ.22. ¶ Quia digreſſionez obiter fecerat a ppoſito:nũc redit
ad rem ppoſitã.⁊ p̊ excuſat ſe.aſſerẽs ſe digreſſionẽ fe
ciſſe a ppoſito ob amorẽ explanãdi dictã qõnẽ de vtu
te agẽte cęlũ.⁊ h̄ ingt.Et iaz induxit nos amor expla/
nãdi h̄:qd dcm̃ eſt de agẽte cęli.⁊ factura mũdi:facere
digreſſionem a pncipali:qd pn̄ˡᶜ erat tractare de cęleſti
corpe:qd eſt ita pars cęli:vt corp⁹ eſt pars aialis.eſt.n.
cęlũ aial qddã:cui⁹ altera pars eſt corpus cęleſte.vt di/
ximus.cũ igit ita digreſſus eſt:redit ad rez hãc:⁊ reſu/
mit q̃dã iaz dicta.⁊ p̊ pponit duas ꝯueniẽtias iter cor/
pus cęleſte ⁊ corpus:ſiue mãz aialiũ ſublunariũ.pª eſt
ꝙ corpus cęleſte:qd eſt altera pars cęli:eſt ex tribus di
mẽſionib⁹.vz.dimẽſionatũ.h̄ eſt ſuba recipiẽs dimen
ſiones.ſupple tn̄:vt mã gñabiliuz.Scda eſt ꝙ vtraqz
ſuba h̄ eſt tã corp⁹ cęleſte:qd eſt altera pars cęli ⁊ mã
aialiũ cęleſtiũ:q̃z corpus ſublunare ſiue mã gñabiliuz
nõ eſt ſine dimẽſionib⁹ h̄ eſt nunq̃z expoliat a dimen
ſionib⁹.ambę.n.ſp ſubyciunt dimẽſionibus.Sũt igit
duę ꝯueniẽtię iter mãz aialiũ cęleſtiũ:qd eſt corpus cę
leſte:⁊ mãz aialiũ ſublunariũ:qd eſt corpea mã.Qua/
rũ pma eſt:qa ambę ſubyciunt dimẽſionib⁹.Scda ꝙ
Aĩo hec ab Ari.colligĩt. ambę ppetuo ſubyciunt dimenſionib⁹. ¶ Debes ſci/
re ꝙ cęluz eſſe dimenſionatũ ⁊ ppetuo q̃tuz.ſil'r ⁊ cor
pus cęleſte.colligit ex Ari.12° metaph.vt Auer.expo/
nit.cõmen.10.nam cęleſte corpus eſt materia ad vbi:
⁊ materia ad vbi eſt mobile in actu:et mobile in actu
eſt dimenſionatũ:q̃re cũ ppetuo corpus cęleſte ſit mo/
bile:dimenſionatuz ppetuo erit:⁊ ſic pz iſtud.

¶ Sz inuenimus ſubaz deferẽtẽ dimẽſiones
⁊ dimẽſiones in corpe gñabili ⁊ corruptibi
li vel corpibus gñabilibus ⁊ corruptibilib⁹
eaſdẽ nũo in potẽtia:nõ eaſdẽ in actu.ſ.ꝙ di/
menſiones oẽs cões oibus corpibus genera
bilib⁹ ſunt eodẽ modo in potentia:qa inueni
mus idem corpus trãſferri de forma in for/
maz:⁊ ex dimẽſionib⁹ in dimenſiones alias
in actu. Vbi gratia.ꝙ corpus qd eſt aer:trã/
fertur in corpus quod eſt ignis.

¶ Cũ poſuit ꝯueniẽtiã inter cęlũ ⁊ corruptibilia corpa Cõ.23.
ex pte mãę ſiue corpis.nũc ponit ẽt dr̃iã ex pte corpis
⁊ mãę.⁊ p̊ reſumit ꝯditiones gñabiliũ:⁊ ingt ꝙ inueni
mus in corpib⁹corruptibilib⁹ſubaz quę defert dimen
ſiones hoc eſt mãm ipaz ⁊ dimẽſiones ipas eaſdẽ nũo
oiuz corruptibiliũ nõ qdez in actu:h̄ eſt vt terminatę
ſunt.ſunt.n.dimẽſiones diuerſę vt termiatę ſunt:ſic et
forᶜ:vt dcm̃ eſt li° p̊.ſz in po° h̄ eſt q̃tenus interminatę
ſunt eaſdẽ.dico q̃tenus vt ĩtermiatę:ſunt in po° ⁊ cões
oib⁹gñabilib⁹ ⁊ eędez nũo in poª ad oia.Et h̄ declarat
pro tãto:qa inuenimus idẽ nũo corpus trãſferri de for
ma in formã:⁊ de dimẽſionib⁹ in dimẽſiones alias in
actu:qd eẽ nõ põt:niſi ſit vna cõis mã ⁊ cões dimẽſio
nes.vt.n.qa forᶜ ſe mutuo expellũt:ſupponũt vnã cõez
mãz:⁊ vnã nũo oiuz in poª:ſic qa termini dimenſionũ
⁊ dimẽſiones in actu ſe ſe mutuo expellũt ab eodẽ cor/
pore.ſupponũt idez nũo corpus in po°.per cões dimen
ſiones affectũ:quę ſunt eędez nũo ⁊ cões in potẽtia ad
oẽs terminos.Cui⁹ exẽplũ ponit.d.vbi.g.corpus qd eſt
aer:trãſfert in corpus qd eſt ignis:in qua tranſlatione
variant termini:⁊ nõ dimẽſio ipa in poª:vt variantur
forᶜ in actu:⁊ nõ materię. Hęc Auer.hic.⁊ p̊ phyſic.cõ.
63°.⁊ oia hęc fuerunt ptractata in pmo libro.

¶ Si igit hoc corpus qd eſt cõe formae aeris
⁊ ignis eẽt idẽ nũo in actu:tũc forma eẽt acci
dẽs:⁊ ſi eẽnt duo in actu:⁊ trãſmutaret vnũ
in alterꝫ:neceſſe eẽt corpeitatẽ deſtrui de cor/
pore corrupto ad nõ corpus:⁊ corpeitatẽ ge
neratã generari ex nõ corpe.vnde neceſſe eſt
eas habere nãm corpalem ſibi cõem.

¶ Has q̃s dixerat ꝯditiones.nũc pbat.vbi debes ſcire Cõ.24.
ꝙ in trãſmutatiõe illa de aere ad ignẽ:vel ẽꝯ duo pñt
fingi ꝯtra dictã vitatẽ. Primo imaginãdo ꝙ ſit idem
corpus actu ⁊ terminatũ:qd mutat de aere ad ignẽ:vt
dixerũt antiq:vt aly aerez:aliud ignẽ:aliud aquã:⁊ id
genus:vt pz p̊ phy.⁊ p̊ de gnõne.Scdo imaginari poſ/
ſumus nullũ eſſe cõe corpus vtriſqz.vz.aeri ⁊ igni:ſed
eſſe duo actu corpa ⁊ pprys dimenſionib⁹terminata:⁊
trãſmutari mutuo ⁊ nihil eẽ cõe illis:ſz vnũ corrũpi ⁊
de illo corrupto gñari alterꝫ.vt ꝙ corrũpat aer oino:et
nihil illi⁹remaneat ⁊ gñet ignis nullo pſuppoſito. Hęc
igit refellit.p̊ tamẽ pmũ figmentũ.Scdo 2ᵐ figmẽtũ.
Primũ refellit p hoc:qa ſi illud cõe corpus eẽt in actu
idez nũo:tũc oĩs forma adueniẽs eſſet accñs:qa q̃libet
adueniret enti in actu:⁊ ita ſubales formę eẽnt accidẽ
tia:⁊ tũc gñatio eẽt alteratio:vt deducitur p̊ de gnõne.
Scdm refellit per hoc:qa ſi eẽnt duo in actu modo di
cto:⁊ vnũ trãſmutaret in alterꝫ:tũc corpeitas elemẽti
corrũpendi vt aeris deſtrueret ad nõ corpus:⁊ corpo/
reitas el'nti gñandi gñaret ex nõ corpe:quę ſunt ipoſ/
ſibilia:vt pbatũ eſt li° p̊.⁊ pptерea cuz ambo hęc ſunt
ipoſia:ifert debere eſſe corpalẽ nãm ambobus cõem.
nõ qdez in actu:ſed in po°.vt dictũ eſt. ¶ Debes ſcire Opiniones de gnõne rerũ.
ꝙ de gnõne ſunt apud veteres duę poſitiones.vna q/
dez ex nocte gñat hoc eſt ex nihilo vt poetę ⁊ theologi
opinant:⁊ hi ponũt eſſe duo corpa in actu:quoꝝ vnuz
in alteruz trãſmutat:⁊ per nihil cõe vtriſqz:aly poſue/
rũt mãm eſſe corpus in actu:vt aly aerez:aly ignẽ:aly
aquã:aly terram. Plato mediũ corpus ys cõmune in

actu tamen. in actu dico ſm formā: ⁊ ſm terminos dimenſiones: ⁊ ambas has pōnes hic Auer. ꝯfutauit: opinionez ſuā approbādo. quę oīa ꝑ li° diligenter ſunt explicata ⁊ deducta. nūc aūt cuz hęc dicant quaſi per moduz epilogi. ſatis eſt ea reſumere breuibus.

**¶ Quaerēdum eſt igiť vtruz illa ſit vna: aut plures: ⁊ ſi vna: vtrū vna potētia: aut actu: ⁊ ſi plures ſilr: Cogimur igitur ponere vnā potentiam ⁊ plures potentias.**

Cō. 25. ¶ Hactenus ꝯcluſit ꝙ vna eſt mā q̄rta oiuz gn̄abiliū ⁊ corruptibiliū. nūc q̄rit h̄ per modū qōnis. vz. vtrū hic mā ſit vna oiuz: an plures: ⁊ tot quot for^e^ qb⁹ ſubycit: Scōo q̄rit dato ꝙ ſit vna. vtrū ſit vna ptāte: h̄ eſt per ꝑuationē vnā oium for^ar^. po^a^. n. pro ꝑuatione ſumiť: vt dī 9° meta. cō. 3°. An vna in actu per vnā formā: vt dixerūt antiq. Si v° materię ſint plures: ⁊ tot quot gn̄ata. vtrū ſilr ſint plures actu per formas plures: an ptāte ꝑ plures ꝑuationes: Hęc eſt queſtio. ¶ Rn̄det Auer. ꝙ mā eſt vna ſm vnā po^am^: ⁊ plures ſm plures potētias. Ubi aīaduerte ꝙ ſumēdo po^am^ pro aptitudine māę: q2 ipſa caret formis: ⁊ pōt illas recipe: mā eſt vna ſm potētiā h̄ eſt per vnā ꝑuationē oiuz for^ar^: vt dī. 12. meta. cō. 14. Si v° ſumiť po^a^ pro habilitate: quę reſultat ex diſpōne q̄litatiua: ⁊ quantitatiua inducta ab agēte: aut pro po^a^ reſpectiua ſic eſt plures ſm tales habilitates: vt dī eodē. 12. cō. 11. ¶ Sed occurres per qōnē Auer. 12. meta. cō. 14°. q2 vī ꝙ mā ſit aut forma vlis. veluti genus: vel cōis per formā vlem vt cōpo^m^ genericū: q2 eſt qd cōe ꝑdicabile de plib⁹. ⁊ omne tale eſt vle: ⁊ tota aut for^a^ vlis: aut cōpo^m^ vle. ¶ Rn̄det ibidez Auer. ꝙ mā eſt vna nuō oium. verū vnū nuō bifariā eſt per ꝑuationē: ⁊ ſic pōt aliqd eē vnū nuō: ⁊ cōe plibus. vnū qdem nuō per carētiā dĩiaꝝ qbus fit dĩia numeralis. cōe v° per carētiā vnı⁹ certę formę: qua determineť ad vnū. Aliud vnū nuō eſt per habituz: ⁊ ſic vnū nuō eſt: qō hz vnū nuō habitū: quo ſit h̄ ⁊ indiuiduū. Ad rem dico ꝙ mā eſt vna nuō ⁊ vlis. vna qdē nuō per priuationē dĩiaꝝ qbus numereť. Ulis v° ⁊ cōis per carētiā vnius certę formę: qua ſit indiuidua ⁊ determinata. et ſic ꝯcedo ꝙ mā eſt cōis ⁊ vlis: nō tñ forma: vel habēs formā: ſed vnū ꝑuatione dicto modo. Hęc Auer. ibidez. De vnitate materię diximus li° ꝑ. nūc v° ſit dictū intātuz. ¶ Ex ys vt iſert Auer. in illo. 12. cō. 14. apparet dĩia inter cōitatē materię: ⁊ cōitatē generis. nā cōitas materię eſt per itellectū: q2 eſt ratio ꝑuationis: quę nō habet eſſe ext̄ aiam. cōitas v° generis eſt in re: q2 habet eſſe per formā: quę eſt in re vle qd in potētia. Hęc ſufficiant de intellectu ipſius materię.

Qō an mā ſit genus.

Solo.

Dĩia iter cōitatez materię ⁊ generis.

**¶ Declarabiť igiť ſm hoc ꝙ corpa quae ſunt hic generabilia ⁊ corruptibilia: ipſa cōponātur ex ſuba quae eſt in potētia ⁊ dimēſionib⁹ exn̄tibus in ea: quae ſunt in potētia. Et etiaz ꝙ illud corpus eſt vnū potentia: ⁊ multa potentia: ⁊ ꝙ cum exit in actuz: erit mā in actu. vnde dicit Ariſt. ꝙ mā nō habet eſſe in actu niſi ſm ꝙ videť: queādmodū forma non habet eſſe in actu niſi ſm ꝙ intelligiť.**

Cōmē. 26. ¶ Nūc quaſi epilogat ea quę dixit de mā gn̄abiliuz. et dicit ꝑmo: ꝙ pz ex dictis corpa ſublunaria cōponi ex mā per ſe. ex dimenſionibus v° diſpoſitiue. Dicit 2° ꝙ pz mām dimēſionib⁹ affectaz: quę eſt corpus eſſe ptāte vnuz. hoc eſt ꝑuatione ⁊ multa ptāte. hoc eſt per diuerſas habilitates: vt diximus. ita vt tūc ſit in actu: cū exit in actu. ⁊ per ꝯn̄s pz māz nō ē vnā pp for^am^ vnā: ſz eē vnā ꝑ ꝑuationē ⁊ po^az^ vnā. Cui⁹ cām aſſignat ex dictis Ari. 12. meta. tex. cō. 14. Ubi ait māz nō hře eē in actu: niſi ſm qō videť. i. pp formā: quę eſt ratio mouēdi viſum ⁊ ſenſum. queādmodū forma nō hz eē in actu niſi ſm ꝙ itelligiť: hoc eſt vt abſtrahit a mā ⁊ ꝯditionib⁹ māę. igiť mā habet eē in actu pp formā. ⁊ per ꝯn̄s ipſa eſt pura potētia. ⁊ vna per ꝑuationē formę. hęc Auerr. de ꝯditionibus materię corpoꝝ gn̄abiliū. ¶ Sed q2 Auer. ꝑ cęli. cō. 92. videť oppoſitū ſentire. ait. n. rez ſentiri pp mām: ⁊ intelligi ob formā. hic v° aſſerit mām ſentiri ob formā. ¶ P. Dubitať fortius. ait. n. hic formā eē in actu dum intelligiť. qō falſum eſt: q2 duz intelligiť eſt vle: qd. ⁊ ita eſt in potētia: vt dictuz eſt 12° meta. cō. 14. ⁊ ꝑ metaph̄. cō. 17. ¶ Dici pōt ad ꝑmā ꝙ mā ⁊ forma pn̄t cōparari ad 3^m^ vtpote ad cōpo^m^: ⁊ iter ſe. Si cōpareniť ad 3^m^: ſic pp mām cōpoſitum eſt ſenſibile: q2 ob māz cōpoſitū eſt h̄ ⁊ indiuiduū. ob formā v° itelligiť: q2 forma eſt vle ptāte: vt dcm̄ eſt. Si v° cōpareniť iter ſe: ſic mā ſentiť ꝓpter formā: q2 ob formā eſt in actu. nō. n. pōt mā ſentiri niſi moueat ſenſum: ⁊ non mouet ſenſuz niſi ſit in actu: ⁊ nō eſt in actu niſi pp formā. igiť mā ſentiť pp formā. ¶ Sed pulchra dubitatio eēt: quo nā modo mā quę ſui nā iſenſilis eſt: pōt eē id quo ſentiť cōpoſitū: quę res ꝓpoſitū trāſcēdit. ⁊ etiā in ꝑ cęli diligēti⁹ diſputabimus. ¶ Ad 2^am^ dici pōt ꝙ Auer. per eē in actu itelligit eſſe ꝑmanēs ſemꝑ veluti ſubę ſeparatę dicunť per excellētiaz in actu: q2 ſempiternę. forma itaqꝫ duz itelligiť eſt in actu ⁊ eſt in potētia. eſt qdē in actu eēndi: q2 vt ſic hz eſſe vle ⁊ ęternū. eſt in potētia ad ꝑdicādū. in actu qdez eēndi i ſemꝑ: q2 vt ſic abſtrahit a mā ⁊ potētia materię. rōne cui⁹ redditur potētialis 9° meta. cōmen. 2°. in potētia v° ad ꝑdicandum: q2 vt ſic eſt vniuerſale quid.

Dubit⁹ occurrens.

Solo prime.

Solo ſcōe

**¶ Corpus v° coeleſte: cuz nō trāſmuteť ſm ſubm: neceſſe eſt cōponi ex ſuba in actu ⁊ dimēſionib⁹ in actu. ⁊ ideo eſt ingn̄abile ⁊ incorruptibile: ⁊ cuz ita ſit: corpus coeleſte eſt mā recipiēs formā coeli h̄ modo qui declat⁹ eſt de hac mā. ſ. de eius ꝯueniētia cuz mā generabili ⁊ corruptibili in aliquo: ⁊ diu̇ſitate eius ab ea in aliquo. Nā vtraqꝫ etiam eſt mā ſm ꝙ videť. ⁊ ſilr etiam ſm ꝙ inueniť in eis potētia ad motū in loco. ⁊ ſi in corpe coeleſti nō ſit potentia ad trāſmutationem.**

¶ Cuz dixit ꝯditiones māę gn̄abiliū. nūc addit ꝯditiones māę cęli: vt collr dĩia cęli ⁊ gn̄abiliū. Et dicit ꝑ ꝙ corpus cęleſte. i. cęlū ipm qō eſt aīal: cuz nō trāſmuteť ſm ſubm: neceſſe eſt cōponi ex ſuba in actu ⁊ dimēſionib⁹ in actu. Hoc eſt vt ea pars quę locuz māę tenet: ſit ſꝑ actu for^e^ copulata: ⁊ dimenſiones illi⁹ ſint ſemꝑ terminatę: ⁊ nunqꝫ in po^a^ ad terminos. ⁊ hoc pro tāto: q2 cęlū ipm eſt ęternū ⁊ nō trāſmutabile ſm ſubm: vl ad ipm ſubm vt hz alius text⁹. ⁊ ꝯuertiť: vt q2 cęlū eſt ex mā in actu ⁊ dimēſionib⁹ in actu. ideo eſt ingn̄abile et incorruptibile. Dicit 2° ꝙ tale corpus qō ſe tenet loco māę eſt mā recipiēs aīam cęli: ſiue formā cęli. nō abſolute qdē: ſz ſm modū ꝯueniētię ⁊ dĩię dcm̄. Dicit 3° ꝙ ꝯuenientię ſunt duę. ꝑma q2 ambę māę. vz. hęc gn̄abiliuz ⁊ illa cęloꝝ ſunt quatenus videnť: ⁊ nō intelligat

Cō. 27.

ſm ꝙ

ẽm ꝙ vñr.ſ.per accñtia ſenſilia : vt nři ꝯtẽporarij ſen
tiunt.ſʒ ẽm ꝙ vnũ hoc eſt ſunt in actu ꝓpter formas.
ambę.n.ꝯſtituũtur in eſſe ſpecifico ꝑꝑ formas: vt dcm̃
eſt. 2ᵘ eſt:qꝛ ambę ſunt in potẽtia ad motũ. Lʒ mã cęli
per ſe:qꝛ eſt corpꝰ in actu. Hęc vͦo ꝑ accñs vt ꝑs cõpo/
ſiti. ℂ Dicit 4ᵒ ꝙ dña eſt:qꝛ mã cęli eſt in poᵃ ſolũ ad
motũ localeʒ:hęc materia eſt in potẽtia ad gñationeʒ:
a ſic pʒ differẽtia ⁊ cõuenientia cęloꝝ ⁊ generabilium
ex parte eoꝝ corpoꝝ ſiue materierum.

ℂ Et ſubſtãtie exiſtentes in ſubſtantijs exñti/
bus in corpore celeſti nõ ſunt potẽtia ad trãſ
mutationẽ: ⁊ ſubſtantie exñtes in ſubſtãtijs
exñtibus in corpore generabili ⁊ corruptibi/
li ſunt: ⁊ ſimilr̃ eſt in corpore celeſti. declara
tum eſt eniʒ de eis eas eſſe ꝯueniẽtes cũ for/
mis gñãbilibꝰ ⁊ corruptibilibus in aliquo ⁊
in aliquo differentes ab eis.

Cõmẽ.28. ℂ Nũc ponit dñiaʒ iter cęlos ⁊ aialia ſiue corꝑa gñabi/
lia ex ꝑte foꝛãꝝ: ⁊ ſenſus vͦboꝝ ſic barbare trãſlatoꝝ
eſt ꝙ ſubę.i.formę ſubales exñtes in ſubijs.i.materijs
exñtibꝰ in corꝑe cęleſti.i.cęlo ipſo aiali vt ꝑtes: h̃ eſt ⁊
ſubę ⁊ formę cęloꝝ nõ ſũt poᵃ ad trãſmutatiõeʒ.ſũt.n.
ęternę:at ſubę ⁊ formę in mãijs q̃ ſũt in corꝑibꝰ gñabi
libꝰ vt ꝑtes ſunt.ſ.in poᵃ ad trãſmutationẽ.ſic igiť dñt
formę cęloꝝ a formis corpoꝝ gñabiliũ:qꝛ illę ſũt ęter/
nę. Hę vͦo trãſmutabiles.hoc aũt ꝓbat per ea quę dcã
ſunt circa dñiaʒ ⁊ ꝯueniẽtiã haꝝ formaꝝ ab illis: ⁊ vt
de formis dictũ eſt:ſic de corpore cęleſti:ſilr̃ eſt dõm ⁊
de generabili:quę omnia dicta ſunt.

ℂ Et ex hoc mõ id qđ congregať hic ex aĩa ⁊
corpore dĩ aial:cuʒ hoc ꝙ illud qđ cõgregať
illic ex corpore ⁊ aĩa dĩ nõ equiuoce aial: ſed
ẽm priꝰ ⁊ poſteriꝰ: ⁊ iõ nece eſt in talibꝰ na/
turis vt priꝰ ſit cã poſterioris: vt dcm̃ eſt de
hac natura alibi. vͦbi gr̃a. illa q̃ dicunť talia:
ſed diuerſanť ẽm magis ⁊ minus.

Cõmẽ.29. ℂ Ex dictis iſert duo:quoꝝ vnũ ſeqť ad alteꝝ.p̃ᵐ eſt ꝙ
intelligẽdo h̃ mõ cõpõneʒ in cęlo ⁊ in gñabilibꝰ tã illđ
qđ ꝯgregať hic ex aĩa ⁊ corꝑe q̃ʒ illud qđ ꝯgregať illic
ẽt ex aĩa ⁊ corꝑe dĩ aial:nõ tñ vniuoce nec ęquoce:ſed
analogice ẽm ꝓus ⁊ poſteriꝰ. h̃ eſt p̃ᵐ. Scđm eſt ꝙ ꝑꝑ
h̃ cęlũ eſt cã aialiũ ſublunariũ.nã in talibꝰ naturis ana
logicis ſꝑ qđ ꝓus eſt:eſt cã effectrix ⁊ eẽntialis eius qđ
eſt poſteriꝰ: vt de hac nã dcm̃ eſt alibi. vʒ. 2ᵒ meta.cõ.
4. ⁊ 12ᵒ meta.cõ.51.dcm̃ eſt.n.ꝙ illa q̃ ſunt talia ⁊ dñia
ẽm magis ⁊ minꝰ id qđ eſt magis ſꝑ eſt cã eius qđ eſt
minꝰ: vt qꝛ ignis eſt calidus ꝑ eẽntiã:iõ eſt cã calidoꝝ.

Dubitatio ℂ Sed occurres ꝙ aial eſt ꝓus: an aial cęlicũ: an hoc
ſublunare.hoc.n.vĩ ꝓus:qꝛ per h̃ ſublunare illđ nacti

Solutio. ſumꝰ. ℂ Dici põt.vt in lib.poſterioꝝ. dĩ ꝓus eẽ ⁊ quo
ad nos: ⁊ quo ad nãʒ:tũc aial hoc ſublunare ꝓus eſt ad
nos:qꝛ vt recte argutũ eſt:per h̃ aial ſublunare illđ cę/
licũ venati ſumꝰ. Aial vͦo cęlicũ eſt ꝓus quo ad nãm:qꝛ
pręſtatius ⁊ nobiliꝰ. Hac rõne illud huic cã eſt eſſendi.
hoc illi cã eſt cognoſcendi: ⁊ ſic pʒ ordo hoꝝ.

ℂ Qm̃ igiť coelũ componiť ex materia ⁊ for
ma: ſicut eſt diſpõ in aialibꝰ que ſunt hic: de/
claratuʒ eſt. Amplius in quo cõuenit forma
iſtoꝝ cũ formis illoꝝ: ⁊ in quo differũt: ⁊ in
quo differt vltimus motor iſtoꝝ ab vltimo
motore illoꝛuʒ. Remanet igitur declarare in
quo differunt hec duo genera quo ad accidẽ
tia: ⁊ in quo conueniunt.

ℂ Epilogat oĩa declarata: ⁊ pʒ in textu : deinde ꝓponit Cõmẽ. 30.
itẽtionẽ dicẽdoꝝ: ⁊ ait velle dĩe in quo dñt ⁊ ꝯueniũt
hęc duo gña aĩaliũ quo ad accñtia:qꝛ vt Auer.ait.p̊ de
aĩa.cõ.3.cognitio rei nõ ꝑficiť niſi ꝑ cognẽʒ ſubę eiꝰ: ⁊
accñtiũ:quę accidũt ꝑ ſe illi rei. ℂ Sʒ occurres: qꝛ vĩ Dubitaᵒ cir/ca ordinẽ.
ꝙ Auer.trãſgreſſus eſt ordinẽ.ꝓus.n.debuit tractare đ
accñtibꝰ: q̃ʒ de eẽntijs.eſt.n.ordo doctrinę a notioribꝰ.
ℂ Dici põt ꝙ Auer.ꝓceſſit reſolutorie a ꝓori ⁊ poſte/ Solutio.
rius:qm̃ inuẽtio illoꝝ eſt facta per cognitiõeʒ acceptã
ẽm ꝯuenientiã ⁊ dñiam ab ipſis gñabilibꝰ: quę ſufficit
ad inuentionẽ cauſę accñtiuʒ illoꝝ per ſe. Hęc Auer.

ℂ Differunt.n.in natura paſſiua: que dĩ alte/
ratio: ⁊ ꝯueniũt ẽm accñtia: ẽm que nõ trãſ/
mutať ſuba. Hec.n.alteratio ẽm quã trãſmu
tať ſuba alterati: videť eſſe ꝓpria corporibꝰ:
quoꝝ ſubſtãtie admiſcentur potẽtie : ⁊ ſunt
corpora gñãbilia ⁊ corruptibilia. accidentia
vͦo que nõ trãſmutant ſubam deferẽtis: ſunt
cõmunia vtriqʒ corpori.

ℂ Propoſita intẽtiõe exeqť: ⁊ declarãt q̃ ſũt illa accñ/ Cõmẽ. 31.
tia in qbꝰ ꝯueniũt:quęue illa in qbꝰ dñt. ℂ Ubi đbes Dñia accñtiũ.
ſcire ꝙ accñtiũ q̃dã ſũt corruptiua ſubę:q̃dã ꝑfectiua.
corruptiua qdẽ ſunt:q̃ vl̃ ipſa ĩmeᵗᵉ ꝑparant ad corru/
ptionẽ vt q̃litates tactiles: de 3ᵃ ſp̃e q̃litatis.quędã quę
ꝯſequũť ad q̃litates tactiles: vt q̃litates 2ᵉ: albedo.vʒ.
⁊ nigredo ⁊ id genꝰ.ꝑfectiua vͦo ſunt q̃ iſunt ⁊ nec ꝑpa/
rant ad corruptionẽ: nec ꝯſequũtur ꝑparãtia ad corru/
ptionẽ: vt motꝰ ⁊ lux ⁊ id genꝰ. Uult igiť Auer. cęluʒ ⁊
gñabilia differre qdẽ quo ad accñtia corruptiua p̊ vel
2ᵒ mõ.cõuenire vͦo q̊ ad accñtia ꝑfectiua vt ſunt motꝰ
⁊ id genꝰ.cã aũt q̃re dñt in ꝑmis accñtibꝰ ẽ: qꝛ illa nõ
inſunt niſi ijs corꝑibꝰ:q̃ miſcenť potẽtię ⁊ mãe: cuiuſ/
modi ſũt corꝑa corruptibilia.cętera vͦo iſunt oĩbꝰ cor/
poribꝰ. Quo vͦo ad vͦba attinet: debes ſcire ꝙ accñtia p̊
mõ appellanť nãę paſſiuę ⁊ alteratiões.nãę qdẽ paſſi/
uę pro q̃to ſũt de 3ᵃ ſp̃e q̃litatis: q̃ eſt paſſibilis q̃litas.
alterationes vͦo pro q̃to ꝑparant ad corruptionem.

ℂ Et primũ iſtoꝝ eſt motꝰ localis: ⁊ diapha/
nitates: ⁊ q̃litates quas ſequũtur iſta.ſ.rari/
tas ⁊ dẽſitas. Ur̃.n.ꝙ raritas ⁊ dẽſitas cãe
ſint fere diaphanitatis ⁊ nõ diaphanitatis.

ℂ Dictũ eſt cęluʒ ⁊ gñabilia corꝑa ꝯuenire in accñtibꝰ Cõmẽ.32.
q̃ nõ abijciũt a ſuba deferẽtis: nũc explicat illa: ⁊ ait ꝙ
de illis eſt motꝰ localis.hic.n.vt dĩ 5ᵒ phy.cõ.14. nihil
abijcit a ſuba rei: ⁊ ꝑꝑea eſt maxie ꝑfectiuũ. Ampliꝰ đ
illis eſt diaphaneitas: h̃ eſt trãſparẽs ⁊ opacũ.hęc.n.nõ
abijciũt a ſuba eiꝰ: cui iſunt ẽt de illis ſũt raritas ⁊ den
ſitas q̃ ſunt q̃litates ad q̃s ſequũtur iſta.vʒ.diaphani/
tas ⁊ opacitas: ⁊ ꝙ ad raritatẽ dẽſitatẽue ſequanť dia/
phanitas ⁊ opacitas: declarat ex h̃: qꝛ raritas ⁊ dẽſitas
ſunt fere cãę diaphanitatis ⁊ opacitatis. Sic igiť accñ/
tia: in qbꝰ ꝯueniũt ſunt motꝰ localis: diaphanitas ⁊ opa
citas: raritudo ⁊ denſitudo. ℂ Quo vͦo ad vͦba attinet
debes ſcire ꝙ diaphanon vͦbũ gręcũ eſt: ⁊ latine ſonat Quid diaphanon ⁊ opacũ.
ꝑuiũ trãſparẽs vl̃ iterlucẽs: cuiꝰ ẽ vitrũ aer aq̃ ⁊ ignis
elr̃ntariꝰ ⁊ id genꝰ.hęc.n.ꝑuia dñr trãſparẽtia ſiue iter/
lucẽtia: qꝛ iterpoſita iter viſuʒ ⁊ obʒ: nõ ipediũt viſio/
neʒ: imo viſile obm̃ penetrat intentionalr̃ ꝑ illa: ⁊ huiꝰ

gñis eſt celuz:qꝛ celuz lunę interpoſitū inter nos ꝛ ſtellas fixas nō ipedit viſionē illaꝝ:imo per ipm illę iterlucēt. Huic vō ɔ̃riū eſt opacū:ſiue tetrū:qđ nec interlucet:nec trāſparet:ſꝫ eclipſat viſile.cuiuſmodi eſt terra: lignū ꝛ id genꝰ:qđ ab Auer. dř p negatiōez.vꝫ. nō diaphanū:forte qꝛ in arabico nō hꝫ nomē. ℂ Scđo ōbes ſcire ꝙ raꝝ ꝛ dēſuz nō ſūt verę cāę diaphanitatꝭ ꝛ opacitatis:qꝛ ambo ſūt eterna:ꝛ nullū eternū eſt vā cā effectrix alteriꝰ eterni. ℂ P. Ambo ɔ̃ſequūř aīaz celi: ſed vñr fere cāę:qꝛ imediatiꝰ raꝝ ꝛ dēſuz fluūt ab itelligētia:ꝙ̄ diaphanitas ꝛ opacitas: vł qꝛ diſpoſitiue cāę ſūt reſpcū illaꝝ. naz ꝙ̄cito aliqđ efficiř raꝝ: tācito ꝑpař ad trāſparētiā: ꝙ̄cito vō dēſuz:tācito ad opacitatez.

Qualř raꝝ ꝛ dēſuz ſint cāę diaphani ꝛ et opaci.

ℂ Sed tñ dicunř vtreqꝫ in vtroqꝫ corpe ꝼm prius ꝛ poſterius:ſicut dř corporeitas.

Cōmē. 33. ℂ Soluit dubitationē. dcm̄ eſt.n.hęc accñtia ꝙ̄ nō auferūt a ſuba ſubi ɔ̃uenire celo ꝛ gñabilibꝰ:poſſet qs dubitare:vtrū ɔ̃ueniāt vniuoce:vel equoce:vł analogice ꝼm pꝰs ꝛ poſterius: ℂ Rñdet ꝙ vtreqꝫ ħ eſt oia hęc accñtia ſunt oia celis ꝛ gñabilibꝰ nō vniuoce:nec equoce:ſꝫ ꝼm pꝰs ꝛ poſteriꝰ: veluti ipſa corporeitas. nā motus celi eſt cā oīuz motuū:qui ſunt in corporibꝰ gñabilibꝰ. Siłr raritas illa ꝛ dēſitas diaphanitas ꝛ opacitas ſunt cāę diaphanitatis ꝛ id genus:quę ſunt in iſtis:ꝛ tu intellige nō abſolute.raritas.n.ꝛ denſitas celi nō ſunt cāę effectrices:ſꝫ rōne ſubti:cui inſunt:ꝛ ꝑpterea adiecit ſicut dř corporeitas.naz vt illa corpa ſunt cāę hoꝝ: ſic oia quę illis inſunt:ſunt cāę oīuz quę his iſunt. igiř hęc analogia eſt rōne ſubtoꝝ non abſolute.

ℂ Et ſiłr ɔ̃ueniūt in illuminatiōe ꝛ obſcuritate. Sꝫ hec magis vñr dici equoce ꝙ̄ ꝼm priꝰ ꝛ poſteriꝰ. lux.n. vř fieri hic in hoc corpore igneo diaphano ſimplici qđ eſt in ɔ̃cauo orbis lune:qñ agit in corpe denſo : ꝛ admiſceř cū eo:at cā illuminatōis ptiū corpis celeſtis ſcꝫ ſtellaꝝ vř eē denſitas illiꝰ ptis diaphane in actu ex orbe. Et hoc appet in ſtellis ꝙ̄ eclipſant ſe adinuicē: ꝛ hoc bñ appet in luna.

Cōmē. 34 ℂ Quartū accñs in quo celū ɔ̃uenit cū gñabilibꝰ corporibus:eſt lux ꝛ obſcuritas. ſunt.n.celi lucidi: vt ſtellę:ꝛ ſunt nōnulla corpa gñabilia lucida. ſunt celi obſcuri:q grece aphoti vñr:vt hę celoꝝ ptes:ꝙ̄ nō ſunt ſtellę:ſiłr ꝛ luna obſcura eſt:ſꝫ recipit lumē a ſole: ſūt ꝛ nōnulla gñabilia eē obſcura vt lapides ligna ꝛ id genus. igiř in his accñtibꝰ ēt ɔ̃ueniūt. dicit eo ꝙ lꝫ ɔ̃ueniāt:hęc tñ potiꝰ vñr dici equoce ꝙ̄ analogice. ꝛ ħ pōt declarari pro tāto:qꝛ iter lucē celeſtē ꝛ ſublunarē nō mō repiř ordo ſubtoꝝ:ſꝫ ēt ꝼm ꝑpas rōnes. lux.n.illa eſt cā lucis huiꝰ rōne ſubti:qꝛ ſubꝫ illud eſt cā ſubi hꝰ:ēt ꝑprys rōnibꝰ: qꝛ lux hęc ſublunaris:ꝙ̄ cōpetit igni:nō efficiř niſi ꝙ̄tenus ignis ſimplex efficiř mixtꝰ: vt qñ attēdiř i lycinio face ligno ꝛ id genꝰ. at ſtella ps ne celi lucida lucet nō pp admixtionē cū alio corpe:ſꝫ pp ɔ̃denſationē ptiuz. igiř lux ꝛ tenebra vñr plus ꝙ̄ analogice.i.equiuoce:qꝛ ꝼm pꝰs ꝛ poſteriꝰ tā rōne ſubtoꝝ:ꝙ̄ rōnibꝰ ꝑprys:qbꝰ ipſę ſunt. Qꝛ vō ſtellę ſint dēſę ꝑbat p ħ: qꝛ ſtellę eclipſant ſe.cū.n.ſtella iferior iterponiř iter nos ꝛ ſtellam ſupiorē:tūc illa ſupior eclipſař:qđ eē nō poſſet niſi ſtella iferior eēt denſa nō ꝑmittēs iterlucētiā:ꝙ̄ qdē denſitudo maxīe pꝫ in luna:ꝙ̄ eclipſat oēs ſupiores. ſic igiř appet ſtellas eē lucidas pp dēſitudinē. Ignis vō lucet pp eiꝰ admixtionē cū opaco. Qꝛ vō ad vba attinet:dehes ſcire ꝙ diaphanū eſt zꝛ. qđdā in poꝰ:qđ qdē ſui nā nō lucet:ſꝫ recipit lumē ab alio:vt aqua aer ꝛ id genꝰ. qđdaz in actu:qđ ſui nā lucet:veluti ſtellata ps. hęc.n. diaphana eſt queadmodū ps nō ſtellata:qꝛ eiuſdē ſpēi cū illa:tñ eſt diaphana in actu: qꝛ pp ſui denſitudinez lucēs:ꝛ a ſeipſa illuminata:aut forte eſt actu diaphana: qꝛ ſp illuminata a ſole. recte igiř Auer. ſtellas appellat actu diaphanus. ptes vō nō ſtellatas appellat diaphanas in poꝰ:qꝛ illę lucēt. hę vō nō. ℂ Sꝫ occurres:qꝛ venus ꝛ mercuriꝰ ſunt ſub ſole: ꝛ nunꝙ̄ eclipſant ſolem.

De ſitu ſolis ꝛ ſtellaꝝ.

ℂ De hac qōne Ari. opinař ſupra lunā eē ſolē:ſupra ſolez eē venerē:ſupra venerē eē mercuriū: ſupra mercuriū martē:ſupra martē iouē:ſupra iouē ſaturnuꝫ:ſupra ſaturnum ſtellas eē fixas:ſupra has nihil eē: niſi entia optimā vitā ducētia. Rez hāc de ſole maxīe approbat Ari. in lib. de mūdo. per ħ qꝛ luna ceteros eclipſat. ipa vō a nullo ɔ̃diř:niſi interuētu terrę. Sol vō ɔ̃dit oēs ꝛ nō ɔ̃diř niſi iteruētu lunę. Auer. vō zꝰ celi. cō. 58. vř ꝑſuadere rez hāc:qꝛ ſol motu ꝑpo velociꝰ moueř venere ꝛ mercurio. igř dꝫ eē ꝑpe velociſſimū. vꝫ. lunā. Huiꝰ opionis fuerunt ꝛ ieber ꝛ theon:q poſt Ptolomeū obſeruarūt mł'tis ānis.

Pō Ari. de ordie planetarum.

ℂ Ptolomeꝰ vō de ſitu triū ſuperioꝝ cū Ari. ɔ̃cordat. Deprehēdit.n. ħ inſtrō diuerſitatis aſpectuū vt diceř:ſed de ſole addubitare viſus eſt. Nā in 9ꝰ magnę cōpōnis ſectiōe aſſerit ſe nō potuiſſe diſcernē an duo iferiores ſint ſub ſole vł ſupra ſolez:qꝛ nō valet:nō abſcōdūt ſolē. igiř ſūt ſupra ſolē. qꝛ ſtat illos nūꝙ̄ diametrari iter ſolē ꝛ oclos nřos:veluti vř in luna:ꝙ̄ lꝫ ſepiſſime cū ſole coeat:raro ɔ̃dit ſolē:qꝛ raro diametrař. Et dato ꝙ illi diametrenř vt apte Ptolomeꝰ demřat eodē in lib. ſectiōe 3ꝰ. ꝛ recto aſpectu inter nos ꝛ ſolē iterponāř.

Pō Ptolomei.

ℂ Adhuc pñt nō ɔ̃dere ſolē: aut qꝛ ſūt nimis lucidi. nā lux iterpoſita iter lucidū ꝛ oculos lucidū nō ɔ̃dit. Aut qꝛ ſūt diaphani. ſic.n. lucēt ꝛ ſi diaphani:ꝛ ſic nō ɔ̃dūt ſolē. Aut qꝛ ſūt nimis pui accedente ad ħ nimia eoꝝ diſtātia a terra. nā conꝰ vmbrę illoꝝ corpoꝝ in aere ɔ̃diř ꝛ nō ptigit vſqꝫ ad nos. Aut pp alias cās ꝙ̄s alij ponūt.

Cāę quare i feri nō ɔ̃dunt ſolem.

ℂ Demū Ptolomęꝰ petoſiris neoceſpus dorotheꝰ ꝛ hipparchꝰ ſolez ſtatuūt i medio plāetaꝝ:poſt quē viſus terrā ſtatuerūt venerē poſt quā mercuriū collocarūt:tāetſi de mercurio Ari. dicat oppoᵐ. ipm. vꝫ. eē ſupra venerē:demū lunā. ħ āt obſeruatiōe dephēderūt. nā ſūptis diuerſis iſtrīs ꝛ exactiſſimis pro diuerſitate aſpectuū dephēdēda ſił tpe in diuerſis locis i latitudie mł'tū remotꝭ: appuit diuerſitas aſpectꝰ nōbilior atqꝫ ſenſibilior in luna ꝙ̄ in mercurio: ꝛ in mercurio ꝙ̄ in venē:ꝛ in venē ꝙ̄ i ſole:ꝛ ſic ō ceteris ſuo ordie. Qꝛ eē nō poterat:niſi qꝛ luna eſt nob ꝑpiquior mercurio:ꝛ mercuriꝰ venē:ꝛ venꝰ ſole:ꝛ ſoli ceteris. Quā obſuatiōez Albumaſar ɔ̃firmauit ɔ̃iecturis nālibꝰ ſatis ꝑbabilibꝰ in lib. ſuaꝝ eruditionū.

Sol in meᵒ.

ℂ Ariſt. vō ſaluari pōt:qꝛ tpibꝰ Ari. aſtrologia nō erat cōpleta: nec dñię motuū oēs ꝑcepte.

Defenſio Ariſto.

ℂ Cuiꝰ ſigᵐ ē:qꝛ Auerroes ſequēs antiꝙ̄ aſtrologiā Eudoxi ꝛ Calippi errat ō motu ſolis. credidit.n. ſolē ꝑpo motu ferri velociꝰ venē ꝛ mercurio. ħ.n. erroneū eſt. qꝛ dephēſū ē venerē ꝛ mercuriū velociꝰ motu ꝑpo ferri ipo ſole:lꝫ motibꝰ medijs ſp ſit media veneris mercurijqꝫ cū ſole ɔ̃iūctio:vt obſuauit Ptolomeꝰ.

Error Auer.

ℂ Quibꝰ pꝫ ſolō. ad rōnes pro Ari. pōne. Hęc pauca ō ſitu ſtellaꝝ. nā diligētiꝰ in lib. z. de celo dicemꝰ. ℂ Quęres ɔ̃nter pp qđ ignis ꝑpa in regiōe nō lucet.

De luce ignis

ℂ Juniores aſſerūt illū nō lucere argᵒ: qꝛ ignis ille eſt alteriꝰ rōnis. Qꝛ vō ille ignis equiuoce ignis ſit alteriuſqꝫ rōnis teſtař Alexā. vt narrat Auer. ō celi. cō. 91. teſtař ꝛ calor illius:q eſt alterius rōnis:eſt

Pō iuniorꝫ.

eniz viuificatiuꝰ τ plificꝰ. elntariꝰ vo corruptiuꝰ. talis aũt et nõ poſſet: niſi ſit alteriꝰ rõnis: vt dẽ. 12. meta. pᵗᵒ 18. τ 2ᵒ celi. pᵗᵒ. 52. τ dicemus in h lib. ſic igiᷣ ille ignis

Confutatio. nõ lucet: qꝛ nõ eſt ignis: niſi equoce. ⸿ Ego vo nõ vidi Alexãdrũ: ſꝫ qcqd ſit: nec ille ignis eſt penitꝰ alterius rõn is: nec dato ꝙ ſit alterius rõnis: ſeqꝛ vt nõ luceat. Or qdẽ nõ ſit alteriꝰ rõnis: pꝫ. qꝛ ille τ iſte ſũt elntarij: nõ dñtes niſi ꝭm gd: qten. vꝫ. ille eſt purꝰ: hic aũt cõmixtꝰ. Or vo nõ ſequaᷣ vt nõ luceat: dato ꝙ ſit alteriꝰ rõnis. declaraᷣ: qꝛ celuꝫ eſt multo magis alteriꝰ rõnis

Soſo Auer. ꝓpria. ab iſto igne: ꝙ ille ignis ab iſto igne. ⸿ Dicamus igiᷣ cũ Auer. 4ᵒ celi. pᵗᵒ. 32. vbi mouet: τ ſoluit qõnez τ vult lucẽ ſibi cõpetere ex ſuũ locũ veluti cõgelatio ipſi aq ex ſuũ locũ cõpetit: cuiꝰ cã eſt (vt inuit) qꝛ lux nõ cõpetit igni nec cõgelatio aquę: niſi qtenꝰ pternalr afficiũtur: vt. vꝫ. aquę miſceᷣ gcꝙ terrei. igni gcꝙ opaci terrei. mõ nullũ elntũ pternalr in ꝓprio afficiᷣ loco: τ ppterea ſi aq debeat ɔgelari: τ ignis lucere: oꝫ vt ambo exeãt loca nãlia: ad h vt ſeſe miſceant alicui: per qd h luceat: illud ɔgeleᷣ. τ hac rõne nec ignis ꝓprio in loco lucet: nec aq et ꝓpo in loco ɔgelaᷣ: τ ſic pꝫ ſoſo qõnis. illud vo qd dixit Alexã. ꝙ ille ignis τ iſte equoce dñr exponit Auer. eſſe vez per accñs: quatenꝰ per accidẽs ille gñat iſte corrũpit. naꝫ cũ illo miſceᷣ gcꝙ de radijs ſolis: qui deſcẽdẽtes cũ aliquo illiꝰ viuificant: huic miſceᷣ aliqd terrei: τ hac rõne mortificat: quare ille viuificat per accñs ob admixtionẽ cuꝫ radijs viuificãtibꝰ. hic mortificat ob admixtionẽ cũ opaco terreo.

⸿ Et cũ ita ſit: ſtellaꝝ τ ſuba coeli eſt eadem nã ꝭm ꝙ oẽs antiq dicũt: vt narrauit Ari. in libro coeli τ mũdi. Et corpꝰ coeleſte ꝭꝫ hoc eſt diaphanũ per ſe in actu ecõtrario corporibꝰ diaphanis quae ſunt hic: quae ſunt diaphana in actu apud preſentiam lucis.

Cõmẽ. 35. ⸿ Ex ijs quę dixit: iſert duo. dcm̃ eſt. n. ptes celi nõ differre niſi penes raꝝ τ denſuꝫ iter ſe. Ex ijs ſequiᷣ pᵒ ꝙ nõ dñt ſpẽ: qꝛ raꝝ τ denſuꝫ nõ faciũt dñaz ſpecificã: τ ita ſtellaꝝ eſt ſuba celi eſt eadẽ nã ꝭꝫ ſpeꝫ veluti antiq aſtrologi ſenſere. τ Ap. narrauit in lib. 2. de celo. Scdo ſeqᷣ vt corpꝰ celeſte totuꝫ ꝭm ſe τ qõlꝫ ſui ſit actu diaphanũ τ p ſe. actu qdẽ qꝛ ſemp lucẽs: ſiue illuminatũ. per ſe vo: qꝛ totũ celũ eſt ꝓpria nã lucidũ: τ nõ ab alio niſi a pte: vt dicemꝰ. ecõtrario corporibꝰ diaphanis q ſunt hic: quę ſunt diaphana in actu apud pñtiam lucis corporis luminoſi ſolis: vł ignis: aut id genꝰ. Hoc aũt ſequiᷣ: qꝛ ptes nõ dñt ſpẽ: ſꝫ ſola raritudine τ dẽſitudie: τ ita oẽs ſunt lucidę: τ oẽs actu diaphanę ꝓpria nã.

⸿ Et ptes diuerſanᷣ in hoc in diaphaĩtate τ nõ diaphanitate: ita ꝙ in eis ſit aliqd ſiłe colori: ſicut in galatia: τ luna vꝫ eẽ denſa τ obſcura τ recipiẽs lumẽ ab alio. ſ. a ſole: τ in libro de aĩalibꝰ dixit Ariſt. ꝙ nã eiꝰ eſt vnigenia nãae terrae plus ꝙ caeterarũ ſtellaꝝ. Et forte corpa coeleſtia diuerſanᷣ in raritate τ dẽſitate: quae ſunt cãe illuminatõis τ obſcuritađ: łꝫ hec nõ inueniantᷣ niſi in luna tm̃. ꝭm hoc igiᷣ eſt intelligẽda: vt mihi videᷣ: diſpoſitio τ illuminatio corpoꝝ coeleſtium.

Cõmẽ. 36. ⸿ Sed circa dicta ſoluit duas dubitatiões. pᵃ dubitatio eſt: qꝛ dcm̃ ẽ totũ eẽ diaphanũ: τ totũ eẽ lucidũ. Or nõ vꝫ hñ dcm̃: qꝛ tũc oẽs ſtellę: τ oẽs celi ptes erunt eqlr lucidę: τ eqlr obſcurę: eqlr diaphanę: τ opacę: cuiꝰ ɔtriũ teſtaᷣ ſenſus. Rñdet τ concedit oẽs eẽ lucidas: τ actu diaphanas: ſꝫ differre ꝭm magis τ minꝰ: intantũ ꝙ in eis eſt aliqd ſiłe colori: veluti appet in via lactea: quę grece galatia: ſiue galatea dẽ: τ ſic ɔcedit oẽs eſſe actu diaphanas τ lucidas: łꝫ ſit dñia penes magis τ minus.

⸿ 2ᵒ dubᵒ mouet in textu. τ eſt: qꝛ luna vꝫ eẽ denſa τ obſcura: vt docet eiꝰ macula: τ recipiẽs lumẽ ab alio vt a ſole. igiᷣ nõ qlꝫ ps celi eſt lucida τ actu diaphana. Cõfirmaᷣ aucte Ap. in li. de aĩalibꝰ. vbi dixit Ari. nãz lunę eẽ iter ſtellas: veluti eſt nã terrę inter elnta: ſꝫ terra nõ eſt actu lucida ſꝫ tetra. igiᷣ nec luna. hęc eſt dubᵒ.

⸿ Rñdet τ ſoſo eiꝰ eſt ꝙ corpa celeſtia τ ptes celi diuerſanᷣ: vt dcm̃ eſt in raritudie τ dẽſitudie: q ſunt cãę illuminatõis ſiue lucił obſcuritatł ſiue tenebrę. ⸿ Tũc ad rõnẽ ait hec nõ iueniri niſi in luna. ſ. ꝙ ſit obſcura τ recipiat lumẽ ab alio. igiᷣ luna τ oẽs ſtellę ſũt lucidę τ actu diaphanę ꝭm magis τ minꝰ: luna tñ łꝫ ſit lucida τ diaphana: eſt remiſſe tal: τ ppea recipit lumẽ nõbile a ſole. Et ſic dubᵒ eſt ablata: τ epylogat ꝙ h pcõ oꝫ itelłi diſpõ celi. ⸿ Sꝫ hic ſũt qõnes. pᵃ vtrũ celũ τ qlꝫ eius ps ſit lucida τ actu diaphana: τ vꝫ ꝙ nõ. pᵒ ꝙ totũ celũ eſt diaphanũ vt dicebaᷣ in textu. τ Auer. 2ᵒ de aĩa. pᵗᵒ 69. igiᷣ totũ nõ hꝫ lumẽ a ſe. diaphanũ. n. eſt luis receptiuũ. ⸿ 2ᵒ Auer. 2ᵒ celi. pᵗᵒ. 49. τ hic vult lunã eẽ obſcurã: qꝛ ſiłis nãę terrę. igiᷣ illuminaᷣ ab alio. ⸿ 3ᵒ oẽs ſtellę recipiũt lumẽ a ſole. igiᷣ nõ hñt lumẽ a ſe. opꝫ. n. oẽ recipiẽs eẽ denudatũ a nã recepti: vt dẽ 3ᵒ de aĩa. pᵗᵒ 4. τ 2ᵒ đ aĩa. cõ. 67. añs ẽ Ap. in li. đ ꝓpetatibꝰ elntoꝝ. ſi ille liber eſt ſuꝰ. ⸿ 4ᵒ qd nõ eſt ꝭꝫ ſe totũ dẽſuꝫ: nõ eſt ꝭꝫ ſe totũ lumioſuꝫ: ſꝫ celũ nõ eſt ꝭꝫ ſe totũ denſuꝫ. igiᷣ nec ꝭꝫ ſe totũ lumioſuꝫ. Maior eſt Auer. in textu: q ait denſitatẽ eẽ cãz lucis ſtellaꝝ. ſtella. n. lucet: qꝛ eſt dẽſior ps orbis. mĩor pꝫ: qꝛ ſi celũ ꝭꝫ ſe totũ eẽt dẽſuꝫ: tũc p orbes iſeriores nõ poſſemꝰ vidẽ ſupiores. eclipſarẽt. n. ſe veluti vna ſtella eclipſat aliã. ⸿ 5ᵒ qd nõ ẽ ꝭꝫ ſe totũ viſiłe: nõ eſt ꝭꝫ ſe totũ lucidũ. Mõ celũ nõ eſt viſiłe ꝭꝫ ſe totũ: ſꝫ ſolũ ꝭꝫ ſtellã. igiᷣ nec ꝭꝫ ſe totũ lucidũ. ⸿ 6ᵒ ſi celũ ꝭꝫ ſe totũ eẽt lucidũ: tũc celũ ꝭꝫ ſe totũ calefacẽt. tꝫ ɔña p dcã Auer. 2ᵒ celi. cõ. 42. ɔñs vo ẽ fłꝫ. Sũt. n. nõnullę ſtellę q ſuapte nã ifridãt vt aſtronomi teſtaᷣ. ⸿ 7ᵒ luna recipit lumẽ a ſole. igᷣ oẽs ſtellę. añs pꝫ in eclipſibꝰ τ alijs figurł lunę. qs hꝫ cũ ſole. ɔña eſt Ap. 2ᵒ celi. τ Auer. cõ. 49. ⸿ In ɔtriũ eſt Auer. in textu q dicit celũ eẽ totũ actu diaphanũ. h eſt p ſe lucidum.

⸿ In qõne tenẽt nõnulli celũ nõ eẽ totũ lucidũ: ſꝫ eẽ aliqd pᵒ lucidũ: qd eſt cã ceteroꝝ: qre ſint lucida. Imaginanᷣ. n. ptes celi ſpẽ differre τ gñe ɔuenire. Sꝫ cũ in vnoqꝫ gñe ſit dare vnuꝫ qd eſt cã ceteroꝝ in illo gñe: ppea volũt in gñe celico eẽ aliqd vnũ pᵒ luciduꝫ: qd ſit cã ceteroꝝ: qre ſint lucida. ⸿ Sꝫ qd. nã iſtd pᵐ ſit: cui p ſe τ pᵒ cõpetit lux: rõne cuiꝰ ceteris alijs cõpetat: τ e q lumẽ ɗfluat in alia: eſt qõ nõ pua. ⸿ Aſtronomi tenẽt illd pᵐ eẽ ſolẽ. Nã ſol eſt lucidiſſimꝰ e quo oĩa alia celi lumẽ mutuanᷣ. Hulꝰ põnis eẽ vꝫ Ptolomeꝰ vbiqꝫ. ad cuiꝰ mentẽ oꝫ dicẽ deũ ipꝫ eẽ pncipalr in ſole veluti in medio moueꝙ vniuerſuꝫ aĩal celicũ diurno motu τ pncipalr ſolez. ad cuiꝰ motũ diurnũ moueñᷣ oĩa alia celi mẽbra τ ſingulũ mẽbrũ moueri a ſuo motore ꝓpo. vbi cã. ſtelliferꝰ orbis moueᷣ ſingulis. 36. miłł. annoꝝ. Alij orbes alijs ꝓprijs motibꝰ. Qua rõne nõ opꝫ ponere 9ᵐ orbẽ: qd pᵒ moueᷣ: ad cuiꝰ motũ ceteri orbes moueñᷣ: τ maxie ſi nõ deᷣ tebitici aſtronomi trepidatio: q rõne orbis ſolis pſtatũ lucis τ nobilitate motꝰ erit pmꝰ ſim-

Confutatio ꝑꝑtis.
Vtrũ totũ celuꝫ ſit lucidũ.
Prima rõ.
Secunda.
Tertia.
Quarta.
Quinta.
Sexta.
Septima.
Põ cõłe.
Põ aſtronomoꝝ.

plicíter: rōne cuiꝰ cęteri orbes diurno motu mouenꝭ: ⁊ e quo lucē cętere orbiū ptes mutuāꝭ. Adde ꝙ orbis ſolis ꝑ ſe pͦ e motore vl'i moueꝭ horis. 24. ⁊ motore ꝓpo ꝑ vnū annū: vt cōponaꝭ motꝰ eiꝰ ex duobꝰ motoribus. Hęc ad Ptolomei mētē.

*Confirmatio pōnis.*

¶ Huiꝰ opionis eſt Albertꝰ magnꝰ in 2º cęli. ⁊ vr̄ pō Ari. in lib. de ꝓprietatibꝰ elemētoꝝ. ſi ille liber eſt ſuꝰ. ⁊ pro hac pōne facit hęc rō: qꝛ pm in gn̄e eſt qđ eſt maxīe tale. Sꝫ nihil ī gn̄e cęlico vr̄ ſole lucidius: vt eiꝰ actio ⁊ apparētia īdicat. igiꝭ ſol eſt pͦ talis: rōne cuiꝰ cętera erūt talia. ¶ P̄. Sol eſt vitę ⁊ actōis pn̄m: ꝑpea Neocepſus ⁊ Petoſiris peritiſſimi aſtronomi fecerūt ſolez in oi genitura aphętā ħ eſt emiſſorē annoꝝ ⁊ vitę. vt ēt narrat Auer. 12. meta. ꝯto 34. vn̄ ⁊ Ari. ait ſolez ⁊ hoīez gn̄are hoīez. Hoc aūt eē non pōt: niſi qꝛ eſt maxīe ⁊ pͦ lucidus. ¶ P̄. Oēs ſtellę regulanꝭ a ſole. ſumūtqꝫ ab illo fortitudinē ⁊ debilitatez. nā lucanę ſunt fortes. veſꝑtinę vͦo imbecillę. ſil'r ⁊ alijs modis cū ſole ꝯſtitutę alijs afficiunꝭ viribus. hac igiꝭ rōne: ⁊ ſil'ibꝰ tenēt oēs ſtellas mutuari (vt dcm̄ ē) lumē e ſole: tāetſi nō oēs ſil'i mō lumē mutuēꝭ ab illo: ⁊ ꝑpea lumē eaꝝ nō eodē mō appet nobis: ſꝫ alterius ſtellę lumē appet rubrū: vt illđ martis. Aliud ſqualidū vt illđ veneris. Aliud albū vt illud galatęę. Aliđ alijs modis pro q̄litate ⁊ nā ſtellę mutuantis.

*Dubitatiōes in opione.*

¶ Sꝫ occurres in hac pōne: pͦ ꝑꝑ qđ oēs ſtellę nō variāꝭ in lumīe: veluti luna. efficiꝭ. n. luna nūc cornuta: nūc ſemiplena: nūc alijs modis apparēs. q̄re nō coeterę ſtellę: ſi a ſole lumē ipꝫ mutuēꝭ veluti ⁊ luna. Scđo. cur ſil'i mō ſtellę nō eclipſanꝭ ꝑ iterpōnez terrę iter ſolē ⁊ ipſas: veluti eclipſaꝭ luna. recipiūt. n. lumē eodē mō oēs.

*Solutio.*

¶ Pōt dici in hac pōt. ꝙ nō eſt ſil'e. nā cęterę ſtellę ſūt diaphanę: ⁊ trāſparētes: in qbꝰ lumē icorpaꝭ: atqꝫ imbibiꝭ ꝭꝫ oēs ptes: veluti fit in vitro. at luna circa ſupficiem eſt corpꝰ diaphanū: circa centrū eſt corpꝰ opacū: ⁊ paꝝ trāſparēs: ⁊ ꝑpea lumē variaꝭ in figª: pro rōne ſitꝰ: quē obtinet luna cū ſole. ¶ Ad 2am dici pōt ꝙ inferiores non pn̄t eclipſari per talez īterpōnē: qꝛ nūq̄ꝫ recedūt a ſole tanto īteruallo vt terra poſſit interuenire. ſupiores vͦo nō eclipſanꝭ: qꝛ vmbra terrę nō attingit ad illos vt tenēt aſtronomi. hęc de pª pōne.

*Scđa pō.*

¶ Alij tenēt illđ pm tale eē totū orbē ſtelliferū. nā vt in aīali cor eſt pm viuēs qđ oibꝰ alijs pͤbet vitā. vita aūt daꝭ calor. calor vͦo lumine ⁊ motu: iđ pm lucidū ⁊ pm mobile idē erit. tale autē pm mobile ꝭm oēs ꝑipatheticos eſt orbis ſtelliferꝰ. igiꝭ talis erit pͦ lucidus. e quo oēs cęli ptes lumē mutuantur.

*Perſuaſiōes coęuoꝝ.*

¶ Hāc pōnez coęui nr̄i ꝑſuadēt. pͥmo: qꝛ corpori pͥmo debeꝭ pª q̄litas: ſꝫ pª q̄litas eſt lux. ⁊ pm corpꝰ eſt orbis ſtelliferꝰ. igiꝭ lux pͦ illi cōpetit: ſyllogiçādi forā eſt Arꝝ. ⁊ Auer. ꝯto. 26. 2º cęli. Scđo. pm alterās dꝫ eē pm lucidꝫ ⁊ pm mobile. corpꝰ. n. cęleſte nō alterat niſi lumine ⁊ motu. Sed pm alterās ⁊ pͥmū mobile eſt cęlū ſtelliferuꝫ. igiꝭ idē eſt pm lucidū.

*Confutatio opionum.*

¶ Sꝫ nulla haꝝ pōnuꝫ eſt peripathetica: nec quo ad illđ in quo ipſę ꝯueniūt: nec quo ad illud in quo ipſę dn̄t. nō qdē quo ad illud in q̄ ꝯueniūt: qꝛ apud ꝑipatheticos aggregatū ex oibꝰ cęlis eſt vnū nuō aīal cęlicū ſectū in orbes veluti in mēbra: vnigeniū ⁊ in nā ꝯſil'e: cuiꝰ ptes nō dn̄t ſpē: ſꝫ ſūt eiuſdez nāę vt dicemꝰ: dn̄tes tn̄ in accn̄tibꝰ ꝭm magis ⁊ minꝰ. Scđo. luciduꝫ eſt a denſitudine ꝑuū: ſꝫ nulla eſt cęli ps: quę nō ſit aliquātuluꝫ dēſa. nō. n. daꝭ ſūme denſum: ſic̄ nec ſūme raꝝ. igiꝭ oēs ſunt lucidę pro q̄litate dēſitudis. Tertio. oēs ptes cęli ſūt actu diaphanę. igiꝭ actu lucidę. Añs eſt Auer. vbiqꝫ: ⁊ ꝯn̄s ēt. Quarto. oē ꝑuium cū ꝯdenſaꝭ: lucet veluti de albumīe oui pꝫ: qđ magis vr̄: q̄ñ magis ꝯdenſaꝭ. Sed oēs ſtellę ſunt ptes denſiores orbiū. igiꝭ oēs lucēt. ¶ Quo vͦo ad dn̄az ēt errāt. Prima qdē pō errat: qꝛ nō eſt ꝑipathetice dictū ſolē eē pm oiuꝫ mēbroꝝ cęli: qꝛ lꝫ eſſet pm ꝑſtatu lucis: nō tn̄ ꝑſtatu motꝰ. Scđa ēt errat ⁊ magis. pͦ qꝛ lꝫ eſſet cęlū ſtelliferū pm mobile ꝑſtatu motꝰ. nō aūt ꝑſtatu lucis. nō. n. ſtellę eiꝰ ſt ſūme lucidę: vt ſenſu pꝫ. ¶ Scđo iuxꝭ hāc pōnē nō poſſꝫ bn̄ reddi cā augm̄ti ⁊ decrem̄tiluis lunę nec eclipſiū lunariū: qꝛ nunq̄ꝫ poſſꝫ terra ita īteruenire iter cęlū illđ ⁊ lunā: qn alia ex pte luna illumiareꝭ:

*Pō peripatheticoꝝ ꝓpria.*

¶ Dōꝫ igiꝭ ad mētē ꝑipatheticoꝝ cęluꝫ ipm aggregatū ex oibꝰ orbibꝰ eē īdiuiduū cęlicuꝫ. vnū nuō in ſpē aīal cęlici: cuiꝰ ptes ſūt ſimilares. ⁊ in nā ꝯſil'es ⁊ accn̄tibꝰ ꝑprijs vniuoce: dn̄tes tn̄ in illis ꝭm magis ⁊ minꝰ: q̄tenꝰ vna ē magis talis: vt ſol magis lucidus: nō tn̄ pͦ lucidus. Orbis ſtelliferꝰ magis mobilis: nō tn̄ pm mobile. pm. n. lucidū eſt vniuerſuꝫ aīal cęlicum: ⁊ ħ pm mobile. Ut eſt opio Auer. in lib. metheo. ⁊ hic. ⁊ Ariſt. vbiqꝫ. ¶ Ex ijs ſeqꝭ ꝙ in tali cęlico aīali nō eſt aliqđ pm: ſꝫ bn̄ aliqđ magis ⁊ minꝰ. nā pm ⁊ poſteriꝰ eē nō pn̄t niſi in his: q̄ dn̄t ſpē in eodē gn̄e: magis ⁊ minꝰ pn̄t eē in īdiuiduo vno nuō ꝭꝫ diuerſas ptes. Et ꝑpea lꝫ in tali īdiuiduo aliqđ dicaꝭ magis mobile vt cęlū pm: ⁊ aliqđ magis lucidū vt ſol: nihil dr̄ pm mobile: vl' pm luciduꝫ: niſi totū cęlū. Ipꝫ. n. ꝑ ſe pͦ moueꝭ: ⁊ per ſe pͦ lucet. Pōt tn̄ aliqđ in illo dici pͦ tale. ſumēdo pͦ pro magis: ⁊ aliqđ 2º tale: ſumēdo 2º pro minꝰ. ¶ Qꝛ vͦo totū cęluꝫ ſit lucidū teſtaꝭ luna ipſa cornuta: cuiꝰ vna ps q̄ eſt vſa ad ſolez vr̄ lucidior: alia minꝰ lucida. Mō ħ minꝰ lucida cū ſit viſilis: ⁊ non vr̄ rōne coloris: nec rōne lumīs: qđ recepiſſet a ſole. igiꝭ rōne ꝓpꝛę lucis. Sil'r in eclipſi lunę: vbi totum lumē qđ a ſole recepit amiſit: ⁊ tn̄ vr̄. igiꝭ luce ꝓpꝛa: niſi dicaꝭ videri ꝑ lumē ſcđariū de quo in lib. de aīa diligētiꝰ diſputabimꝰ. ¶ Debes ſcire pro ſol'one ad rōnes ꝙ ptes cęli q̄daꝫ ſunt maxīe lucidę ⁊ minīe opacę vt ſol. q̄dā magis opacę ⁊ minꝰ lucidę vt luna. q̄dā lucidę ⁊ diaphanę mediocriter vt ſtellę ⁊ cętere cęli ptes. Tūc opꝫ dicere: ꝙ minꝰ tale intēdi pōt a magis tali: ⁊ ita recipe qcq̄ꝫ ab illo: nō ea pte q̄ eſt tale: ſꝫ ea pte q̄ deficit ab illo tali. luna igiꝭ ⁊ oēs ſtellę recipiūt lumē e ſole: nō qdē vt reddanꝭ lucidę: qꝛ ſūt lucidę: ſꝫ vt reddāꝭ viſiles ⁊ magis lucidę. Et ex ħ appꝫ: q̄re luces ſtellaꝝ ſūt diuerſę ꝓpꝛietatis. nā lꝫ vigorenꝭ a luce ſolis: tn̄ lux ſolis: q̄tenꝰ fit ſaturnia aliā nāſciſciꝭ affectionē aliā: q̄tenꝰ fit martia: ⁊ ħ pacto voluit itelligere Ptolomeꝰ. ¶ Quibꝰ rn̄deꝭ ad rōnes pro pōnibꝰ. Ad pam cū ait in vnoq̄ꝫ gn̄e eē vnū pm pꝫ ſol'o. Cęlū. n. nō eſt genꝰ: nec ptes dn̄t ſpē: ſꝫ eſt vnū nuō aīal in ſua ſpē: in q̄ nihil eſt pm ꝑ ſe: lꝫ aliqđ magis tale. ¶ Ad rōnes pro pª pōne: pꝫ ſol'o. Sol. n. nō eſt pm ꝑ ſe: ſꝫ maxīe lucidū: e quo ſtellę nō lucēt: ſꝫ nōbile lumē mutuanꝭ. Et ꝑ idē ad 2m. dicimꝰ. n. totū cęlū eē vitę pn̄m: ſꝫ ħ daꝭ ſoli: nō qꝛ ſit pͦ talis: ſꝫ qꝛ magis talis. ¶ Per idem ad 3m. regulanꝭ nō qꝛ ſolus talis ⁊ pͥmo: ſꝫ qꝛ magis talis. ¶ Ad rōnes vͦo pro 2ª pōne patuit ſol'o in declaratiōe opionis Ari. ¶ Ad rōnes vͦo in pn̄º q̄ōnis. Ad pam dici pōt ꝙ totū eſt diaphanū in actu: ⁊ nō in poª: ⁊ ꝓpterea actu lucidū. ¶ Ad ſcđaꝫ pꝫ ſol'. luna. n. recipit nō lucē a ſole: ſꝫ nōbile lumē: ⁊ eſt diaphana ⁊ opaca ſiue minꝰ diaphana. circa. n. ptes circūferētiales ē diaphana. circa vͦo ptes centrales eſt aut opaca: aut minꝰ diaphana: ꝑpea hꝫ lucē: ⁊ recipit lumē: nō q̄ luceat: ſed q̄ videaꝭ. ¶ Ad 3am ꝯcedo ꝙ oēs ſtellę recipiūt lumē a ſole: quo notabil'r luceāt: ⁊ ꝭm gradū: quo illud recipiūt ſūt denudatę ab illo: nō al'r. ¶ Ad 4am negaꝭ minor. cęlū. n. eſt ꝭm ſe totū denſuꝫ: nō tn̄ ꝭm ſe totū ęqual'r denſuꝫ:

r ppterea nō ſm ſe totū ęqualr luminoſuz: r ad pbatione dico φ orbes iferiores nō ipediūt: qꝛ ſūt diaphani r lucidi: vt appet i vitro: r albumie: r id gen⁹. ¶ Ad 5m dico φ ſm ſe totū eſt viſile: nō tñ eqlr: ſic nō eſt ſz ſe totū eqlr lucidū: orbes tñ r ptes nō ſtellatę nō vñr: qꝛ mai⁹ lumē offuſcat min⁹: veluti ſtellę nō vñr ꝺ die: lz ſint viſiles pp mai⁹ lumē ſolis. ¶ Ad 6m dico φ oēs ſtellę ſūt lucidę: r cū dr φ tūc oēs calefacerēt: negarē: qꝛ nō ois lux calefacit: niſi ſit attractiua: vt dicem⁹: q̄q̄ Auer. pcedat oēs ſtellas calefacē ꝺ quo al's. ¶ Ad 7m pꝫ ſolo p ea q̄ dcā ſunt.

De macula lunę.

¶ Cōſequēter q̄rit̃ de macula lune: vtrū luna ſit ſuapte nã maculoſa. r vr φ nō: qꝛ eſt corp⁹ ſimplex r puri⁹ igne: g nō eſt maculoſus. ¶ In ꝯtrariū fuit Auer. q dixit lunā eē maculoſaz pp drīā ptiū in ſpiſſitudine r raritudine.

Prima pō.

¶ De qōne narrat mltas pōnes Auer. 2° celi. pto. 49. pa eſt maculam illā euenire obiectu cuiuſdā corpis iter nos r lunā. qđ phibet nos videre totalez lunę claritatē.

Confutatio.

¶ Cōtra obycit Auer. qꝛ tūc nō vbiqz eodē mō appereret. nō. n. eodē mō corpus illud in oi terrę regione iterpoſitū videret̃: veluti eclipſis ſolis nō eſt vbiqz eadē: pp drīā aſpectuū.

Scđa pō.

¶ 2a pō eſt maculā illā eē vmbrā ſiue ſilitudinē montium vel quorūdā mariū: ceu in ſpeculo appet ſpēs.

Confutatio

¶ Obycit ēt ſilr Auer. qꝛ tūc nō oib⁹ hītantib⁹ vbiqz appereret eadē.

Pō Auer.

¶ Auer. igit̃ pp hęc tꝫ maculā illā appere pp ptiū lunę diffoꝛmitatē. Eſt. n. de luna quēadmodū de terra putādū. nã vt terra eſt in ptib⁹ diffoꝛmis. rarioꝛ gdē in aliq̄ pte. dēſioꝛ āt in alia: ita luna in pte eſt puia r trāſparēs: in pte tetra r opaca: qua rōne reſultat illa maculoſa appitio: q̄ facies dr. lumē. n. ex ipo ſole emiſſuz nō vniformit̃ penetrat pp ptiū lunę drīaz: pſuadet Auer. Prio: qꝛ in cęleſtib⁹ ſunt extrema. vz. puiū r opacum. puiū gdē eſt ps orbis nō ſtellati. opacū vo eſt illð lunę qđ nō eſt penetrabile. igit̃ oꝫ eē mediū: r hęc eſt ps maculoſa lunę. Scđo. Ariſt. ait lunā eē terrę ſilez. igit̃ eſt veluti terra diffoꝛmis.

Confutatio

¶ Sz hęc pō Auer. eſt dubia: qꝛ nō vr lumē recipi p totalē penetratiōez: qꝛ tunc ſp appereret plena. ſemp. n. lumē oēs lunę ptes penetraret r illas illuſtraret: vt de cęteris ſtellis dcm̄ eſt.

Solo ppria.

¶ Pōt dici alr vt mihi nūc vr: r p̄ φ lunę ptes circūferētiales ſunt puię: r ppea oēs illuſtrant̃ a ſole. centrales vo ſūt opacę: r ppea nō penetrabiles: r ſic lumē ptiz per fractiōnē: ptiz p penetratiōez reſultat in luna: ptiz ēt per nãz: vt dcm̄ ē. Dico 2° φ ptes lunę circūferētiales: maxime gb⁹ illa ignē tāgit ſūt diuerſę veluti ſūt ptes terrę: quaꝝ alię ſūt valloſę: alię mōtuoſę: ex q̄ꝝ drīa: apparere pt facies illa: accedēte ad h nimia ad nos iterca pedie. Ueluti mlti lapides: r ligna ꝺ lōge ꝯſtituta apparēt aialia: pp ptiū quedā ſitū: nec vr h rōni diſſonū. nã luna eſt corp⁹ ipfecte ſphęricū: maxie ex ea pte qua ignē tāgit: r qꝛ eſt a p̄ celo maxie elōgata: vt dixit Ari. 2° celi. ¶ Ad rōnē vo dico φ eſt purioꝛ igne: quo ad fecez mālē. nō āt q̄ ad ptes: qꝛ ipa eſt terrę ſilis. Hęc de macula.

De lacte.

¶ 3° q̄ro de galatia: ſiue de via lactea: vtrū ſit res elr̃aria vl cęlica. Et vr φ ſit res cęlica p vba Auer. hic dicētis. r ptes diuerſant̃ in h in diaphanitate r nō diaphanitate: ita φ in eis ſit aliqđ ſile colori: ſic in galatia. Ecce q̄ñ Auer. tꝫ galatiā eē rez cęlicā. idē ēt i ſua paraphraſe libri metheoroꝝ. ¶ In ꝯtrium eſt Alex. in cōmētatiōe libri metheo. vbi velle vr lac eē rē elr̃tariaz. ¶ Circa qōnē videam⁹ p̄ quę ſint pōnes alioꝝ: r demū ꝺ vitate.

Pō attributa Ariſto.

¶ De lacte igit̃ oēs latini opinãt̃ Aꝝ. idē ſenſiſſe: qđ de cometa. naz vt cometa eſt exhalatio accēſa: ita r lac voluiſſe Ari. Dicūt 2° φ ſic cometa vr p colorē ſibi ex iflāmatiōe in ſitū: ita r lac p colorē ex accēſione reſultātez: r ꝯueniūt gñe r ſpe. drnt aūt ſolo ſitu: q̄ten⁹ cometa eſt circa vnā dūtaxat ſtellā: lac circa totū illū circulū quē ſpoꝛadeū vocāt. ¶ 2°: qꝛ cometa nōnūq̄ rubicat. Lac ſp albicat: ob quā cāz gala gręce latine lac dcm̄ eſt. ¶ Qz vo hęc ſit pō Ari. pꝫ p̄ qꝛ Ari. ait lac fieri vt cometa diſgregato aere ab accēſiōe aeris. 2° ibidē ait lac eē crinē mltoꝝ ſyderū. 3° definiēs ipz ingt lac eē crinē maximi circuli: ſic crinita eſt vni⁹ tm̄. 4° p rōnes Ari. pa. vnū ſydus pōt tm̄ exhalatiōis eleuare vt fiat crinita. igit̃ plꝫs ſtellę id pñt r maius. Scđo. vna medietas eſt dupla ad aliā. igit̃ lac eſt res elr̃taria. Tertio. lac r ſydez cāis gñat̃ gb⁹ r crinitę. igit̃ ſunt eiuſdē ſpēi. Jis ꝯcludit̃: vt Alex. ait lac eē eiuſdē gñis r ſpēi cū crinitis. Hec Ari. impoſuerūt latini oēs vſqz ad ānos nr̃os. Nec legi aliquē q de mēte Ari. alr dixerit.

Obiectiones contra Ariſto. Prima rō.

¶ Deide obyciūt oēs Ari. r ipz in hac re derelinquūt r p̄ ꝫ Ari. arguit Auer. in paraphraſe libri metheoroꝝ. Nã ſi lac eēt exhalatio accēſa veluti crinita: ipm nō videret̃ ſimilr ab oibus habitātibus. ꝯñs falſum vt dicit: qꝛ vulturē cadentē ſiue aquilā vidit in extremitate lactis ſub vno ſitu in coꝛduba: r ſub eodē in marocho: q̄ diſtāt multū. r pbat̃ ꝯña. ſit circulus terrę. a. b. r ſint duo oculi diſtantes in diuerſis regionib⁹. vz. in. a. alter: r in. b. alter: r ſit exhalatio accenſa q̄ lac eſt. c. trāſeat igit̃ radi⁹ ab oculo. b. vſqz in c. q directe aſcēdat vſqz in. d. ſtellā. in eodem inſtāti trāſeat radi⁹ ab a. in. c. aut igit̃ pcedet ꝯtiuo r directe in. d. vl in. f. ſtellā. non in. d. vt obſuatio docet. igit̃ in f. ſtellaz. igit̃ ſi lac eſſet exhalatio iflāmata in ſuprema regiōe aeris. tūc ſtellę nō eodē ſitu ad lac videbunt̃. occiduis. n. appebit. f. idirecte. oriētalib⁹ vo. d. ſtella.




Secunda.

¶ 2° arguit. ſi lac eēt exhalatio iflāmata: tunc annis calis icreſceret. iminueret vo ānis hūidis. Silr in vno āno tpib⁹ calis vt ęſtate r vere augeret̃. frigidis aūt decreſcēt.

Tertia.

¶ 3° ſi ita eēt: tūc aliq̄ exhalatio eēt ppetua: r ſi exhalatio aliq̄ eēt ppetua: tunc corrūperet̃ tot⁹ aer r ꝯuerteret̃ ad ignē: vl ſaltē fieret pluuiaꝝ: r fōtiū: r aquaꝝ magna pęnuria r vredo ſūma. tꝫ ꝯña: qꝛ iſtð lac ē mai⁹ q̄is cometa: r tñ cū appet cometa: ys ānis emergit in mūdo ſūma ſiccitas mag⁹ pluuiaꝝ iopia r ſūma vredo: vt aſſerit Ari. ſe nō ſemel obſuaſſe: r nos teſtamur h āno. 1507. appuit. n. cometa gdā 3° die Auguſti āni pximi. 1506. in occidēte: r h āno ſecuta eſt magna ſiccitas: r aquaꝝ pęnuria. a Decēbre. n. mēſe vſqz ad Auguſtū ſequētē āni nō ſt viſę apð nos ſenſiles pluuię: r vtinā hęc pęnuria eēt i fine: qm̄ vix paupes viuē pñt aq̄ꝝ iopia: r aialia fere oia ꝺpereūt. igit̃ ſi tātū pt pu⁹ cometa r momētari⁹: q̄tū poterit lac r ppetuum:

Quarta.

¶ Ultio arguit. oē intrāſmutabile qđ circulr mouet̃: eſt celū vl cęlicū gcq̄: lac eſt ppetuū: r circulr fert̃. igit̃ celū vl gcq̄ cęlicū. pp hęc argu^ta Auer. r oēs latini relinquūt Aꝝ. aſſerētes in hac re nō eē audiēdū.

Scđa pō de lacte.

¶ Propt̃ h alr nōnulli dnt. aiūt. n. celuz eē in raritate r dēſitate variū: ac diffoꝛme. Signū āt eſt: qꝛ ſtella eſt dēſioꝛ ps orbis: tūc aiūt lac eē ptē celi: quę eſt diaphāis dēſioꝛ r

ſtellis rarior:quę ps eſt veluti angulus gdā incipiēs a pedib⁹ gemior circuēs per polos ad p̄n^m ſagittary. Si/gnū aūt: qr ibi ſunt ſtellę puę ꝛ diſſemiatę:quę ſporadę dnr a gręcis. Imaginant igit ſolem ꝛ ſtellas:q̄ rutilio/res ſunt:ꝛ clariores emittere radios ſuos in illū angu/luz:q eſt ſtellis rarior:ꝛ dēſior diaphanis: ꝛ ibi radios frāgi aliq̄ ex pte: vt inde lumē illud magis icorporatū eo in angulo magis nobis appear:q̄ȝ incētratū in ptib⁹ diaphanis. pbāt vo h exēplo a nube. ꝛ.exēplo a macu la lunę ꝛ a cęteris ſtellis nebuloſis. Hęc d lacte iunio/res. ⸿ Auer. vo in ſua paraphraxe libri metheororuz fingit duos alios modos: ſz qr ſunt friuoli:eos omitto. cęteri vo aliter ſentiunt:quę oia tanq̄ȝ vana tacemus.

Cōfutatio pō nis iunior. ⸿ Obyciam⁹ igit ꝯ pōnē iunior p̊ iſte angulus eſt ps denſa in orbe.igit eſt ſtella p definitionez ſtellę: vltra

Prima rō. eſt ſtella.igit ſphęrica. ⸿ Tenet ꝯn̄tia p Ariſt. 2° cęli. vbi pbat:ſi vna ſtella eſt ſphęrica oēs eē ſphęricas: ꝛ Auer. ꝯ^to.49.ait hanc ꝯn̄tiaz valere:qr oēs ſtellę ſunt eiuſdē ſpēi. Ampli⁹ cęlū octauū eſt oīuz orbiū nobiliſ/ſimū.igit ſibi ꝛ cuilibz ei⁹ pti cōpetit fig^a nobiliſſima: q̄lis eſt ſphęrica.

Secunda. ⸿ Scdo ſi talis circulus eſt ſtella cū ſic ita maxia hēbit ꝛ vtutē maximā. Jmmo ꝛ mlto po tentiorē quauis ſtella cuiuſuis magnitudis:qr vt dr 8° phy. in maiori q̄ȝto eſt maior vt⁹: ꝛ vltra: ſi hz vtutem maximā:debuit obſeruari vt cętere ſtellę:ꝛ vt nebulo ſę oēs: ꝛ ſic angulus iſte in ortu geniturę aliud daret: aliud in occaſu:aliō in alys locis collocat⁹.mō p obſer uationē veter aſtronomor hic circulus nō iuenit ob/ſeruat⁹:ꝛ ſic nō vr eē res cęlica oi ex pte.

De lacte ſm vitatē ꝛ Ari. ⸿ Nunc vi/deam⁹ d pōne Ar. ꝛ de vitate. ꝛ p̊ petit Ar. vt Auer. in lib. metheoro. declarat:aerē lunari globo pxi^m eē accē/ſum. Scdo petit in ea cęli pte:q̄ eſt in directo poſiture lactis ples eē ſtellas:q̄ȝ in coeternis ptib⁹. Ex ys p̊mo ſeqt in ea aeris ſupa pte:quę circulo ſporadeo ſubyci/tur:plus exhalationis attrahi:ꝛ attractaz plus reſolui atq̄ȝ inflāmari. tz ꝯn̄a:qr vtus attractiua ibi eſt maior: cōbuſtiua ēt maior. igit ꝛ attractū maius:ꝛ cōbuſtum mai⁹.

Cauſę. Tūc colligi pn̄t effectrices cāę. Nā lac hac rōne efficit. ſtellę in circulo ſporadeo diffundūt lumē pten ſuz in ꝯtinuo ꝛ directo vſq̄ȝ ad exhalatiōez ab ipſo at/tractā ꝛ accēſā:ꝛ qr illa exhalatio accēſa pp cōbuſtio/nē ꝛ ꝯſiſtētiā attractę rei acq̄ſiuit po^as r̄flectēdi oē ſibi emiſſuz:reflectit lumē circuli ſporadei i 8^am vſq̄ȝ ſphę/rā:ꝛ qr illō lumē nō iuenit in vniuerſo cęlo aliquā aliā ptē aptiorē ad mutādū ipz:recipiēdūue q̄ȝ ſit circulus ſporade⁹:ide is circulus lumē illō aſſumit ſic in mixtū ex lumie rei elntarię ꝛ cęlicę. ppea q̄ſi albeſcit vt lac. igit cāę effectrices ſūt circulus ſporade⁹ vt lumis emiſ ſor:ꝛ exhalatio attracta vt illō reflectes. Mā ꝛ ſubm eſt ea cęli octaui ps quę cū circulo ſporadeo coexiſtit. Nā hęc lucet:hęcq̄ȝ alba cernit:ꝛ nō exhalatio:for^a eſt albedo illa:quę luci addit. hęc.n.albedo luci ſporadar

Q̊ ſit pō Ar. addit ex accēſione exhalatōis. ⸿ Et q̊ hęc ſit pō Ari. Auer. ipſe teſtat. ait.n. Ari. fundarl in h ſyllo. vz. ſtellę accēdūt ꝯtētū ſub ſe:ſtellę in via lactea ſūt multę. igit multū accēdūt ꝯtētū ſub ſe. Tunc vltra pcedit:ꝛ vult lac fieri ex reflexione lumis:ꝛ ppea ꝯcludit q̄re eſt ap/parētia cōpoſita ex lumine elntario ꝛ ſtellifero. 2° idē pōt colligi ex trāſlationib⁹ nr̄is in lib. metheoror: q̄s ęcdem⁹. Tūc de fine dicim⁹ q̊ ali⁹ eſt finis circuli ſpo/radei. alius exhalatōis accēſę. alius ipſi⁹ lactis. Finis circuli ſporadei nō eſt alius a fine cęterar ſtellar. ob eundē.n. finē eſt circulus ſporade⁹:ob quē ſunt cęterę ſtellę: finis exhalatōis accēſę eſt vt ignis gn̄et:ac in eq̄ litate perpetuet. Nam vbi nō ſunt ſtellę:elnta frigida increſcunt:vt terra ꝛ aqua. Ad ęqualitatē igit neċe eſt per hūc modū ignē increſcere. Finis ipſi⁹ lactis gn̄atiz gdē:eſt mūdi ornat⁹. ſpeciatim vo eſt pp ſubm in quo eſt. potit.n. accn̄s eo gdē fine:quo ꝛ ei⁹ ſubm. Hęc de oīs cāis lactis.

Dubitatiōes ꝯ Ariſto. ⸿ Sz occurres p̊:qr illa exhalatio accē ſa:que eſt ſpeculū reuerberās eſt rara. igit nō pōt refle ctere lumē illō vſq̄ȝ ad cęlū. Ampli⁹ cur reflectit lumē emiſſuz a ſporadeo circulo ꝛ nō cęterar ſtellar: ꝛ cur ad ſporadeū circuluz ipm reflectit ꝛ nō ad aliā cęli re/gionē.

Solutio ⸿ Propter p̊^am rōnē Auer. religt Ari. Et ego re/linquo ipz. nā ille credit exhalationē adeo pp accēſio/nez rarefieri:vt nō poſſit eē ſpeculuz:ꝛ in hoc decipit. Ariſto.n. exhalationē hāc rariorē eē exhalatione e qua fit cometa arbitrat⁹ eſt:qr ſi eēt tāta:tūc ppo cerneret colore:veluti cometa. Uult tn̄ illā eē aliquātulū dēſaz vt emiſſuz lumē reflectat ꝛ ipz albificet reddatq̄ȝ illō viſile. ⸿ Ad 2^am dici pōt q̊ reflectit lumē illud ꝛ cęte rar ſtellar. p̊ncipalr illud:qr hz cū eo aliquā viz occul taz:ꝛ qr eſt in poſitura tali ad illō:ꝛ reflectit lumen ad regionē ſporadei circuli:qr ibi eſt illi⁹ ſiltitudo ꝛ occul/ta ꝛ māifeſta. occulta gdē:qr forte eſt illic vt⁹ attractia illi⁹ lumis. māifeſta vo:qr illic genitū fuit illud lumē ꝛ illinc pficiſcit. ⸿ Ex ys ſeqt apō Ar. lac eē apparētiā nō gdē ſimplicis lumis:ſed cōmixti ex elntario ꝛ cęli/co. erit igit exhalatio reḡſita vt concā effectrix: q̄ten⁹ vt corona circuli ſporadei lumē illō reflectit ꝛ albifi/cat ꝛ reddit viſile. erit vo lac apparētia q̄ in circlo ſpo/radeo collocat quaten⁹ circulus ille eſt illi⁹ apparētię ſubz. Propterea Ar. viſus eſt velle ſmonē mixtū. nā vbi ait lac eē exhalatiōez accēſaz itelligit illā eē vnaz effectricē concā lacti. vbi vo lac ait eē ſporadeū circu/luz vl in circulo ſporadeo:itelligit tāq̄ȝ in mā ꝛ re viſi li:ꝛ ſic ſmōes Ar. ſunt ꝯcordes.

Solutio. ⸿ Per hęc ad rōnes Auer. Ad p̊^am dico ipz lac eē in cęlo ſtellifero vt i ſubo: qr vſq̄ȝ ad illō exhalatio reflectit pp cās dcās: ꝛ nō in regione aeris vt putarūt Auer. ꝛ latini: ꝛ iō ſtellę vnr eadē poſitura ad lac apō oēs hitātes. ⸿ Ad 2^am dico q̊ exhalatio reflectēs creſcit ꝛ minuit:ſz nō ſenſibilr. nā vt⁹ ꝯſeruās ꝛ attrahēs eſt vniformis ppetua ꝛ limita/ta a nā vl i ad tātū ꝛ tale. veluti ſi ppetu⁹ eſſet magnes ppetua eēt talis ꝛ tāta attractio:ꝛ hac rōne lac ppetuo eſt aliud atq̄ȝ aliud:lz ſp appeat idē. ⸿ Ad 3^am dico q̊ ꝯtinuo aer ipſe corrūpit in regiōe illa in exhalatiōe:ſz a vtute regitiua vniuerſi q̄ȝtū d igne hic auget ꝛ in ex/halatiōez ꝯuertit:tātū alia ex pte iminuit:ꝛ ſic ꝯſuat ęq̄litas. ⸿ Ad vltimā dico q̊ lumē eſt ꝯtiuo aliō atq̄ȝ aliud:exhalatio ēt alia:ꝛ lac ꝯtinuo aliō atq̄ȝ aliō. Hoc āt dephēſū eſt ꝯiecturl. Potiſſimū qr iter tropicos lac puū ꝛ forte nullū eſt:qr ibi ples ſūt ſtellę in ſporadeo circulo:q illi pti corrn̄det. ad auctē vo Auer. veluti ipe negauit p̄ceptorē:nos negam⁹ ipz:qr nec Ari. itellexit: nec vitatez hui⁹ q̄ōnis. Mir igit eſt cur Auer. ꝛ cęteri latini Ari. tā inique accuſent. Meli⁹.n. debuiſſent ipz itelligē. Si gs aūt de Ari. opione:vl d rei vitate alr ſen ſerit:rogo vt ſcribat. nō.n. diſcē meliora recuſabo. vnū tn̄ audeo dicē:me. vz. fuiſſe p̊^m iter latinos:ꝛ eos quos videriz:qui puintiā ſumpſerit defendēdi Ariſt. ppea aut mihi aut inuētioni grę ſunt habendę. hęc de lacte.

De differētis orbium. ⸿ Cōſequēter 4° q̄rit vtrū ſtellę ſiue orbes dīant ſpe: ꝛ arguit q̊ ſic p̊. ſi orbes eēnt eiuſdē ſpēi: tūc eēnt oēs corruptibiles:vt deducit p̊ cęli. ꝛ Auer. notat. 12. meta. cōmē. 49. ꝛ 3° de aīa. cōmen. 5. ⸿ Scdo. orbes ꝛ ſtellę ſunt ęterni. igit nō eſt plus vno indiuiduo in ſpe: ꝛ ita dīnt ſpe. tz ꝯn̄a p Auer. p̊ cęli. ꝯ^to. 4. vbi ait. vbi iuenit ex eo plus vno eſt diminutū. ꝛ cōmē. 90. ait in ęternis

nō eſſe plus vno indiuiduo in ſpe. Tertio quę differūt
nuō ꝛ ꝯueniūt ſpe. Sūt in mā vt dicet̃ vltimo lib. hui⁹
ꝛ 7° meta. ꝯ^{to}. 28. at orbes nō ſunt in mā. igit̃ vt prius.
Quarto quoꝝ loca dr̃nt ſpe: ēt locata dr̃nt ſpe: qm̃ loc⁹
eſt forma ꝛ ꝑfectio locati. 4° phy. ꝯ^{to}. 23. Sȝ loca dr̃nt
ſpe: qꝛ diſtātię orbium a medio dr̃nt ſpe. igit̃ ꝛ orbes.
Quinto plus dr̃t ſtella vni⁹ orbis a ſtella alteri⁹ orbis:
q̃ȝ ſtella vni⁹ orbis a ſtella eiuſdē. Sȝ ſtellę eiuſdē dif
ferūt nuō: qꝛ v̄tute ꝛ po^a: vt pȝ de ſtellis ſigniferi orbis
apud Ptolomęū. igit̃ ꝛ ſtellę diuerſoꝝ orbiuȝ. Sexto
motores dr̃nt ſpe. igit̃ ꝛ orbes. Septio ſtellę dr̃nt pro/
prys accn̄tib⁹ vt ſexu ꝛ q̄litate. igit̃ ſpe. Octauo Ari. in
lib. de ꝓprietatib⁹ elr̄toꝝ ait. ſolez ſpe differre ab alys
ſtellis. igit̃ cętere ſilr̄. ¶ In opp^{m} eſt Auer. in textu. d.
ſtellaꝝ ꝛ cęli eē eādē nāȝ. ¶ P. Ari. intulit in 2° cęli vt
Auer. notat. cōmē. 49. ꝛ. 59. ſi vna ſtellaꝝ eſt ſphęrice:
oēs eē tales. vbi Auer. ait illā nō tenere: niſi qꝛ oēs ſūt
eiuſdē ſpei. ¶ P. Stellę hn̄t eaſdeȝ figuras ſpe: ꝛ eoſ/
deȝ mot⁹ ſpe. igit̃ ſunt eiuſdē ſpei. Demū cęlū eſt qnta
eēntia. igit̃ vnū in ſpe. oēs. n. orbes ſūt eiuſdē ſpei nāę
qntę. Et ſic qō eſt ambigua pro vtraqȝ pte. ¶ Auic. de
qōne tenet ſtellas differre ſpe: ꝛ gn̄e ꝯuenire: veluti ꝛ
orbes: ꝛ tūc vult Ari. 2° cęli fuiſſe locutū exēplr̄. non. n.
vult hr̄e ꝙ qꝛ luna nō mouet̃. igit̃ nulla mouet̃ vt hoc
ſit pro tāto: qꝛ oēs ſunt eiuſdē ſpei. nā h̄ eſt loco exēpli
nō demr̄onis: ꝛ ꝓpea tenet Auic. orbes ſiue ſtellas eſſe
eiuſdeȝ gn̄is ꝛ diuerſaꝝ ſpēꝝ. Perſuadet h̄ p̄: qꝛ mot⁹
dr̃nt ſpe. igit̃ ꝛ orbes. Añs pȝ: qꝛ mot⁹ diurn⁹ ꝛ motus
ꝓpri⁹ vagaꝝ ſtellaꝝ dr̃nt ſpe. Sunt. n. a terminis ꝯrys
in terminos ꝯrios ſupra diuerſos polos. Scd̄o qꝛ cen/
tra orbiū dr̃nt ſpe: ꝛ maxie ſi ſint eccentrici ꝛ epicicli.
Algaçel v̄o nō mō orbes ſȝ intelligētias quę illos mo/
uēt. ait differre ſpe: ꝛ gn̄e ꝯuenire: vt in lib. deſt. deſtru.
diſputatiōe 7^a in dubio 5°. ¶ Obycit aūt huic Auer. 2°
cęli. ꝯ^{to}. 49. ſic. ſi orbes eēnt ſpe dr̃ntes: ꝛ gn̄e ꝯuenien/
tes eēnt cōpoſiti ex mā ꝛ for^a: ꝛ ſi cōpoſiti ex mā ꝛ for/
ma. igit̃ corruptibiles: ꝛ ſi corruptibiles. igit̃ eēt aliqđ
corp⁹ cęlo p̄us: ꝛ ita orbes nō eēnt p̄^a corpa. Hęc eſt rō
Auer. ꝛ lȝ de deductiōe poſſit eſſe qō: ego omiſſis alys
ſic deduco: qꝛ Auer. ſuppoſuit dr̄iaȝ ſumi ab actualita/
te forę: gen⁹ ab ipſi⁹ māę potētialitate: ꝓpea ſeq̃t oē ꝑ
ſe in gn̄e eē cōpoſitū ex mā ꝛ for^a. Nec obſtat id qđ de
nigredine dr̄: quę eſt in gn̄e: ꝛ tn̄ nō componit̃ ex mā ꝛ
for^a. p̊ qꝛ nigrū eſt in gn̄e: nō nigredo. vt Ariſt. in topi/
cis ait. ꝯſtat aūt nigrū cōponi ex mā ꝛ for^a: aut actua/
litate formę: ꝛ potētialitate māe. Scd̄o qꝛ gen⁹ ſumi a
mā ꝛ dr̄iaȝ a for^a potiſſimū hȝ locū in ſubſtātys: in qb⁹
eſt ideo gn̄is p̄: ꝛ ſic pȝ p̄^a ꝯn̄tia. Scd̄a ēt pȝ: qꝛ oē com/
poſitū ex mā ꝛ for^a p̄dicam̄talib⁹ eſt corruptibile. Ter
tia deducit̃. p̄mo qꝛ corruptio vni⁹ corpis eſt gn̄atio al
teri⁹ poſterioris. igit̃ ſi orbes fuerūt corrupti fuerūt ge
niti. Et ſi geniti: aliqđ p̄fuiſſet corp⁹: qđ fuiſſet in ipſos
corruptū: ꝛ ipſi per illud geniti. Et ſic aliqđ corpus p̄us
cęlo. 2. qꝛ oē qđ gn̄at̃ exhit̃ de po^a māę virtute agentis
corporei. oē. n. exhens ad corp⁹ 7° metaphy. cōmē. 31.
¶ Rōnes v̄o Aui. ſoluūtur ab Auer. illic. ¶ Ad p̄mā
rn̄det cęluȝ eē veluti vnū aial: cuius p̄m⁹ mot⁹ eſt diur
nus. Motus v̄o ecōtra eſt nō p̄mus: ſed veluti motus
mēbroꝝ. In vno. n. aiali vnus eſt p̄mus motus: pn̄t tn̄
eē ples nō p̄mi: vt qui e dextris fit in ſiniſtrū: ꝛ qui fit
eꝯ. ſic igit̃ ea mobilia dr̃nt ſpe: quoꝝ motus p̄mi dr̃nt
ſpe. At mot⁹ p̄mi cęli: ꝛ oīuȝ orbiū eſt vn⁹. vȝ. diurnus.
cęteri ſunt per accn̄s ꝛ ſcd̄ary. Abſolute. n. negāduȝ eſt
dr̄iaȝ motuū facē dr̄iaȝ ſpecificā. naȝ in vno aiali nuō
pn̄t eē ples mot⁹ ſpecie (vt dicit ipſe) quoꝝ vnus eſt a

Pō Auic. ꝛ Alga.

Confutatio.

Solō rōnuȝ Auicē.

dextris in ſiniſtrū. alius aūt eꝯ. ¶ Ad 2^{m} rn̄det oēs or/
bes eē cōcentricos. nā apparētię ſaluari pn̄t per motū
leubab. Uel dici pōt cęlum ipſum eē cōcentricū terrę.
Nō obſtāte ꝙ mēbra ſint eccētrica. Nā talis eccentri
citas nō eſt cā dr̄ię ſpecificę: niſi ſit p̊ toti⁹ vt dcm̄ eſt d
motib⁹. ¶ Ex ys tenet Auer. orbes ꝛ ſtellas eē eiuſdē
ſpei. Ubi debes ſcire duo eē quę faciūt dubitationeȝ.
Primū eſt: an ſtella dr̄at ſpe a ſuo orbe pteqȝ non ſtel/
lata. Scd̄m eſt: an orbes ꝛ ſtellę iter ſe dr̃nt ſpe. ¶ De
p̄mo Thomas tenuit 2° cęli ptē ſtellatā a non ſtellata
ſpe differre ēt eiuſdē orbis: gn̄e tn̄ ꝯuenire: ꝛ h̄ qꝛ dr̃nt
denſitate ꝛ raritate: luce ꝛ tenebra: q̄ arguūt ſpecificaȝ
dr̄iaȝ nāꝝ. ¶ Sȝ hęc pō nō vr̄ ꝑipathetica: qꝛ nō dr̃nt
for^a: nō mā nō motu: nō diſpōne. Forma qdē nō dr̃nt:
qꝛ vna eſt aia ſpe ꝛ nuō ptis nō ſtellatę ꝛ ſtellatę: non
for^a igit̃ dr̃nt: nō mā: qꝛ oēs ſunt ex 5^a eſſentia: quę nec
eſt grauis: nec leuis. nō motu: qꝛ eodē motu ſtella ꝛ or/
bis mouet̃. vt 2° cęli. ꝓbat Ari. non deniqȝ diſpōne: qꝛ
ps ſtellata eſt denſa: ꝛ nō ſtellata ēt dēſa: ps ſtellata lu/
cida ꝛ nō ſtellata lucida: lȝ n̄ vr̄: qꝛ mai⁹ lumē offuſcat
min⁹. igit̃ nō dr̃nt diſpōne: lȝ ſit dr̄ia ſȝ magis ꝛ min⁹.
vt dixit Auer. quę dr̄ia nō eſt ſpecifica. ¶ Tenēdum
igit̃ de p̊ ꝙ ps ſtellata ꝛ non ſtellata ſint eiuſdē ſpei: ꝛ
nō dr̃nt ſpe: ſȝ in diſpōne nō ſimplr̄: ſȝ ſm magis ꝛ mi
nus: ꝛ ſic ſoluit̃ rō Thomę. ¶ De 2° tȝ Auer. orbes nō
differre ſpe: nec ſtellas diuerſoꝝ orbiū: ſȝ eſſe eiuſdem
ſpei. ¶ Sȝ obycies: qꝛ ſi orbes eſſent eiuſdē ſpei: erūt
tūc idiuidua ꝯtēta ſub eadem ſpe. ¶ Rn̄det Auer. 2°
cęli ꝯ^{to} p̄dicto. ꝙ ſūt eiuſdē ſpei ſȝ p̄us ꝛ poſteri⁹ ſicut
mēbra. ¶ Sȝ obycies adhuc Auerroi. ſi iter ſe orbes
nō dr̃nt ſpe: ſȝ ꝯueniūt ſpe ꝛ gn̄e. igit̃ ſunt eiuſdē gn̄is:
ꝛ ita redit in pōneȝ Aui. ꝛ erūt cōpoſiti ex mā. Scd̄o.
ſi orbes ꝛ ſtellę dr̃nt ſic mēbra: tūc nō oportēt eē eiuſ/
dē figurę. nō. n. oȝ oīa mēbra aialis eē eiuſdē fig^e. Ter
tio. tūc rō Aꝝ. nulla. nō. n. oȝ ea q̄ dr̃nt vt mēbra mo/
ueri vno motu. alio. n. motu cor. alio cerebruȝ mouet̃.
¶ Pro ſolōnis igit̃ euidētia. Prio debes ſcire ꝙ gen⁹
ſpēs ꝛ idiuiduū pn̄t ſumi p̄dicamētalr̄ ꝛ trāſcendēter.
pn̄talr̄. n. quęcūqȝ in gn̄e vł ſpe vł idiuiduo ſunt: corru
ptibilia ſunt ꝛ cōpoſita ex mā ꝛ for^a mediate vł ime^{te}
aut fundata in cōpoſitis ex mā ꝛ for^a. ea. n. oīa quę ſūt
in p̄dicam̄to ꝛ gn̄e ſubę ſunt ꝑ ſe cōpoſita ex mā ꝛ for/
ma. at cętera alioꝝ generū ſūt fundata in cōpoſitis ex
mā ꝛ for^a. hui⁹ cā eſt: qꝛ gen⁹ eſt ſumptū a potentiali. oē
aūt potētiale eſt tādē ꝓꝑ māȝ. dr̄ia v̄o ab actuali: ꝛ oē
actuale eſt forma. ꝓpterea in accn̄tib⁹ albū eſt in gn̄e:
nō albedo. ſm opiōnē Auer. albū ꝛ nō corp⁹ albuȝ ꝓꝑ
multiplex ſignificatū: qꝛ albū eſt qđ cōponit̃ ex gn̄e ꝛ
dr̄ia ex potētiali ꝛ actuali ꝛ nō albedo. vbi aūt dr̄ albe
dinē eſſe in gn̄e: intellige vt dr̄ aiaȝ eē in gn̄e. trāſcēdē/
ter v̄o eſſe pōt aliqđ gen⁹ omne cōe ſm aliquā rōneȝ:
ꝛ ſpēs ꝛ indiuiduū ſimilr̄: quali rōne dicim⁹ in ęternis
vnū indiuiduū eſſe tm̄ in ſpe. Ibi. n. ꝛ gen⁹ ꝛ ſpēs ęqui/
uoce hoc eſt trāſcēdēter dicunt̃. Iuxta illud Auer. hic.
ꝛ. 10. metaphyſi. ęternis ꝛ corruptibilibus nihil eſt cōe
vniuocū. ¶ Scd̄o. debes ſcire ꝙ aliqua eē diuerſa ſpe
ſiue p̄dicamētalr̄ ſiue tranſcēdenter duplr̄ eſt. Totalr̄
vȝ. ꝛ partialr̄. totaliter qdeȝ vt hō ꝛ equus. hęc. n. diffe
runt ſpecie totalr̄: qꝛ dr̃nt ſpe ꝛ nullius toti⁹ ſunt ptes:
nec reducunt̃ ad aliqđ vnū p̄mū: rōne cui⁹ pn̄t capere
aliquā cōuenientiā. partialr̄ v̄o ꝛ nō totalr̄ dr̃nt ſpecie
mēbra vnius aialis: vt cerebrū iecur lien ꝛ cętera id ge
nus: quia ſunt partes cōplexione ꝛ fortaſſe forma ꝛ in
fluxu ꝛ opatione dr̃ntes. nō aūt totalr̄: qꝛ reducuntur
oēs ad vnū mēbruȝ ſm p̄us ꝛ poſterius: ad vnam for/

Pō Auer.

An ſtellata ps dr̄at ſpecie a non ſtellata

Pō Thomę Confutatio pōnis.

Pō Auer. d p̄mo.

Pō Auer. d ſecundo.

Dubitatiōes ꝯ pōnem Auer.

Sol. ꝛ decla/ratio poſitōis Auer.

mam atq; vnã pncipalez opationẽ.reducunt.n.ad cor ad aiaz:quę cordis ꝑ.deide cęteroꝝ eſt for⁹:ꝛ ad vnaz pncipalez opationẽ:quę eſt hois ꝓpa:quã oẽs illę ptes intẽdũt ob quã ſũt:ꝛ ad cui⁹ ſuitiũ ſunt ↄſtitutę:ppea lꝫ partialr̃ ſpẽ dĩnt:nõ totalr̃:imo fortaſſe ↄueniunt in vno nuõ totalr̃.ꝛ dĩnt inter ſe ptialr̃:maxie ſi tenetur aiaz eẽ vnitã oib⁹:ꝛ totã in vniuerſo aiali ꝛ totã in qlꝫ aialis mẽbro. His viſis dico ꝓ de mẽte Auer.ꝛ Ariſto. orbes ſiue ſtellas nec differre ſpẽ:nec gñe:nec nuõ:nec ↄuenire gñe:nec ſpẽ:nec nuõ pdicamẽtalr̃:qꝛ in ęternis nõ eſt gen⁹:nec ſpẽs:nec indiuiduũ pdicamentalr̃:nec penit⁹ gcq̃ cõe vniuoce cũ reb⁹ ſublunarib⁹.iuxta pᵐ notatũ.Ex h̃ appet dĩa iter Auer.ꝛ Auic.Auicẽna eniꝫ voluit orbes eẽ indiuidua ſpẽ dĩa ꝛ gñe ↄuenientia pdicamẽtalr̃:ꝛ cõtra ipm valent rõnes Auer.erunt eniꝫ cõpoſiti ex mã ꝛ for⁹:ꝛ gñabiles ꝛ corruptibiles:ꝛ ita aliqḋ corp⁹ erit illos pcedens.ꝛ hui⁹ rõ eſt:qꝛ oẽ qḋ eſt in gñe ſpẽ vel indiuiduo pdicamẽtalr̃:eſt cõpoſitũ ex mã ꝛ for⁹:vel fundatuꝫ in cõpoſito ex mã ꝛ forma. Scḋo dico ꝙ loquẽdo de gñe ꝛ ſpẽ ꝛ indiuiduo trãſcẽdenter:ꝛ eo.vꝫ.mõ quo in ęternis eſſe pñt orbes ſiue ſtellę diuerſoꝝ orbiũ in gñe vel ſpẽ:ptialr̃ qdẽ ſpecie dĩnt:totalr̃ võ nõ.Declarat̃:qꝛ totũ cęluꝫ eſt vnũ nuõ aial magnũ:veluti Socrates vnũ aial puũ:cui⁹ orbes ꝛ ſtellę dĩnt ptialr̃ cõplõne:vt declarat Ptolomęus.opatõib⁹:qꝛ vnuſqſq; eoꝝ ꝓpo ꝛ peculiari motu mouet̃:atq; formis:qꝛ glibꝫ orbis a ꝓpa for⁹ pficit̃:atq; in ſpẽ reponit̃.ꝛ vt oẽs hois ptes reducunt ad vnũ pᵐ mẽbrũ:ad vnã pmã opationẽ:atq; ad vnã cõez ꝛ pmã formã:ſic oẽs orbes reducũt̃ ad vnũ pᵐ mẽbrũ.vꝫ.ad orbẽ ſtelliferũ:a quo ptinent̃:ad vnã pmã opationez:vtpote ad vnũ cõez motũ diurnũ:quo oẽs mouentur ꝛ quẽ oẽs intẽdũt ꝑ ꝛ pncipalr̃.atq; ad vnã pmã ꝛ cõem formã.vꝫ.pᵐ motorẽ:q vniuerſi eſt pᵃ for⁹.orbiũ võ ꝫ pus ꝛ poſteri⁹.ꝛ h̃ voluit dicere Auer.2° cęli.ↄᵗᵒ.49.cũ dixit:ſꝫ tñ debem⁹ intelligere ea ↄueniẽtia in ſpẽ:ipſa eẽ ↄueniẽtia in ſpẽ ꝫm pus ꝛ poſteri⁹:ꝛ nõ ꝫm vniuocationẽ:h̃ eſt ęqualr̃. Nam lꝫ mẽbra aialis cęlici ↄueniãt in vna pᵃ actiõe.vna pᵃ for⁹:ꝛ vno p° mẽbro.cõueniunt in illis ordine quodã:veluti ꝛ mẽbra hois. Nam nõnulli per pus ꝛ imediati⁹ attingunt illa tria:nõnulli remoti⁹:alȷ remotiſſime:ꝛ ita nõ dĩnt ſpẽ totalr̃:ſꝫ bñ ptialr̃. Hoc ideꝫ vult dicere Auer.ibidẽ duꝫ inquit.diuerſitas aũt motuũ nõ facit diuerſitatẽ formaꝝ ſpecificaꝝ:qm̃ diuerſitas motuũ eſt ex mõ diuerſitatis aialis in pte dextra ꝛ ſiniſtra.Et mãifeſtũ eſt ꝙ iſtę diuerſitates inueniant̃ in eadem ſpẽ aialis.vꝫ.in hoĩe.q.d.vnũ eſſe pᵐ aialis cęlici motũ diurnũ.vꝫ.qui eſt oium ꝑ ꝛ per ſe.cęteri võ ſunt ptiales:vt mot⁹ mẽbroꝝ:q nõ faciũt dĩaz ſpecificã totalẽ:qꝛ ſunt cõples in vna ſpẽ:imo in vno idiuiduo:ſed bñ faciũt dĩaz ſpecificã mẽbralez ſiue ptialez:quo mõ ↄcedẽdũ eſt orbes differre ſpẽ.ſilr̃ rõne ſtat cõcedere orbes moueri circa diuerſa centra.mõ moueant̃ oẽs circa centrũ vnũ ꝫm motuꝫ cõem:qui ꝑ oib⁹ cõpetit.naꝫ cęteri mot⁹ circa diuerſa centra definiti nõ totalez:ſed ptialez dĩam faciũt. Et hęc põ ſic itellecta nõ hꝫ calũnias:nec aliqd mali ↄ ſe:nec ante me aliquẽ iueni qui eã declarauerit.dicemus aũt de hac diffuſius.2° celi. ❡ Tunc ad dubitationes. Ad pmã pꝫ ſolo.dcm̃ eſt.n.qũo Auicẽ.ꝛ Auer.dĩnt de gñe ꝛ ſpẽ ꝛ idiuiduo. ❡ Ad 2ᵃᵐ dico:ſec⁹ eẽ in aiali ſimplici ꝛ aiali mixto. In aiali.n.ſimplici totum ꝛ qḋlibet mẽbrũ pncipalez dꝫ hẽre ↄſilez figurã:qꝛ ob ſimplicitatem eſt ſimilare in toto ꝛ qualibꝫ pte veluti videmus totã aquã vergere ad rotũditatẽ ꝛ guttã vnam ſilr̃. In aiali võ cõmixto ex mẽbris diuerſę cõmixtõis nõ oꝫ. Per idẽ ad 3ᵃᵐ.pꝫ.n.oĩa mẽbra ꝛ maxie aial ſimplicis ↄuenire in vno cõi motu veluti in vna for⁹:ꝛ differre motib⁹ ꝓprȷs. Hęc ad dubitatiões. ❡ Tũc ad rõnes qõnis. Ad pmã pꝫ ſolo.ſunt.n.eiuſdẽ ſpẽi nõ pdicamẽtalis:ſꝫ trãſcẽdentis:ꝛ ſic nõ ſunt corruptibiles. ❡ Ad 3ᵃᵐ ↄcedo vnã ſtellã nõ eẽ plus vnã in ſpẽ:ꝛ ſic ſequit̃ vt dĩat ſpẽ ſaltẽ ptialr̃.nõ aũt totalr̃:qꝛ ſaltẽ reducũt̃ ad vnã pmã. ❡ Ad 3ᵃᵐ dico eẽ verã maiorem:qñ illa dĩnt nuõ ꝛ ſpẽ ↄueniũt pdicamẽtalr̃.nõ aũt qñ differrent ſpẽ vel nuõ trãſcẽdẽter. ❡ Ad 4ᵃᵐ cõcedo orbes differre ſpẽ ptialr̃ pp dĩã locoꝝ ptialiũ:ſꝫ qꝛ ↄueniũt in vno loco cõi:qui eſt toti⁹.iõ oẽs ſũt eiuſdẽ ſpẽi mõ dicto. ❡ Ad 5ᵃᵐ pꝫ ſolo.ſtella.n.vni⁹ orbis ꝛ ps nõ ſtellata nõ dĩnt ſpẽ:ſꝫ ꝫm magis ꝛ min⁹. Et ꝓpterea oẽs ſtellę octaui cęli ſunt eiuſdẽ ſpẽi:lꝫ differãt ꝫm magis ꝛ min⁹. Et hac rõne Ptolome⁹ in libro ꝑ apoteleſmatuꝫ nõ dicit abſolute aliquas illi⁹ cęli ſtellaꝝ eſſe martias:aliquas venerias:ꝛ id gen⁹:ſꝫ oẽs eẽ eiuſdẽ ſpecificę idiotropię atq; peculiaritatis:aſſimilari tñ nõnullas martȷs qualitatib⁹:nõnullas venerȷs ꝛ id genus. ❡ Ad 6ᵃᵐ pꝫ ſolo.motores.n.nõ dĩnt ſpẽ totalr̃:qꝛ eẽ ipſi reducunt̃ ad vnũ pᵐ.pm⁹.n.motor eſt intẽtiõalis for⁹oiuꝫ motoꝝ orbium.realis võ for⁹eſt orbiũ. ❡ Ad 7ᵃᵐ pꝫ ſolo.ſtellę.n.dĩnt accñtib⁹ ſeu virib⁹ ꝛ id gen⁹:qꝛ dĩnt ſpẽ ptialr̃.hęc.n.dĩa ſufficit.nõ aũt:quia dĩnt ſpẽ totalr̃. ❡ Ad 8ᵃᵐ dico.ꝙ ille liber nõ eſt Ariſt.nec enumeratũ inueni apud grecos vel codices vel auctores. Aut dico ꝙ ille auctor illi⁹ libri vult ſolez differre ſpẽ partialr̃:ꝛ nõ totalr̃. Hęc de qõnib⁹. Redeam⁹igitur ad textus expõnẽ:qꝛ multa ꝛ ſatis diximus.

❡ Et de accidentibus cõuenientibus corpori coeleſti ꝛ generabilibus ꝛ corruptibilib⁹ eſt calefacere.

❡ Quintũ accñs cõe cęlo ꝛ gñabilib⁹ eſt calefacere.calefacit.n.cęluꝫ ꝛ calefaciũt nõnulla hoꝝ corpoꝝ ſublunariũ vt ignis.vtrũ võ cęlũ infrigidet humectet ꝛ exiccet:bona eſt qḋ.ꝛ forte dicemus poſtea.nũc võ ſat ſit accipere calefacere cõpetere cęlo ꝛ alicui hoꝝ. Cõmẽ.37.

❡ Et Ariſtoteles dicit.ꝙ corpa coeleſtia non calefaciunt ꝫm ꝙ ſunt calida:ſed ꝫm velocitatem motus:ꝛ ratiocinat̃ in hoc ex hoc qḋ accidit in ſagitta directa.

❡ Sed Auer.ſoluit dubitationez.poſſet.n.dicere qs:ſi cęluꝫ calefacit.igit̃ eſt ignis:aut qd igneũ:qꝛ ois ignis calefacit.igit̃ oẽ calefaciens eſt ignis:vel igneũ. Auerroes igit̃ declarat modos:qb⁹ cęlum calefacit:vt ſciat̃ ipꝫ poſſe calefacẽ:ꝛ nõ eẽ ignẽ vl̃ igneũ. Et in h̃ appet error expõnis Joãnis:qui ptẽ hãc fecit ingſitiuã.errauit eniꝫ ꝑ:qꝛ nec Ariſt.nec Auer.in pte ingſitiua cõſueuit ponere determinationes reꝝ dubiaꝝ:vt forma hic Auer.qui iterponit determiatiões reꝝ dubiaꝝ. Scḋo Auer.2.ↄᵗᵒ.42.dixit hęc eadem:quę hic dicit:ꝛ tñ vt appet illic:nõ dixit hęc p modũ qõnis:ſed determinationis. 3° oĩa quę dixit:ſunt vera.igit̃ non ſunt dcã ad ingſitiõez.quatuor igit̃ modis declarat cęlũ ipꝫ calefacere:ꝛ nõ eẽ ignẽ.ꝑ per motũ.2° per lumẽ.3° pp caliditatẽ ęquiuoce dictã. 4° pp virtutẽ:ꝛ ad nullũ hoꝝ modoꝝ ſequit̃ cęlum eſſe ignẽ:vt pꝫ.per motũ qdeꝫ cęluꝫ calefacere:ait qꝛ Ariſto.dicit cęlum calefacere velocitate motus:ꝛ hoc per ſignum ſumptum e ſagitta mota:cuius plumbuꝫ calefit.pro quãto mouet̃ velociter:ꝛ ſic cęlum calefacit:nõ quatenus eſt calidũ ꝛ igneuꝫ:

ſed quatenus

Solo rõnuz qõnis.

Cõmẽ.38.

Solo rõnuz.

Declaratio. Exépli. Pō Simpl. sed q̄tenus mouet᷑ ⁊ mouet nos. Hec Ari. z. celi. ⸿ Sz de h̄ exēplo certāt Alex. ⁊ Simpl. Simplici⁹. n. voluit Ari. ꝑcessisse ꝑ locū e cā: q̄tenus. vz. mot⁹ sagitte est cā caloris aeris: quē tāgit. ⁊ sic ga sagittę motę cānt calorē in aere: per quē mouent᷑: sic stellę cānt calorē in hemisperiū nr̄m circa qḋ mouent᷑. igit᷑ locus videᷓ cā.

Declaratio Alexādri. ⸿ Alexāder v̄o voluit ex^m eē ꝑ viaȝ signi h̄ pacto: qꝛ sagitta mota calefit: est signū ꝙ celū ꝑ motū efficit calorez. Et Tho. laudat Alex^m. Ego v̄o laudarē Simpliciuȝ: qꝛ illo mō vt Simplici⁹ ait. ex^m de sagitta est sil'e magis. Stellę. n. nō seipas calefaciūt per motū. ſz aerē sic sagitta aerem calefacit per motuȝ. ⁊ h̄ est oino sil'e. Auerroes etiā videt᷑ sectari expōnē Simplicij. z. celi. cō. 42. vt dicemus ibidez. De modo v̄o quo stellę per motum calefaciant: disputabimus postea.

⸿ Et dicit in metaphysica ꝙ nō sequit᷑ vt fiat accidēs ex sibi sil'i neqꝫ in genere neqꝫ in specie: sicut sequit᷑ in q̄litatib⁹ quae sunt subae.

Cō. 39. ⸿ Remouet dubiū circa p^m modū: quo celuȝ calefacit: ga posset dici omne sil'e fit a sil'i: vt. 7. meta. dī. ⁊ Auer. ibidē. cō. 30. Sz mot⁹ nec gn̄e nec specie est sil'is calori. igr̄ calor nō fit a motu. Rn̄det Auer. secus eē in accn̄tib⁹: secus in subſ̄s. In accn̄tib⁹. n. nō opꝫ vt sil'e fiat a sil'i. At in q̄litatibus quę sunt subę: bn̄ seq᷑t᷑ vt sil'e fiat a

Vn sile fiat ex simili. sil'i. vt coll'r eodē. 7. meta. tex. ⁊ cō. 3z. ⸿ Sz obycies: qn̄ vel itelligit᷑ in subſ̄s sil'e fieri a sil'i in forma: vel in v̄tute. nō in v̄tute: ga sic etiā accn̄s fit a sil'i in v̄tute. nō eiȝ fieri pōt accn̄s: nisi agēs ip̄m ꝑtineat v̄tual'r. nec in for^a: qꝛ ignis fit a motu vt ab excussiōe ferri ⁊ lapidis 3° celi. cō. 56. Sil'r aialia putri ex mā̄ genita fiūt a calore celesti. vt. 1z. meta. cō. 18. dī. ⁊ pꝫ nō esse ibidē sil'itudinē in for^a.

Solo prima. ⸿ Ad hāc dubōnē pōt vno⁹ dici ꝙ aliter est in suba: al'r in accn̄te. In gn̄one eiȝ subę semꝑ suba quę fit gn̄aᷓ a suo sil'i ꝑncipal'r agente sui gn̄is aut suę spēi. vt declarat Arist. ⁊ Auer. 7. meta. cō. 3z. Dico p̄n^r agēte: ga suba fieri pōt a nō suba: veluti ab istraria cā: vt ignis fieri pōt a motu ⁊ lumine velut ab istraria cā. ꝑncipal'r aūt fit a suba quę mouet᷑ vel quę lucet. Sil'r aialia fieri pn̄t istral'r a calore. ꝑncipal'r aūt a corꝑe: qḋ calefacit. In gn̄one v̄o accn̄tis nō semꝑ accidēs: qḋ fit gn̄aᷓ ab aliq̄ sibi sil'i in gn̄e vel specie vt ab agēte p̄n^{li}. Nam lꝫ calor fiat e motu vel lumine: nō est eiusdē generis cū motu vel lumine: nec cū eo qḋ mouet vel lu-

Solo scda. cet. Hec colligi pn̄t ab Auer. ibidē. ⸿ z° dici pōt: vt dicit Auer. 1z. meta. cōmē. z4. ꝙ Alexāder vilicauit hāc ꝑpōnē tribus seruatis. vz. de agēte ⁊ nō de istr̄o. De ꝑpinquo ⁊ nō de remoto. De agēte per se: ⁊ nō de agēte per accn̄s. omne igit᷑ qḋ fit ab aliq̄: vt ab agēte ⁊ ꝑpinquo ⁊ per se: nō fit nisi sit eiusdē generis vel spēi cuȝ illo. lege Auerroem illic: ga oia hec declarat. Sed ƥ gd dicaᷓ: ego sentio cum ꝑma responsione.

⸿ Et expositores dant scdāȝ cām. s. illuminatiōeȝ. dicūt. n. ꝙ lux in eo ꝙ lux videt᷑ calefacere quando reflectit᷑. Et dicunt ꝙ nō est de accn̄tibus ꝑprijs igni: sed de accidētibus cōmunibus igni ⁊ coelesti corpori.

Cō. 40. ⸿ Scḋs modus quo celū calefacit ⁊ nō est ignis est ꝑp lucez. Et hec est cā expositoꝝ: qui dicūt ꝙ lux quaten⁹ lux calefacit qn̄ reflectit᷑. ⸿ Et debes scire ꝙ duo sūt ex pte caloris geniti. Est. n. ⁊ ip̄e calor qui fit ⁊ est intēsio caloris. fit. n. aliq̄s calor magl ⁊ aliq̄s min⁹. calor. n. ipse absolute fit a luce: ⁊ nullā aliaȝ ob cām: nisi qꝛ lux suapte nā calorem efficit. Intēsio aūt caloris fit e luce ipsa quaten⁹ reflectit᷑: ⁊ hec duo tetigit Auer. in textu. ⸿ Sz huic obycies: qꝛ ois ignis est lucidus. igit᷑ oē lucidū est ignis vel igneū. Sed celuȝ lucet. igit᷑ est ignis. Rn̄det negādo maiorē ⁊ ꝯuersionē. vl'is. n. affirmatiua nō ꝯuertit᷑ i termis ſz in pte. Et sic negaᷓ ꝙ oē lucidū sit ignis vel igneū: qꝛ lux ipsa nō est de accn̄tib⁹ ꝑprijs igni: sed de accn̄tib⁹ cōibus igni ⁊ celo. Et sic pꝫ solo.

⸿ Et forte dōm est ad h̄ ꝙ nō est remotuȝ vt calor dicaᷓ in eis equoce ꝑ h̄ signū. s. qꝛ actio eoꝝ diuersaᷓ. calor. n. ignis corrumpit ⁊ destruit entia ⁊ maxie ignis illuminantis. calor v̄o corpoꝝ coelestiū largit᷑ vitā vegetabilez sensibilē ⁊ aialē. Et ſm̄ hoc calor erit duob⁹ modis. calor q̄ est de q̄litatib⁹ passiuis: q̄ trāsmutāt subaȝ in q̄ sunt. ⁊ calor q̄ nō est de q̄litatib⁹ passiuis: sic̄ est dispō in diaphaīitate ⁊ nō diaphanitate. s. ꝙ q̄dā seq᷑t q̄litatē passiuā ⁊ quedā nō. Cōsiderātes aūt actiōes stellaꝝ in antiquo tp̄e vere dicūt ꝙ q̄dā largiunt᷑ caliditatē ⁊ siccitatē. quedā caliditatē ⁊ humiditatē. quedā friditatē ⁊ siccitatē. q̄dā ēt frigiditatē ⁊ humiditatem. ⁊ sic q̄tuor q̄litates cōes corporib⁹ coelestib⁹ ⁊ q̄tuor el'n̄tis dn̄r aequiuoce: aut ſm̄ prius ⁊ posterius.

⸿ Terti⁹ modus quo celū calefacit ⁊ nō est ignis: est qꝛ ip̄m est formal'r cal'm ⁊ ꝙ stellę sunt foꝛal'r calidę: nō tn̄ celū est ignis: nec stellę igneę: qꝛ celū ⁊ stellę sūt formal'r calidę calore equoce dicto cū calore el'ntario. Et Cōmē. 41 ita Auer. inuit duo. ⁊ ꝙ celū siue stellę sint formal'r calidę: ⁊ ꝙ calor ille celi ⁊ stellaꝝ equoce dicaᷓ cū calore el'ntario. Scḋm ꝓbat ꝑ per h̄: qꝛ actio caloris celestis ⁊ el'ntarij est alteri⁹ rōnis. nā calor ignis corrūpit ⁊ destruit entia ⁊ maxie calor ignis lucidi h̄ est elemētati. ignis. n. pur⁹ (vt dcm̄ est) saltē ꝑ accn̄s viuificat: q̄ten⁹ sibi miscet᷑ lumen celi. calor aūt celestis largit᷑ plantis q̄dē vitā vegetabilē: aialib⁹ vegetabilē ⁊ sensibilē. hoībus v̄o aialez ⁊ rōnalē. iux̄ illḋ scḋi phys̄. sol ⁊ hō generāt hoīez. Ex h̄ ifert calorē: bifariū eē: alterū q̄ est ḋ 3^a q̄litatis spē: q̄ est passio vl' passibilis q̄litas: qui q̄dē subaȝ trāsmutat: aut ꝑparat ad trāsmutationē. Alterū qui nō est de 3^a spē q̄litatis: ſz est calor ꝑfectiu⁹ ⁊ viuificans. dico calorē esse bifariū veluti ⁊ diaphanitatem ipsaȝ ⁊ ei⁹ oppo^m: quę dī opacitas: vel nō diaphanitas. Diaphanitas. n. ⁊ opacitas dī z^r: quaten⁹ altera sequit᷑ passibilez q̄litatē. altera v̄o sequit᷑ purā rarefactionez. Sic igit᷑ pꝫ z^m. vꝫ. ꝙ calor quo stellę sunt formal'r calidę ⁊ calor quo ignis est formal'r calidus equiuoce dī. Primū v̄o ꝙ. vꝫ. stellę sint formal'r calidę: ꝓbat aucte astrologoꝝ: qui antiq̄s tēporib⁹ stellas obseruarūt apḋ babylonios ⁊ egyptios. nā isti tribuerūt stellis oēs q̄litates formal'r ⁊ maxie calorē qḋ esse non pōt: vt dicit: nisi qꝛ insunt illis equiuoce. Et sic pꝫ tertius modus.

Utrū calor celi sit equiuoce dictus. ⸿ Sz occurres vtrū calor celestis dr̄at spē ab elemētario. ⁊ vī ꝙ nō. qꝛ ꝯueniūt in nomine ⁊ rōne. igit᷑ spē.

Positio Alpharabij. ⸿ Tenet Alpharabius: ꝙ nec gn̄e: nec spē: nec numero differunt. gn̄e q̄deȝ nō: qꝛ ambo sunt generis qualitatis. specie v̄o minime: qꝛ ambo noīe ⁊ rōne ꝯueniūt: qꝛ siq̄s ambos definiat: rōnē eandē assignabit. nec numero: qꝛ idem calor nūq̄ est celestis aialis ⁊ el'ntarius. vbi cā. spūs quaten⁹ viuificat est celestis: quatenus est

inſtr̃m aiç eſt aialis. Quatenus reſoluit humidũ nãle eſt ẽlntari⁹. ¶ Auerroes vo tenet ꝙ differũt gñe ⁊ ſpecie: ita vt caloꝛ cęli ſit alteri⁹ rõnis. qđ trib⁹ declarat rõnib⁹. Prima eſt: qꝛ opõnes differunt ſpecie. igit̃ ⁊ foꝛᵉ vt tangit hic. ⁊. 12. meta. cõ. 18. ⁊. 2. cęli. cõ. 42. ⁊ alibi. Scđa eſt: qꝛ ſubra pᵃ ⁊ ꝑpa differũt gñe ⁊ ſpecie: vt cęlũ ⁊ elntũ. omne. n. accñs ꝑpuz differt ab alio ꝑꝑ ſubz. Tertia eſt: qꝛ ęternũ ⁊ coꝛruptibile dñt ſpecie ⁊ ęgnoce dñr. ¶ Et foꝛte pñt ɔcoꝛdari: quia caloꝛ cęli ⁊ caloꝛ elntari⁹ in rõne phyſica dñt gñe ſpe ⁊ rõne: vt rõnes Auer. ꝓbãt. In rõne vo metaᶜᵃ: q̃ ɔſiderat caloꝛẽ vt caloꝛ eſt: nõ q̃tenus coꝛruptoꝛi⁹ vel ꝑfectoꝛi⁹ ſunt eiuſdez nois ⁊ rõnis: vt recte Alphara. ꝓbat. Hec de dubõne.

Põ Auer. — Cœleſtium.

¶ Et foꝛte coꝛpa coeleſtia largiunt̃ caloꝛez: lz nõ ſint calida in ſe. nõ. n. ſeq̃t̃ vt omne faciẽs aliqđ accñs: diſponat̃ per illud. verbi. g. qm̃ non omne quod mouet debet moueri: neqꝫ omne qđ nigrificat debet eſſe nigrum.

Cõ. 42. ¶ Quartus modus quo cęlũ calefacit ⁊ nõ eſt ignis vel igneuz: eſt qꝛ calefacit nõ per motũ nec per lumen nec ꝑ caloꝛẽ: ſꝫ per vtutez. ꝭ eſt calefacit: nõ qꝛ eſt foꝛmal̃r lucidũ: aut qꝛ foꝛal̃r moueť: aut qꝛ eſt foꝛmal̃r calidũ: ſed qꝛ cęluz ⁊ ſtellę ſunt vtual̃r calidę. hoc aũt ꝑſuadet pro tãto: qꝛ ad hãc põnez nõ ſeq̃tur aliqđ ipoſſibile: qꝛ nõ opꝫ vt agẽs aliqđ accidẽs diſponatur atqꝫ foꝛmal̃r afficiat̃ illud. Veluti nõ opꝫ vt omne mouẽs moueat̃ ⁊ id genus. Sic igit̃ ſol vel alia quęuis ſtella calefacit: nõ qꝛ moueť: non qꝛ lucet: non qꝛ eſt foꝛmal̃r calidus: ſed qꝛ vtual̃r eſt calidus veluti efficit plãtam: qꝛ vtute plãtam ꝯtinet. Hic eſt quartus modus.

¶ Et ꝭ apparet ẽt ex ꝭ ꝙ ſi alteratũ eẽt ex alterato ⁊ calidũ ex calido: tũc ꝓcederet̃ in ifinituz: ⁊ nõ inueniret̃ primũ alterãs: ſicut ſeq̃t̃ in motu. neceſſe igit̃ eſt ꝓuenire ⁊ ad alterãs nõ alteratum: ſicut ad mouẽs nõ motum.

Cõmẽ. 43 ¶ Perſuaſit 4ᵐ modũ per ꝭ ꝙ ad illũ nullũ ſeq̃t̃ impoſſibile. nũc ꝓbat illũ de facto: hoc mõ. vꝫ. qꝛ ſi omne calidũ fieret ex calido ⁊ oĩno alteratuz ab alterato eẽt ꝓceſſus in ifinitũ ⁊ nõ inueniret̃ pᵐ alterãs. vt ſeq̃t̃ in motu veluti deductũ eſt. 7. ⁊. 8. phyſi. ſępe. ¶ Sed occurres huic rõni quo nã mõ valet illa ꝯña ꝙ ſi calidũ fieret ex calido: tũc ꝓcederet̃ in ifinitũ. Primo dicam oĩa calida ꝓficiſci a cęlo calido: ⁊ cęlũ calidũ a nullo ꝓficiſci: qꝛ eſt ęternũ ⁊ a ſe. Scđo dicã nõ eſſe ipoſ̃e ꝓcedere in ifinitũ in alteratis ⁊ alterãtib⁹: qꝛ vt Auer. ait in lib. deſtructio deſtruc. diſpu. pᵃ. ⁊ 5ᵒ phyſi. cõ. 13. ⁊ 8ᵒ phyſi. cõ. 47. in accñtal̃r oꝛdinatis nõ eſt ipoſſibile ꝓcedere in ifinitũ. ¶ Dici põt ſi cęlũ eẽt affectuz caloꝛe vel aliquo accidẽte eiuſdẽ ſpẽi ⁊ rõnis cum calido: qđ efficit: tũc eſſet ꝓceſſus in infinitũ. Nam ſi cęluz eſſet calidũ coloꝛe eiuſdẽ ſpẽi cum eo calido qđ efficit: eius caloꝛ eſſet factus. aliter non eſſet eiuſdẽ rõnis: qa ęternum ⁊ genitũ non ſunt eiuſdem ſpẽi. ⁊ ſic patet ꝯñtia. Impoſſibilitas vo ɔſequẽtis patet pro tãto: qa ꝓcedere in infinitũ in accidẽtaliter oꝛdinatis nõ ꝑſuppoſito aliquo ęterno: qđ motu ęterno feratur: eſt ipoſſibile. vt ſeq̃tur in ꝓpoſito. Et ſic patet ſolutio q̃õnis.

Dubitatio cõtra rõnem. — Solutio.

¶ Sed differũt: qꝛ mouẽs in loco nõ ꝓuenit ad aliqđ mouẽs ſe ſm̃ totum: ſed ad mouẽs aliud. In alterationibus aũt ꝓuenire põt ad alterãs per aliquam diſpõnem que nõ habet cauſam. ⁊ iſta ſunt coꝛpa coeleſtia.

¶ Dictuz eſt ꝙ alteratio ⁊ latio ꝓueniũt: qꝛ ambo ꝓueniũt ad mouens imobile. nũc vo ponit differẽtiaz: quę eſt ꝙ latio ſiue motus localis ꝓuenit ad mouẽs incoꝛpoꝛeuz: qđ mouet per ſe: ⁊ nõ per aliquã diſpõnez coꝛpoꝛeam. alteratio vo ꝓuenit ad mouẽs coꝛpoꝛeũ: qđ alterat per aliquã diſpõnẽ coꝛpoꝛeaz: ſiue illa ſit lumen: ſiue motus localis: ſiue caliditas: ſiue vtus: quę diſpoſitio nõ habet cãm: ſed eſt ęterna. ⁊ hoc pacto pmuz alterans eſt coꝛpus cęleſte: quod alterat vel motu: vel lumine: vel caliditate: vel virtute. Cõ. 44.

¶ Sed illa diſpoſitio quae eſt in eis foꝛte eſt de genẽ eius: qđ agit in aliud. ⁊ foꝛte nõ. Vbi gr̃a. qꝛ calefactio: quã agit in inferioꝛib⁹ eſt a nã neqꝫ calida neqꝫ frigida: ſicut mot⁹ eius eſt a nã neqꝫ graui neqꝫ leui. ⁊ hoc eſt mag̃ qđ apparet. cum hae qualitates ſint inuicez actiue ⁊ paſſiue: neceſſe eſt ꝓuenire ad qualitates actiuas: quae nõ ſunt paſſiue.

¶ Soluit nũc dubitationẽ. dictũ eſt enim cęlũ eſſe primũ alterãs: qđ alterat per aliquã diſpõnem coꝛpoꝛeã. quęrit nũc vtrum illa diſpoſitio ſit eiuſdẽ ſpẽi ⁊ generis: cuz diſpõne illa: cuius ipſa eſt ꝑncipiũ. verbi cã. cęlum calefacit per. a. diſpõnez. vtrũ. a. diſpoſitio ſit eiuſdez generis cum. b. calido: cuius. a. eſt ꝑncipiũ actiuũ. Rñdet ꝙ. a. diſpoſitio quę eſt in cęlis: per quaz calefaciũt foꝛte eſt de genere ei⁹: qđ egit in aliud. ⁊ foꝛte nõ. ⁊ videť aſſerere magis ſcđam partez: quatenus calefactio quã egit in his iferioꝛib⁹. eſt a nã neqꝫ calida neqꝫ frigida: veluti eius mot⁹ videť eſſe a nã neutra. ⁊ ꝭ ait eſſe magis apparẽs: pro tãto qꝛ hę qualitates ſunt actiuę ⁊ paſſiuę inter ſe. ⁊ ꝓpterea neceſſe eſt peruenire ad qualitates actiuas pmas: quę agũt. ⁊ nullo modo patiũtur: ⁊ ſic vis rõnis huius eſt illa: quam dixit. Cõ. 45.

¶ Et apparẽtius eſt ⁊ digni⁹ vt iſte quae ſunt hic nõ reducant̃ ad q̃litates quae ſunt ſui generis. Et ſi ponant̃: debent dici ſm̃ prius ⁊ poſterius. ſeq̃ret̃. n. vt de genere qualitatum paſſiuaꝝ eſſet aliqua nõ paſſiua: qđ eſt remotuz. apparet igit̃ ex hoc ꝙ ignis nõ ſit primũ calefaciens: qꝛ eſt paſſiuus. ſed neceſſe eſt vt primũ calefaciẽs calefaciat per qualitatẽ nõ paſſiuam: ſicut primum mouens mouet per diſpoſitionem non mobilem.

¶ Cõfirmat dictã ſolutionez: per hoc qꝛ eſt apparẽtius ⁊ dignius vt iſtę qualitates reducant̃ ad qualitates alterius generis. apparẽtius qdẽ qꝛ magis ſenſibus ɔfoꝛme: qꝛ videmus cęlum calefacere lumine ⁊ motu. dignius vo qꝛ ſemꝑ reductio debet eſſe ad nobilius ſimpliciter. modo quę ſunt eiuſdẽ generis: ſunt ęque nobilia. addit tamẽ ꝙ ſi hę qualitates reducũtur ad aliqđ ſui generis: illud nõ debet eſſe ſui generis vniuoci: ſed analogici: quia (vt ait) ſi eſſet eiuſdẽ generis vniuoci: eſſet eiuſdẽ rationis. ⁊ ita in genere qualitatuz paſſiuarum vniuoco ⁊ eiuſdẽ rõnis eſſet aliqua qualitas non paſſiua: vtpote illa: ad quã eſſet reductio. ⁊ ſic apparet illatio. ¶ Sed dices. dico ꝙ reductio eſt ad aliqđ accidens coꝛruptibile ⁊ paſſiuuz: quod eſt eiuſdez generis. ⁊ nunq̃ coꝛrũpetur. ¶ Iam reſpõſum eſt vniuerſal̃r nec in Cõ. 46.

Obiectio. — Solutio.

nec in ſubyͤs:nec in accñtibꝰ poſſe eē aliqđ corruptibile:qđ nunq̄ʒ corrūpeṫ.⁊ h̄ Aueṙ.tanq̄ʒ p̄nᵐ ſupponit.ꝓpterea rō eſt efficax.Ex ÿs Aueṙ.iſert ignē nō eē p̄ᵐ calefaciēs:vt Platonici tenēt:qui cęlū eē ignē vel igneū aſſeruerūt:qꝛ ignis ⁊ oīe igneū eſt paſſiuū ⁊ ęlntariū. Propterea p̄ᵐ calefaciēs eſt illđ qđ calefacit ꝑ q̄litateʒ nō paſſibilē:vt ꝑ motū vel lumē vel id genus.ſicut p̄ᵐ mouēs mouet ꝑ diſpōnē nō mobilē:qꝛ per itelłm ⁊ volūtatē:quę a nullo moueṫ.Diximus oliʒ Aueṙ.addidiſſe h̄ ꝯñs ꝑꝑ Ari.2° meta.qui vr̄ velle ignē eē p̄ calidū.mō moderaṫ vbū Ari.⁊ ait ignē eſſe p̄ calidū inter ełnta:nō aūt ſimpłr iter oīa corꝑa.¶ Hęc Aueṙ.de 2° li°circa calcē huiꝰſcđi ſolebamus q̄rere qōnes nō paucas.veluti vtrū ſol ⁊ ſtellę calefaciāt nos.Ampliꝰ vtrū motus ⁊ lumē calorē efficiāt.¶ P̄.Si motꝰ calefacit:quo nā modo calefaciat.idē ⁊ de lumine.Demū ſi aliq̄ ſtellę infrigidēt.aliquę humectēt.aliquę exiccēt:veluti nōnullę calefaciūt:⁊ alias multas dubitatiōes. Nūc autē has ꝑtermittimus:qꝛ oēs has ⁊ plures ſcribemus in 2° cęli.queʒ cito ſum ęditurus. Nō enim puto vtile ſtudioſus ideʒ repetere ſępius. Hęc de 2° lib. — *Excuſatio.*

¶ Finis ſecundi libri.

## ¶ Eiuſdē Auguſtini Nyphi cōmētationes in librū Aueṙ.de ſubſtātia orbis tertiū.

Quia decłatuʒ eſt corꝑa coeleſtia componi ex mouēte ⁊ moto:⁊ motor in eis eſt nō corpꝰ:ſicēt diſpō de coeterꝭ motis ex ſe.⁊ h̄ in vltio octaui phy.i quo decłatū eſt ꝙ motꝰ quo moueṫ h̄ corpus eſt aeternꝰ ignābilis ⁊ icorruptibilis.⁊ ꝗa h̄ eſt:decłatuʒ fuit illic ꝙ iſtud mouēs nō eſt v̄tus in corꝑe ſicēt in aialibꝰ.ſ.ꝙ mouētia ipſa ſunt v̄tutes in corꝑe.Et h̄ fuit declaratum ponēdo duas ꝓpōnes.Quaꝝ vna eſt ꝙ oīs v̄tus in mā̄ eſt finite motionis.Altera aūt eſt ꝙ virtus quae eſt maxima in corpore coeleſti eſt infinite motionis.ex qbꝰ ꝯcludiṫ ꝙ v̄tus quae in corꝑe coeleſti nō eſt in mā̄.

*Cō.p̄ᵐ.* **Hactenus** in li°2° Aueṙ.tractauit de cęli nā q̄tenus cōponiṫ ex motore ⁊ moto cōparādo eius ꝑtes ad ꝑtes corpoꝝ gñabiliuʒ.Ampliꝰ ⁊ de accñtibꝰeiꝰper dr̄iaʒ ⁊ ꝯueniētiā ad accñtia ēt corpoꝝ gñabiliuʒ.in hoc li°3.vult loq̄ de motore eiꝰatq̄ʒ moto ſeorſum exponēdo q̄d ſit vnūqđq̄ʒ hoꝝ ꝑ ſe. Et de his h̄ ordine:ꝗa p̄ de moto.2° de motore:qꝛ ēt Ari.h̄ ordine ꝓceſſit. Reſumit aūt p̄ ea q̄ ſunt demr̄ata in 8°phy.lib.vt hinc ꝓficiſcaṫ ad reʒ:quā dicturus eſt.Sūt aūt in li°8.decłata duo.Quoꝝ p̄ᵐ eſt ꝙ corꝑa cęlica ſūt cōpoſita ex motore ⁊ mobili.Scđo v̄o ꝙ motor ex q̄ cęlū cōponiṫ eſt nō corpus.Quę duo ſunt ita in his q̄ mouenṫ hic a ſe.aialia.n.cōponunṫ ex motore ⁊ mobili.⁊ motor illoꝝ eſt nō corpus:ſʒ aīa. Hoc.n.cōe eſt oībꝰÿs quę a ſe moueṅṫ:ꝙ motor ſit nō corpus.eſt tñ dr̄ia:ꝗa motor corpoꝝ cęleſtiū:nec eſt corpus:nec v̄tꝰ in corꝑe. Motor v̄o aīaliū:lʒ ſit nō corpus:eſt v̄tꝰ in corꝑe.⁊ ſic in.8.decłata ſūt duo.vʒ.cęlos cōponi ex motore ⁊ moto:⁊ motorē nec eē corpus nec virtutē in corꝑe.⁊ h̄ ꝗa mouet motu ęterno.nulluʒ.n.corpus vel v̄tꝰcorꝑe pōt mouere motu ęterno. Hęc ꝯ̊ decłaṫ in.8.ꝑ duas ꝓpōnes in 2ᵃfigura h̄ pacto.oīs v̄tꝰin mā̄ eſt finitę motionis.v̄tus cęli maxīa.vʒ.p̄mus motor nō eſt finitę motionis:ſʒ ifinitę.igiṫ in 2° figᵃ nō eſt v̄tꝰ in mā̄:⁊ ita nec eſt corpus:nec v̄tꝰin corꝑe. Hęc in.8.li°.¶ Debes ſcire ꝙ ea quę moueṅṫ a ſe in h̄ ſublunari mūdo:⁊ ea q̄ mouenṫ a ſe in illo ſupralunari orbe ꝯueniūt in duobꝰ:tū qꝛ moueṅṫ:tuʒ qꝛ moueṅṫ a ſe.Quatenꝰ hęc ⁊ illa mouenṫ:cōponūtur ex motore ⁊ mobili aliq̄ pacto diſtinctis:qꝛ omne qđ moueṫ:ab alio moueṫ.q̄tenus v̄o mouenṫ a ſeipis:motor amboꝝ nō eſt corpus:qꝛ vbi eſſet corpus:illud moueretṫ ab alio.⁊ ꝓpea vt moueṅṫ a ſe:opʒ vt motor illoꝝ ſit nō corpus:vt.7.⁊.8.li° phyſi.eſt dictū.Differūt aūt hęc ab illis:qꝛ hęc moueṅṫ a ſe tꝑe finito:illa v̄o tꝑe ęterno:ꝓpea motor illoꝝ nec eſt corpus.⁊ h̄ ꝗa illa a ſe moueṅṫ:nec v̄tus in corꝑe ꝯſtituta in eſſe ꝑ illud qꝛ mouet motu ęterno.Motor aūt hoꝝ nō eſt corpus:ꝗa hęc a ſe mouētur.eſt tñ v̄tus corꝑea:ꝗa mouet tꝑe finito. Hęc Aueṙ.ex lib.8°. — *Aialia cęlica ⁊ gñabilia differunt ⁊ cōueniunt.*

¶ Propoſitio autē dicēs ꝙ v̄tus quae eſt in corꝑe coeleſti eſt ifinitae motiōis.decłaṫ in 8.phyſi.ꝑ aeternitatē motꝰ ⁊ tꝑis.Dicēs v̄o ꝙ oīs v̄tus quae eſt in mā̄ eſt finita:eſt manifeſta per hoc:ꝗa oīs v̄tus in corꝑe.ſ.v̄tus corꝑalis mālis vr̄ diuidi ꝑ diuiſioneʒ corꝑis ſm paucitatē ⁊ multitudineʒ. Si igiṫ omne corpus eſt finitū:vt declaratuʒ eſt.3.phyſic.ipoſſibile eſt v̄tuteʒ ifinitā eſſe in corꝑe finito.⁊ hoc manifeſtū eſt per inductionem.

¶ Reſumit declarationē dicti ſylłi ⁊ breuiter:ꝗa in li° phy.8.eſt diligētibꝰexplicata.Minor itaq̄ʒ erat ꝙ v̄tꝰ cęli eſt ifinite motiōis.ꝓbat qꝛ mouet tꝑe ⁊ motu ęternis.igiṫ eſt ifinitę motiōis:ſaltē extēſiue:ꝗa an ſit ifinita itēſiue:eſt alia qō quę nō eſt ad rem.Aiaduerte hęc eē decłata diligēter in li°8.tex.⁊ cō.78.⁊.12.meta.tex.⁊ cō.41.⁊ ꝓpea Aueṙ.breuibus ſe expedit. Maior v̄o erat ꝙ nullū corpus:nec v̄tꝰin mā̄ mouet tꝑe ęterno.⁊ hāc ꝓbat 2ʳ.p̊:ꝗa nłła v̄tꝰ diuiſibilis ad diuiſionē ſubti ſm plus ⁊ minꝰ:h̄ eſt quę eſt maior in maiore ⁊ minor in minore ſubto mouet tꝑe ifinito.oē corpus vł oīs v̄tꝰ in mā̄ eſt diuiſibilis diuiſiōe ſubti ſm plus ⁊ minꝰ.igiṫ nulla talis mouet tꝑe infinito.hic ſyłłs pʒ ex li° p̊ huiꝰ. Ibi.n.ē dcm̄ ꝙ oīs v̄tꝰ in corꝑe diuidiṫ diuiſiōe ſubti.⁊ ꝙ oīs talis ſic diuiſibilis eſt corrupˡⁱᵉ:qꝛ recipiṫ mediātibꝰ q̄litatibꝰhñtibꝰꝯ̄rīū.⁊ ita nulla talis pōt mouē tꝑe ifinito.etiā hic ſyłłs eſt expoſitꝰ.8.phyſi.cō.78.ab Aueṙ.ꝓpea nūc ſatis ſit dcm̄. 2° ꝓbat eādē ſic.oīs v̄tꝰ exñs in corꝑe finito:eſt finita.⁊ itellige ſi ita exiſtit in illo:vt dependeat ab eo.vt ſępe dcm̄ eſt.oīs v̄tꝰexñs in corꝑe exiſtit in corꝑe finito:ꝗa omne corpꝰ eſt finitū.⁊ nullū eſt vel eſſe pōt corpus ifinitū:vt 3° phyſi.patuit. igiṫ oīs v̄tus exñs in corꝑe eſt finita:⁊ per ꝯñs nō pōt mouere tꝑe ifinito. Hęc eſt 2ᵃ ratio.Cōfirmat eādem ꝓpōnē:quę fuit minor ſyłłi dicti in 2ᵃ figura per inductionem.ꝙ.n.oīs v̄tus in mā̄ ſit finita:pʒ inducēdo in oībus v̄tutibꝰmālibꝰ:vt in ełntis ⁊ mixtis ⁊ aialibꝰ. — *Cōmē.2.*

¶ Et Ari.laborauit in.viij.ad declarādū hꝭ fundamētꝭ decłatꝭ ab ipō.ſ.ꝙ oīs motꝰ eſt in tꝑe.Ex quo itulit ꝙ ſi v̄tꝰ ifinita eēt in corꝑe finito:ꝯtingeret iſtđ moueri ꝑ illā in nō tꝑe. corꝑa.n.nō excedūt ſe in velocitate ⁊ tarditate:niſi in exceſſu eoꝝ in v̄tutibꝰ motiuis mā-

lib⁹. Et exceſſus vtutū ſeqꝫ exceſſuꝫ corpoꝝ ſ. ꝙ corpus: cui⁹ vt⁹ eſt maior: eſt velocioris motus. ex quo ſeqꝫ ꝙ ſi aliqđ corpus habuerit vtutē īfinitā: vt moueat in nō tpe. ſed declaratū eſt oēm motū eſſe in tpe. nā in omni motu eſt prius ⁊ poſteri⁹: quae ſunt in tpe.

Cōmē. 3. ¶ Tertio ꝓbat idē ꝑ rōnē Ari. poſitā in. 8. lib. phyſi. Et ꝓcedit enthime^{ce} a ꝑ ad vlt^{m} h pacto. vz. oīs mot⁹ eſt in tpe: h eſt ſucceſſio in motu tēporaria eſt ſm exceſſū ſiue ꝓportionē ꝓportionū po^{ar} ad ſuas reſiſtētias: ſiue ad corpa quę mouenꝫ. Igiꝫ ſi vt⁹ ęterna atqꝫ īfinita in tpe eēt in corpe finito. Mot⁹ illi⁹ eēt in non tpe. declat ꝯſit iā: qꝛ corpa nō excedūt ſe in velocitate ⁊ tarditate: niſi ꝑꝑ exceſſus vtutū mouētiū: quę ſumunꝫ ſm ꝓportionē eaꝝ ad ſua corpa mota: ita ꝙ corpus cui⁹ vtus eſt maior re^{u} corpis mouēdi veloci⁹ moueꝫ. Et eē etiā exceſſus vtutū ſeqꝫ exceſſum corpoꝝ. Ulterius ſeqꝫ ꝙ ſi aliqđ corpus habuerit vtutē īfinitā: illđ moueri in nō tpe. Hoc aūt eſt impoſſē: qꝛ oīs mot⁹ eſt in tpe. nā in oī motu eſt ꝑus ⁊ poſteri⁹. Igiꝫ a ꝑ ad vlt^{m} vtus ꝑmi motoris nō pōt eē in mā. Et ſic pꝫ ꝓpo^{m}. ¶ Debes ſcire ꝙ

Solō tertius ad enthimemata. text⁹ Aueꝫ. reſoluiꝫ ad duo entbime^{ta}. ꝑ^{m} eſt mot⁹ eſt in tpe. Igiꝫ ſi vtus īfinita eēt in corpe finito: moueret illud in nō tpe. Scđm eſt. corpa nō excedūt ſe in motu: niſi ab exceſſu earū in vtutib⁹. Igiꝫ ſi aliqđ corpus hꝫ vtutē īfinitā: moueret in nō tpe. Hec Aueꝫ. ¶ Sꝫ circa hec dubitaꝫ. Primo ꝯ ꝑ^{m}: qꝛ nō vi vꝫ ſequaꝫ: ꝙ ga mot⁹ eſt in tpe: vtus īfinita ſi eēt in corpe finito: debeat mouere in nō tpe. ita. n. vi ſeq: ſi illa eēt ex corpus: ſic ſi eēt in corpe: modo ſit īfinita. Scđo dubitaꝫ ꝯtra 2^{m}: qm motuū exceſſus ſeqꝫ exceſſuꝫ vtutū ſm itēſionē: ⁊ nō ſm extēſionē: mō vtus illa īfinita ꝑmi motoris eſt īfinita in extēſione: ⁊ non in intēſione: vt poſtea diceꝫ.

Dubōnes cōtra rationes Aueꝫ.

Solō rōnuꝫ. ¶ Debes ſcire ꝙ Aueꝫ. ſupponit in his enthimematibus illud qđ declauit in. 8. lib. phy. cō. 79. vꝫ. ꝙ oīs vt⁹ īfinita extēſiue ſi eſt in mā ſiue corpore depēdēter: illa ſit īfinita itēſiue: qꝛ ſi illa eſt in mā depēdēter: erit corruptibilis: ⁊ ſi corruptibilis: hꝫ ꝯtriuꝫ: cui reſiſtit tpe īfinito. Et oē illud qđ reſiſtit alicui tpe ęterno: eſt īfinituꝫ itēſiue: qꝛ nō reſiſtit: niſi ꝑ aliq̄ꝫ vtutē. igiꝫ ſi ꝑ infinitū tps reſiſtit: eēt ꝑ vtutē īfinitā itēſiue reſiſtet. Et ſic ſeqꝫ ꝙ oīs vtus īfinita extēſiue ſi ſit in corpe: illa ſit īfinita itēſiue. Tūc ꝑ^{m} enthimema pꝫ. itelligit. n. in āñte ꝙ ſi mot⁹ eſt in tpe. ſupple ꝑꝑ rōnes exceſſus vtutis ad mobile: ⁊ tūc ſeqꝫ vt ſi vtus illa ęterna eēt in mā: ꝙ moueret in nō tpe: qꝛ ſeqꝫ illā eē īfinitā nō mō extēſiue ſed itēſiue: vt diximus. 2^{m} ēt enthimema pꝫ per idē: ga ſi vnū corpus ferꝫ altero veloci⁹ ꝑꝑ vtutis exceſſuꝫ. igiꝫ corpus cui⁹ vtus eſt īfinita itēſiue: mouebiꝫ in nō tpe. ⁊ h pꝫ erit celuꝫ ſi ꝑmus motor ſit in eo depēdēter. erit eiꝫ ꝑmus motor vtus īfinita extēſiue ⁊ itēſiue: vt ſuppoſuimus. De his in lib. 8. phyſic. ⁊ poſtea repetemus.

¶ Et cū ita ſit: ⁊ eſt declatuꝫ ꝙ corpus coeli cōponiꝫ ex motore ⁊ moto. ⁊ ꝙ iſte motor nō ꝯſtituiꝫ ꝑ rem motā: neqꝫ exiſtit in ea: ſed eſt abſolut⁹ ab omni mā: q̄reduꝫ eſt de h: qđ moueꝫ ab eo. ſ. de corpe coeleſti. vtruꝫ ſit cōpoſitū ex mā ⁊ forma: ſicˀ diſpoſitio corpoꝝ: quae mouenꝫ apud nos ex ſe a primo motore: q eſt in eis. ſ. corpoꝝ aialiū quae mouenꝫ ab aia: an ſit ſimplex ⁊ nō eſt in eo potētia oīno. ſ. forma a qua ꝓueniat actio ꝑter formaꝫ mouētē quae nō ꝯſtituiꝫ per ipſaꝫ. ſ. formā q̄ largiꝫ ei motū ꝯtinuū. ſ. mouere infinitū.

¶ Jis reſumptꝫ mouet q̄ōnē de corpe cęlico: qđ eſt res mota in aiali cęlico: quę q̄ſtio eſt. vtrum corpus cęlicū qđ mouet: ſit cōpo^{m} ex aiā ⁊ corpe: ꝑ quā aiaꝫ ſit cęlū ꝑ ſe mobile: vt dixit Aui. Uel eſt ſimplex ꝑ excluſionē aię ⁊ cuiuſuis for⁹ vt eſt rei vitas. hęc. n. q̄ſtio dꝫ ſic itelligi: qꝛ Aueꝫ. mouit illā ꝑꝑ Auic. qui voluit vltra itelligētiā ſeparatā cęluꝫ ipm cōponi ex aīa ⁊ corpe: ⁊ ita ex mā ⁊ for^{a}. Circa hanc q̄ōnē ꝑ repetit ea quę reſumpſit de ꝑ^{a} celi compōne atqꝫ de ꝑ motore. Scđo mouet q̄ōnē: ⁊ quę dicit ſunt in textu ꝑſpicua. ¶ Sed occurres: qꝛ Aueꝫ. i li⁹. 2. mouit hāc q̄ōnē. igiꝫ fruſtra repit. ¶ Dici pōt ꝙ Aueꝫ. in 2° lib. logꝫ de cōpōne celi ſumpti pro aiali celi. hic logꝫ de corpe celico: qđ eſt altera ꝑs cōpoſiti. 2° dici pōt ꝙ locut⁹ eſt gñatim de cōpōne ex mā ⁊ for^{a}: ſiue aiatiua: ſiue abſolute. h mouet q̄ōneꝫ vtrū ea celi pars: quę dꝫ res mota ſit cōpoſita ex aīa ⁊ corpe: vt dixit Aui. 3° dici pōt ꝙ in 2° li° locut⁹ eſt de cōpōne celi ꝑ cōpationeꝫ ad cōpoſita ſublunaria. Hic logꝫ de celi cōpōne abſolute. ⁊ ſic nō moueꝫ q̄ſtio fruſtra. ¶ Debes ſcire ꝙ Simpl. ⁊ Auic. de celi cōpōne pariter ſentiūt. volūt. n. celū ipm eē aiatū aīa extēſa per totū. Ueruꝫ Auic. in cęlo fingit tres formas. Primā gdē ꝑ quā corpus celeſte eſt mobile in actu. ⁊ hęc non eſt aīa. Secūdā vo aiaꝫ: quę mouet celū effectiue. Tertiā formā ſeparatā quę mouet celū vt finis. Simplici⁹ vo celi formā dicit eē vnā: per quā celuꝫ eſt cōpo^{m} viuū. ⁊ aial. ꝫ. ambo celū aial eē dicūt ob ſenſum. Auicēna gdem ob ſenſum iteriorē: quā gręci ꝑhātaſiaꝫ vocāt. ⁊ h pro tāto: qꝛ cognoſcit ſingulare vt ꝑticulares ſit⁹ ⁊ mot⁹. Simplicius vo vltra ꝑhātaſiā. addit illi ſenſus exteros tres tactuꝫ: quo celi ipſi ſeſe tāgūt. viſum: quo ⁊ ſe ⁊ nos vidēt. Auditū quo muſicā celeſtē ⁊ ꝑces ⁊ voces hoīum audiūt. excludit guſtū ⁊ olfatū: qꝛ iſti ſunt maxime ob nutrimētū: quo celi nō eget. Moueꝫ aūt Simplicius per hoc: qꝛ ſenſus ꝑfectiui nō debēt denegari ab aiali ꝑfectiſſimo: quale eſt celuꝫ. hęc Simpl. Aueꝫ. itaqꝫ refellit pōneꝫ Auic. ⁊ Simplicij quo ad celi aiationem. ¶ De ſenſib⁹ vo nihil hic ait. ſꝫ in 2° celi. cō. 37. Et ꝑpterea loquamur nos aliquātulū de hoc: ga diligēti⁹ in 2° celi. Platonici itaqꝫ: q̄s ſectaꝫ Simplici⁹: opinātur celū hr̄e ſenſus tres exteriores. ⁊ de iterioribus etiam ꝑhātaſticā ſiue imaginariā: vt Auic. explicat. Qꝛ gdeꝫ celū habeat ſenſum: ꝑſuadēt. Primo qꝛ celū eſt aial: ⁊ omne aial eſt aial ꝑpter ſenſum. Scđo qꝛ quicgd eſt de ꝑfectione aialis ſublunaris eſt de ꝑfectione aialis diuini: ſed hr̄e ſenſus eſt de perfectione aīalis ſublunaris. igiꝫ de ꝑfectione celi. Tertio vt Auic. arguit celum cognoſcit motū: ⁊ ſitus per quos meat: ⁊ nō per intellectum. igiꝫ per ſenſum. Tertio. celi gubernāt hęc ſublunaria: qꝛ nobiliora corpora ſemꝑ ꝑſunt ignobiliorib⁹. igiꝫ hęc cognoſcunt: ⁊ nō per intellectū: qꝛ ille eſt vniuerſaliū: ⁊ nimis trāſcendēs. igiꝫ per ſenſum. Sic igiꝫ celi hn̄t ſenſus. De exterioribus gdē tactū viſum ⁊ auditū. tactū gdē: qꝛ cum celi ſeſe tāgāt: diſſonum videꝫ: vt nō ſeſe tāgere ꝑcipiāt: ⁊ vnū alterū nō ſentiat. Infelix. n. eēt aial tā btm tāgere: aliud etiā btm ⁊ illud non ꝑcipe. auditū vo ⁊ viſum: qꝛ ſenſus ſunt ꝑfectionis nō necitatis: ēt vt ꝑ auditū ꝑces mortaliū audiāt: muſicā celicā auſcultēt. ¶ Excludēdi ſunt guſtus ⁊ olfat⁹ cuꝫ ſint ſenſus nutrimēti: q̄ celi nō eget. De interiorib⁹ vo ꝑhātaſiaꝫ hn̄t vt ꝑticulares res ſit⁹ mot⁹ gubnationes ꝑcipiāt:

Margin notes (right): Cō. 4. — Dubitatio. — Solō. — Pō Auic. ⁊ Simplicij. — De ſenſib⁹ celorum. Pō Platonicoꝝ Simplicij ⁊ Aui.

ꝑcipiāt:⁊ perceptas ſeruēt.excludēdi ſunt ſenſus cōis
dianoea:ſiue cogitatiua ⁊ memoratiua.cōis ꝗdem ſen
ſus:qꝛ per hūc nō opꝫ diſcernere īter ſenſilia exteriora.
Dianoea vō qꝛ celuꝫ nō diſcurrit.memoria etiā qꝛ illa
eſt adminicula dianoee. Hec Platonici:Simpliciꝰ et
Obiones. Auic.¶ Obycit huic pōni Auer.qꝛ ſi celū hr̄et ſenſus
exteriores:tūc hr̄et iſtr̄a:que grece organa dn̄r vt ocu-
los aures ⁊ id genus.Declaratur:qꝛ ſenſus eſt v̄tus ꝑti
cularis.oīs autē v̄tus ꝑticularis eſt organica ſiue iſtr̄a-
ria.In h̄ enim Ari.ponit dr̄iam īter ſenſuꝫ ⁊ ītellm̄:qꝛ
ītell's nulliꝰ ꝑticule actꝰ eſt:nec aliq̄ corꝑis ꝑticula vti-
tur.At ſenſus ⁊ eſt actꝰ ꝑticule ⁊ ꝑticula vtit̄. ¶ 2°.ſi
celo tribuunt̄ ſenſus:eēnt ei dati ob ſalutē:qꝛ dant̄ ob
meliꝰ.Et ſi ob ſaluteꝫ:celo pn̄t accidē caſus:qꝛ fruſtra
dant̄ alicui ob ſalutē:ſi nō pōt accidē illi calamitas:et
ſic celo pōt accidere fractura cily ⁊ id genꝰ.¶ 3°:vt ar-
guit Ariſ.in de plātis lib°:ſenſus cocuus eſt vite ⁊ facit
diſcretionē īter mortē ⁊ vitā.Sꝫ celū hꝫ regimē nobi-
lius ꝙ̄ ꝑ vitā ⁊ mortē.igit̄ nō hꝫ ſenſum.¶ 4° arguit
Tho.celo ex ſenſibꝰ nihil meliꝰ euenit.igit̄ fruſtra illi
tribuunt̄.Añs apparet:qꝛ ad curā ſublunariū nō ſunt
nec̄y:qꝛ ſufficit cognitio vl'is:que eē pōt ꝑ eēntiaꝫ illo-
ruꝫ:q̄tenus cauſe ſunt illoꝝ.Ad motū nō eſt cognitio
ſituū nec̄ia:qꝛ ſufficit vl'is cognitio ꝑ ītellm̄:qui eſt cā
motus.ad ꝑfectionē celi nō ſunt nec̄y ſenſus:qꝛ ꝗcꝗd
celū ꝑ ſenſus cog̃ſceret:ꝑ ītellm̄ ꝑfectius dep̄hēderet.
Accedit ad h̄ qꝛ nō vr̄ fas vt taꝫ iuſta aialia hec terre-
na carent:qꝛ ſepe malis triſtarent̄:bonis ꝯgauderent.
¶ 5°.Ari.3° de aia ꝯtra Pla.inq̄t.nullū īgenitū corpus
aiatū ſenſuꝫ hr̄e:qꝛ ſi ſenſum hꝫ vel eſt mixtū:vl' ſim-
plex.nō mixtū:qꝛ nullū mixtum eſt ingenitū.nec ſim-
plex:qꝛ nullū ſimplex pōt hr̄e tactū:q̄ eſt ſenſus mix-
ture.vt exponūt Auer.⁊ Them.illic.cō.62. ¶ 6°.tactꝰ
eſt mediocritas calidoꝝ frigidoꝝ humidoꝝ ⁊ ſiccoꝝ.
ſꝫ hec mediocritas eſt obſcena celo:qꝛ eſt ſimplex.igr̄
Pō Auer. nō hꝫ tactū:⁊ per ꝯn̄s nullū aliū ſenſuꝫ. ¶ Auer.itaqꝫ
ꝑꝑ hec ⁊ alia celo de v̄tutibꝰ aīe tribuit ītellm̄ ⁊ volun
tatē.⁊ per has ait celū viuere ⁊ eē aial.Excludit vō ſen
Poſitio ꝓp̄a ⁊ ꝯciliū inter Pla.⁊ Ariſ. ſus ꝑꝑ has rōnes.¶ Sꝫ qꝛ Simplicius nō minus eſt
ꝑipatheticus ꝙ̄ platonicus.⁊ dicit pōneꝫ ſuā eē ꝑipa-
theticā:⁊ de mēte Ariſ.qui in tex.ſcdi libri de celo.ap-
pellat celos ꝣodia h̄ eſt aialia celica:⁊ aial non eſt aial:
niſi ob ſenſuꝫ.Cōcordo Ari.cum Pla.per diſtōnē:qm̄
ſenſus pn̄t ſumi vt ꝯſequunt̄ organicā mixturā.⁊ hoc
pacto dant̄ aialibꝰ ſublunaribꝰ:⁊ vt ꝯſequunt̄ ꝑfectio-
nē aialē abſolute:⁊ ſic ſunt in celo.Eſt enim celū aial ⁊
ſimplex:⁊ alteriꝰ rōnis ab aialibꝰ his.ideo meruit ſen-
ſus ꝑfectionis vt ſunt tactꝰ viſus ⁊ auditꝰ ⁊ phātaſia:⁊
nō ſenſus mixtionis vt guſtus ⁊ olfatꝰ:⁊ qꝛ eſt aial al-
teriꝰ rōnis:ideo ſenſus ꝑfectionis q̄s meruit:ſunt alte-
rius ꝑfectiōis.nō ꝗdē ꝑfectionē ꝯn̄tes mixture:ſꝫ aia-
lē ſimplicē. ¶ Ex ÿs ſeq̄t̄ ꝙ ſenſus aialiū ſublunariū
ſunt ꝑticulares.Tū ꝑꝑ organa.Tuꝫ ꝑꝑ ꝑticulares co-
gnitiones:q̄s hn̄t reruꝫ.Et h̄ qꝛ mixturā ꝯſequunt̄ or-
ganicā.ſenſus vō celi ſunt ꝑticulares ꝑꝑ ꝑticulares re-
rū cognitiōes ⁊ nō ꝑꝑ organa:qꝛ nō mixturas ꝯſequū
tur organicas:ſꝫ ꝑfectionē aialē:que eſt ꝑ totū celū.Et
ideo organū illoꝝ eſt totū celū:ſic̄ totū celū eſt ⁊ totuꝫ
ꝑfectū. Organū ſenſuū aialiū ſublunariū:nō eſt totuꝫ
aial:qꝛ nō eſt totū equali ⁊ eadē mixtura mixtū.Ariſt.
igit̄ dū excluſit ſenſus a celo:eos excluſit:qui ꝯſequū-
tur ꝑfectionē mixture:quoꝫ ꝑticulares ſunt ⁊ ꝑticulari-
tate organi ⁊ ꝑticulaᵗᵉ cognitionis . Sēſus ꝑfectionis:
qui ſunt ꝑticulares ꝑticulaᵗᵉ cognitōis a celo nō remo
uet:imo illos ſibi tribuit q̄tenus celos vbiqꝫ aialia fa-
cit.Et ſic Plato vbiqꝫ loq̄t̄:q̄re Ariſ.nihil aliud ſentit
ꝙ̄ Plato p̄ceptor:ꝗcꝗd velit Auer.qui forte idē ſentit:
lꝫ nō explicauerit . ¶ Tunc ad obiones ꝯtra Simpl'.
Ad pam pꝫ ſol'.ſenſus.n.celici totū celū hn̄t vt inſtr̄m:⁊
ſunt ꝑticulares ꝑticulaᵗᵉ cognitionis . Et in h̄ differūt
ab ītell'u:qui eſt vl'is ⁊ abiūctꝰ ab organo partiali ⁊ to-
tali.¶ Ad 2am ēt pꝫ ſol'.iſti.n.ſenſus nō mixture ſunt:
ſꝫ ꝑfectionis aialis : ⁊ ſic nō dant̄ ꝑꝑ ſalutē aut ꝑꝑ ne-
ceſſitatē:ſꝫ ꝑꝑ aialē quā hn̄t ꝑfectionē.¶ Per idē ad
3am Ariſt.ſenſus.n.mixture diſcernit viuū a mortuo:⁊
hūc celū nō hꝫ.¶ Ad 4am pꝫ ſol'.iſti.n.ſunt nec̄y ob ꝑ-
fectionē aialē ⁊ ob curā:qꝛ cognitio vl'is nō ſufficit ad
curā rerū ꝑticulariū:q̄li mō celi gubnant ſublunaria.
curāt.n.celi nos ⁊ vl'r ⁊ ꝑticul'r.⁊ ꝓpterea egēt ſenſu ⁊
ītell'u:etiā ꝑꝑ alias cās:vt diximus.¶ Ad 5am ⁊ 6am pꝫ
ſol'.remouit eiꝫ Ari.tactū a celo ⁊ a corꝑe ſimplici:q̄te-
nus ille eſt ſenſus mixture. Quatenꝰ vō eſt ſenſus ꝑfe-
ctionis ⁊ alteriꝰ ꝯditionis eū illi tribuit. Hec ſuꝑioribꝰ
diebꝰ publice diſputauimus Neapoli in honorē ḡn̄alis
p̄oratꝰ R̄mi Egidy Philocali Biterbiēſis oliꝫ diſcipu
li:nūc i his ſtudys collegę.nā ip̄e Platonicā ſectā libē
ter amplexat̄.¶ Sꝫ circa hec nō ꝑua emergeret dubi
tatio.ſi celū viſuꝫ ⁊ auditū ⁊ tactū hꝫ.vtrū viſio:audi-
tio:⁊ tactio emittēdo fiāt.vel recipiēdo atqꝫ intus ſu
ſcipiēdo. Hec.n.nr̄ Egid.non parua facit. Sꝫ ꝗcꝗd ſit:
Platonicū eſt ſenſationes fieri emittēdo. Peripathe
ticū vō vt fiāt ītus ſuſcipiēdo. Que pōnes pariter bo-
nis ꝑſuaſionibꝰ defendi pn̄t. Nūc vō ſit dcm̄ intm̄:ꝗa
in lib.de aia diligētiꝰ. Ulterius ex v̄bis Auer.hic colli-
git̄ in aiali ſublunari eē aliā formā p̄ter aiaꝫ.qꝛ querit
vtrū corpus celeſte circūſcripta ītelligētia cōponat̄ ex
mā ⁊ aia veluti aialia ſublunaria:que circūſcripta eoꝝ
aia cōponunt̄ ex mā ⁊ forᵃ.igit̄ aial habet plures for-
mas.alterā ꝑ quaꝫ eſt aial:⁊ e qua mouet̄.Alterā vō ꝑ
quā eſt mobile actu ⁊ corpus actu. ¶ Et Joā.h̄ expo- Dubiū de formis ꝑtialibus que Joā.
nit dupl'r.p̄ de formis officialibus:qꝛ mēbra officialia
vt cor iecur ⁊ lien:⁊ cetera hn̄t ꝓp̄as forᵃˢ:ꝑ quas ſunt
talia. Ut cor hꝫ ſuā formā:ꝑ quaꝫ eſt cor:⁊ iecur ſuā:⁊
cetera ſil'r.que ꝗdē forᵉ differūt ſp̄e partial'r.nō aūt to-
tal'r.partial'r ꝗdē ſp̄e differūt:pro ꝙ̄to mēbra diuerſis
diſpōnibꝰ accn̄tarys afficiunt̄. Total'r vō nō:qꝛ oēs re
ducūtur ad vnā formā totiꝰ:cuius ſunt adminicule:vt
dicebat̄ de orbibꝰ in lib.2.Or ſi ita eſt:tūc aial hꝫ aiaꝫ:
per quā eſt aial:⁊ e qua mouet̄.⁊ formas mēbrales ex
ꝗbꝰ ꝯficit̄ vnū aggregatū:qđ erit actu mobile.⁊ ita pꝫ
dictū Auer.iuxta hāc expōnem. ¶ Sed hec expoſitio Qualis expō
ꝑtim falſa:ꝑtim ambigua videt̄.falſa ꝗdē:qꝛ cōceſſis
his partialibꝰ formis:nō vr̄ aggregatū ex illis mēbris
ꝯfici vnū mobile actu:qꝛ vnū mobile actu eſt ab vna
forᵃ actu:⁊ nō a pl'ibꝰ formis actu. Igit̄ adhuc eſt q̄ſtio
de vnitate mobilis actu in aiali. Secūdo eſt ambigua
ꝙ̄tū ad forᵃˢ ip̄as partiales:qꝛ Auer.12.meta.cō.2.vi-
det̄ illas ꝯcedere.⁊.6.phyſi.cō.59.ſil'r.At alibi vr̄ illas
negare.vt.7.meta.cōᵗⁱˢ.35.⁊.39.⁊.43.⁊.76. Ibi.n.cum
Ari.ſentire vr̄ ꝙ ꝑtibꝰ diuiſis a toto:vt oculo abſciſo:
nō dicant̄ partes niſi equoce.qđ nō eēt:ſi hr̄ent ꝓp̄as
formas vltra illā totiꝰ. ¶ P.Primo de aia.cō.90.ait.
aiaꝫ eē cām cōplexionis ⁊ formā vnā in toto aiali.igit̄
nō ſunt alie forme p̄ter aiam. ¶ P.Ibidē.cōmen.58.
Auerroes putat īpoſſibile corpus hr̄e plures forᵃˢ mē-
brales.igit̄ vt p̄us.⁊ ibidē cōmēt.89.91. Pro hac ꝑte
facit ratio:qꝛ cor generat cetera mēbra.igit̄ eſt eiuſdē
ſp̄ei cuꝫ ceteris.tenet ꝯn̄tia:qꝛ ḡn̄atio oīs eſt ab vniuo
co.⁊ añs eſt Ari.in li° de morte ⁊ vita. ¶ Ex ÿs videt̄
ambigua hec expoſitio. ¶ Sꝫ hec expō defendi pōt. Defenſio

Primo:qꝛ nõ eſt falſa.nam lꝫ ex multis actu non fiat vnũ ſimpl'r:ↄficit vnum ordine.quę vnitas ſufficit ad hoc vt mobile ſit actu vnũ.oĩa.n.mẽbra reducũtur ad cor:ſicut oẽs orbes ad pᵐ mobile:⁊ vt pͥmus motor pͦ ⁊ per ſe mouet pᵐ mobile:cętera quaſi ſcđario.ſic aĩa pͦ mouet pᵐ mẽbrũ cętera ſcđario. ¶ Ulterius ad rõ⸗nes:quę ꝓbãt illã eſſe ambiguã:teneri põt ꝙ denꝰ iſtę formę. ¶ Ad pᵃᵐ Auer.7.meta.cõ.39. Innuit ſolõnez:qa pars ſeparata a toto remanet ęquoce talis ęquoca⸗tione ſumpta ab actu. Secũdo ⁊ officio ob qđ fuit.nõ aũt ęquocatione ſumpta ab actu pͦ:qꝛ illa retinet eãdẽ formã quã in toto habuit per multũ tpis. ¶ Ad oĩa il⸗la libri de aĩa.debes ſcire.vt narrat Auer.pͦ de aĩa.cõ. 54.ꝙ nõnulli veterũ crediderũt aĩam eſſe armoniaz. Et ↄtra hos ſeqꝛ in toto aĩali eſſe plures aĩas:ſicut plu⸗res armonias membroꝝ.⁊ hoc pacto ſonant quę dixit ibidẽ.cõ.58.ẜm tñ vͥtatez eſt vna aĩa ⁊ plures formę. ¶ Ad rõnẽ dici põt falſum eſſe ꝙ cor gñet per ſe alia mẽbra:ſed ſi gñat.hoc eſt virtute pͥmi agẽtis vniuoce. Auctas vͦ Auer.6.phyſi.⁊.12.meta.ad oppoſitũ.⁊ pro Joãne poſſet itelligi de dr̃ia accñtaria.ipſa.n.membra differũt cõplexionibꝰ.⁊ ſic non hñtur illę formę. Hęc

2ª Joã.expõ. de pᵃ expõne. ¶ Aliter exponi põt de forma mixtiõis. aĩal.n.diuidiꝛ in aĩam:quę eſt motor in actu ⁊ corpus mixtuz:qđ eſt mobile actu.eſt.n.aĩa actꝰ corꝑis mixti: qđ mixtũ eſt ex quatuor elemẽtis:quę nõ actu ſimpl'r ſunt in illo:nec potẽtia ſimpl'r:ſed qͣdãmodo in media

Dubitatio diſpõne. ¶ Sed ambiges vt pͥus:qa tale mixtũ nõ eſt vnũ.omne.n.vnũ eſt tale ab vna forᵃ:ſꝫ hic ſunt qua⸗

Põ Scoti tuor el'ntarię formę.igitur expoſitio falſa. ¶ Propter hãc rõnẽ cucullati fingũt formã mixtionis ſubalẽ quę nõ eſt aĩa:nec el'ntaria forma:ſꝫ quędã forma ſubalis per quã mixtũ eſt actu tale:quęqꝫ ↄtinet virtual'r oẽs el'ntarias formas.Et per hãc ſaluatur vnitas mobilis.

Qualis poſitio Scoti. ¶ Sed qa hęc forma nõ eſt ꝑipathetica:nec ipſi ſunt

Propa expõ ꝑipathetici.ideo mittanꝛ hęc ad tp̃s. ¶ Rectius ⁊ pe⸗ripathetice dico ꝙ mixtũ illud eſt vnũ ab vnitate for⸗mę el'ntarię pdñantis.in omni.n.mixtura pdñaꝛ alte⸗ra illaꝝ.⁊ rõne illius mixtũ eſt vnũ mobile actu ⁊ reſi⸗ſtẽs motori.vt.2.de gñatione tãgit Auer.⁊ pͦ cęli.⁊ 10ͦ meta.⁊ ſic bñ dicit Joã. De iſta qõne ego raptim ſcri⸗pſi:qa alibi diffuſe diſputaui.redeamus ad textuz.

¶ Dicamus ģ ꝙ ſi fuerit ↄceſſuz ꝙ oĩs vͥtus in mã eſt finita:nulla dr̃ia eſt in hoc ꝙ ſit acti⸗ua ⁊ paſſiua.ſ.receptiua. Si igꝛ corpus coe⸗leſte recipit mouere ĩfinitũ:vt declaratũ eſt: neceſſe eſt vt nõ ſit cõpoſitũ ex mã ⁊ forma. ⁊ vt ſit ſimplex.ſ.ſubm ſimplex primo moto⸗ri:qui eſt forma ipſius.omne.n.cõpoſitũ ex mã ⁊ forma eſt finite receptionis:ſicut finite motionis in aliud. Eſt igiꝛ ꝓpriuz iſti moto⸗ex ſe:qđ eſt corpus coeleſte: hoc.vꝫ.ꝙ mo⸗tor ipſius non eſt in mã. ⁊ ꝙ illud qđ mouetꝛ ab eo eſt ſimplex nõ cõpoſitum. ⁊ ſic intẽdi⸗mus vͥificare ꝓpõnem:in qua poſuimus ꝙ cuiuſlibet virtutis in corꝑe ſuuz mouere eſt finitũ: ⁊ ſuum moueri etiam eſt finituz.

Cõmē.5. ¶ Soluit qõnẽ ⁊ declarat itẽtũ.vꝫ.ꝙ cęlũ circũſcripto motore nõ eſt cõpoᵐ ex mã ⁊ forᵃ:⁊ vtiꝛ ſil'ibꝰ ꝓpõni⸗bus:qbꝰ Ari.in liͦ.8.ꝓbauit ĩpartibilitatẽ ⁊ ſimplicita⸗tẽ pͥmi motoris. Quaꝝ pᵃ eſt.oĩs vͥtus in mã eſt finita: quę eſt indr̃nter vera tã de actiua motꝰ qꝫ de receptiua motꝰ.corpus cęleſte nõ eſt vͥtꝰ receptiua finita.igiꝛ nõ eſt vͥtꝰ in mã:imo eſt ſubm ſimplex:qđ ſubycitꝛ motui ęterno vt mã:⁊ motori vt ſubm. Maior ꝓbaꝛ ꝑ h:qa omne cõpoᵐ ex mã ⁊ forᵃ vniuoce dictis eſt finitę rece⸗ptiõis veluti eſt finitę actionis.Et ꝓpea ſeqꝛ eẽ cęlo ꝓ⸗priũ vͥtus eiꝰ motor nõ ſit in mã:⁊ ꝙ eiꝰ mobile etiã ſit ſimplex:qua rõne vͥificaꝛ illa ꝓpõ.vꝫ.oĩs vͥtus in mã eſt finita:qꝛ tam de actiua motꝰ qꝫ de receptiua motꝰ. Hęc Auer. ¶ Debes ſcire ꝙ motꝰ cęli ęternꝰ eſt actio: ⁊ eſt paſſio.vt.n.eſt a motore eſt actio.vt vͦ eſt in mo⸗bili eſt paſſio.igiꝛ vt eſt actio ęterna ↄcludit motorem ęternũ ⁊ ſimplicẽ.vt vͦ paſſio ęterna.arguit ſubiectuz

ęternũ ⁊ ſimplex. ¶ Sꝫ occurres:rõnẽ Auer.dicẽs cõ⸗cludere corpus cęleſte nõ eẽ cõpoſitũ ex mã ⁊ forᵃ vni⸗uocis.Cũ quo tñ ſtat ipm cõponi ex mã ⁊ forma ęquo⸗cis:etiã circũſcripta ipſa ĩtelligẽtia:vt Tho.opinaꝛ.nã hoc pacto põt eſſe cõpoſitũ ⁊ ęternũ:nec eſt verũ oẽm vͥtutẽ in mã eẽ finitã in agẽdo ⁊ patiẽdo:niſi ſit in ma⸗teria vnius rõnis.Nã põt vͥtus eẽ in mã ⁊ ęterna:mo⸗ Dubitatio.

do ſit in mã ęquoce ⁊ alterius rõnis. ¶ Dici põt eẽ ꝓ⸗batuz nullã virtutẽ poſſe eſſe in mã ęquoce dicta:niſi ſit ĩtellectus.Et hoc ſupponit Auer.⁊ ꝓpterea ſi vͥtus illa eſſet in mã:⁊ nõ eſſet extẽſa per mãm:iam eſſet in⸗tellectꝰ.ſi vͦ extẽſa:tũc eſſet recepta in illa mediãtibꝰ dimẽſionibus:⁊ ſic eẽt forma vnius rõnibꝰ cuz mãlibꝰ ⁊ mã ſil'r. Hęc ſunt de mente Auerrois. Solutio.

¶ Et ſi ↄceſſerimus ꝙ in corpore coeleſti eſt vͥtus finita alia a virtute motiua:quae nõ eſt in eo:nec ↄſtituiꝛ per ipm. Vbi.g. virtus per quã coelũ dꝛ hr̃e motũ circularẽ ſicut grauia ⁊ leuia per formã declinationis motũ rectũ: qua.vꝫ.dicaꝛ eſſe neqꝫ graue neqꝫ leue:ita ꝙ iſta virtus ſit in mã:⁊ qđ aggregaꝛ ex mã ⁊ ipſa ſit corpus coeleſte:ſic dicit Auic.nec̃io vt in aeterno ſit poſſe ad corruptionez abſqꝫ eo qđ corrũpaꝛ:quod deſtruiꝛ in vltimo tra⸗ctatu primi de coelo ⁊ mundo.

¶ Hactenus ꝙ corpus cęleſte ſit ſimplex.nũc excludit Cõmen.6.

errorẽ Auic.qui pͭer motorẽ ſeparatuz cęleſti corpori ꝓbuit virtutẽ ↄiunctã:per quã cęlũ circulariter fertur veluti grauia per formã declinationis.i.grauitatẽ ferũ⸗tur recto motu:⁊ leuia ſil'iter per leuitatẽ:per quã etiã cęluz ipm ſit neqꝫ graue neqꝫ leue. Imaginãdo ꝙ iſta vͥtus ſit in materia:⁊ ꝙ aggregatũ ex ipſa ⁊ ſua mã ſit cęleſte corpus.Cõtra obycit Auer.inferẽs in ęterno eẽ poſſe ad corruptionẽ:⁊ nunqꝫ corrũpi:qđ eſt deſtructũ pͥmo de cęlo.ↄñtia tenet:qa aggregatum ex illa forma ⁊ ꝓpria materia põt corrũpi vt fuit totiẽs deductuz:⁊ nunqꝫ corrũpeꝛ:qa mouetur motu ęterno.igitur aliqđ corruptibile nunqꝫ corrumpetur.

¶ Eſſe igiꝛ nec̃ium nõ eſt niſi duobꝰ modis: nec̃iuz.ſ.ex ſe:⁊ nec̃iuz ab alio.qđ tñ eſt poſ⸗ſibile ex ſe:ſic põt aliqs extimare in corpore coeleſti:ꝙ ipm.ſ.habeat vͥtutẽ finitã ⁊ acq⸗rat neceſſitatẽ a vͥtute ĩfinita.⁊ ſuꝑ hoc fun⸗dauit Auicẽ.ſuaz declarationẽ de eſſe primi principij ſine declaratione eius qđ eſt motũ aeternuz eſſe. ⁊ eſt declaratio fundata ſuper ꝓpõnes inſtabiles:ſicut tu vides.

Cōmē.7 ¶ Scđo excludit aliū errorē Auicē. Auicē.enī ꝓbauit pᵐ pnᵐ eē ꝑ hoc ꝙ aliqđ eſt poſſe ex ſe:ꝛ ęternū.ꝛ cū nō ſit ęternū a ſe:erit ęternū ab aliq̄:qđ ſui nā ē ęternū:ꝛ ita eſt pnᵐ pᵐ ęternū.pmo Auer.ſumit diſtōnē Auicē. ꝛ ait.eē igiṯ neceſſariū nō eſt niſi duob⁹ modis.Uidelicet necīū a ſeipo formalr ꝛ effectiue:vt ē de⁹ q ſeipo eſt necariuſ:ꝛ a nullo eſt talis:ꝛ neceſſariū ab alio: qđ tn̄ eſt ex ſe poſſe.vt mot⁹ cęli:q eſt poſſibilis nō eſſe: ꝛ ęternus ab itelligētia.tūc Aui.applicauit diſtōnez ad cęlū:putādo cęlū hre vtutē finitā:ꝛ eſſe poſſe ex ſe:acqrere tn̄ neceſſitatē a vtute ifinita ꝛ ꝑ ſe ęterna: puta a motore ſepato:ꝛ tūc addit viā ꝑ quā Auic.ꝓbauit pᵐ pnᵐ eē:ꝛ inqt ſuꝑ hoc fundauit ſuā declatiōnē de eſſe pmi pncipij ipſe Aui.ꝛ nō pceſſit ꝑ viā motus ęterni. vt pceſſit Ariſt.ꝓbauit enī pᵐ pnᵐ eē hoc pacto:aliqđ eſt ęternū qđ eſt a ſe poſſe nō eē.igiṯ opꝫ eē qđdā ꝑ ſe ęternū:qđ illud efficiat ęternū.ꝛ hoc eſt pᵐ pnᵐ. Obijcit aūt Auer.aſſerēs hāc demrationē fundari ſuꝑ ꝓpōnes inſtabiles vt clare vides.Et ſic patēt duo Auicē. errata.vt Auerr.demrauit. ¶ Hic poſſet diſputari.ſi corruptibile ꝑ ſe.pōt ab alio ꝑpetuari. ¶ Sꝫ qꝛ hęc qđ ē diſputata p lib°h⁹:nūc ō ipa hacten⁹. ¶ P.Eſſet diſputādū ſi ſubas abſtractas eē ſit alia via q̄ꝫ ꝑ motū ęternū demrabile:q̄ res(qꝛ acutiſſime ē diſputata i lib.deſtructio deſtru.diſputatiōe.8.i ſolone pmi dubij:)nūc ptermittaṯ:ne ſuꝑfluis ꝑtractatiōib⁹ libꝝ ipleam⁹.Illud tn̄ nō eſt ſilētio ptereūdū demrationez Auicē.q̄ primū pnᵐ eē ꝓbare credidit: fundari ſuper ꝓpōnes inſtabiles nullā hñtes firmitatē fundaṯ enīz in hoc ꝙ aliqđ eſt corruptibile ab alio ęternuz:qđ eſt inſtabile ꝛ impoſſibile vt declaratum eſt in libro cęli. Propterea reſtat via alia:quā diſputauimus in libro deſtructio deſtructionum.Hęc nunc ſatis.

Excuſatio.

¶ Sꝫ eſt qđ de h:qꝛ Ariſto.dicit in de celo ꝛ mūdo:ꝙ virtutes.ſ.corpoꝝ celeſtiū ſunt finite actionis: qa corpora celeſtia ſunt finite quātitatis:ꝛ ex hac ꝓpoſitione declarauit ꝙ corpora celeſtia ſūt finite quātitatis:ꝛ dedit cām in hoc:qꝛ corpoꝝ celeſtiū q̄dā mouent vnā ſtellā:ꝛ q̄dā plures. Et dixit ꝙ ſi ſtelle q̄ ſunt in orbe ſtellaꝝ fixaꝝ eēnt minores aut maiores nō poſſet mouere eas oīno. ꝛ declarauit illic vlr ꝙ ſi virtutes q̄ ſunt in corporibus celeſtib⁹ eēnt in calefaciēdo ꝛ mouēdo vlr ifinite:mouerēt corpora q̄ ſunt apud nos in iſtāti: ꝛ hoc facit extimare ꝙ in corporib⁹ celeſtibus ſunt virtutes actiue finite.

Cōmē.8. ¶ Mouet qōnē circa determinata.determinatū ē enī cęlū eē ęt̃nū ꝛ tpe ifinitū. Propterea obijcit ꝯ ꝑ Ari. in de cęlo ꝛ mūdo:q dixit vtutes corporū cęleſtiū:qb⁹ cęli ſunt ꝛ mouenṯ eē actiōe finitas:eo qꝛ cęli ipſi ſūt dimēſiōe finiti:ꝛ qꝛ vtutes cęloꝝ ſūt finite.ex hac ꝓpoſitione declarauit ēt cęlos ipſos eē dimēſiōe ꝛ quātitate finitos. Hęc enim cōuertunṯ.vꝫ.cęli ſūt quantitate finiti.igiṯ vtutes cęloꝝ:ꝛ eꝯ.vtutes cęloꝝ ſunt finitę.igiṯ ꝛ cęli.Et ꝙ virtutes cęloꝝ ſint finitę ꝓbauit. Tū qꝛ nōnulla corpora cęleſtia deferūt vnā ſtellam vt orbes planetarū:nōnulla plures.vt orbis ſtellifer⁹. Qđ eſt ꝑ tāto:qꝛ virtutes cęlicę ſunt finitę atqꝫ limitatę. Tū qꝛ dixit.ſi cęlo ſtellifero addereṯ ſtella vltra eas q̄s hꝫ:aut nō mouereṯ:aut tardi⁹ mouereṯ.vt declarat Auer.2.cęli.cō.71.qꝛ vt⁹ motiua cęli hꝫ ad corpus cęleſte qđ moueṯ:limitatā ꝓportionē ꝛ vtutē finitā. Tū vl maxie:qꝛ dixit illic:ꝛ i lib.metheo.ꝙ ſi vtutes cęlicę eēnt i mouēdo ꝛ calefaciēdo penit⁹ ifiᵗᵉ mouerent hęc ſublunaria ſubito atqꝫ in inſtanti:quę oīa ꝑ tāto ſunt vera:ꝑ quāto virtutes cęloꝝ ſunt finite:ꝛ ita tpe limitatę:ꝛ ꝑ ꝯñs nō ęternę.ꝛ ſic pꝫ qđ. ¶ Debes ſcire ꝙ Ariſto.p cęli a textu quē exponit Auer.cō. 33.vſqꝫ ad textū:quē exponit.cō.76. ¶ Declarat cęlū eē finitū q̄ꝫtitate ꝑ hoc:qꝛ moueṯ tpe.24.horaꝝ ſimiliter ēt declarauit ibidē motū eē finitū:qꝛ cęlū eſt q̄ꝫtitate finitū. Ueꝝ pma demratio eſt ſigni. Scđa vo eſt demratio cāę. Ampli⁹.2.cęli Ariſt.declarauit vtutes cęloꝝ:quib⁹ cęli ſunt ꝛ mouenṯ:eē finitas: qꝛ mouent certis velocitatibus.vt pꝫ ꝑ Auerro.ēt in cōmentis.38.39.63.ꝛ.71.Et ſic apparet vis quęſtionis.

¶ Ad hoc dicamus breuiter ꝙ ifinitū dī duobus modis.quoꝝ vn⁹ eſt vtus infinite actionis ꝛ paſſionis in tpe:ꝛ eſt finita in ſe.ſ.i velocitate ꝛ vigore. ſecundus eſt virtus infinite actionis ꝛ paſſionis in ſe.

¶ Soluit qōnē:ꝛ p.pmittit diſtōnē:ex qua patebit ſolutio. ¶ Diſtō eſt ꝙ ifinitū bifariā dī.i duratiōe ſiue tpe:ꝛ extēſiue ſiue agēdo ſiue patiēdo.Et ifinitū in vigore agēdo vel patiēdo. Infinitū extēſiue ē qđ ęterno ꝛ ifinito tpe agit vel patiṯ. Infinitū vo i vigore eſt:qđ agit vel patiṯ i ifinitū itēſe:ꝛ ſine ꝓportiōe ſimplr ad qđlibꝫ:qđ aget vel patiṯ. Hāc diſtōnē Auerro.poſuit plurib⁹ locis:ꝛ nos i codicillo de ifinitate pmi edim⁹. Cōmē.9. 2ᵐ infinitum.

¶ Uirtus aūt infinita in actione ſua:aut paſſione nō exiſtit i corpe:ſiue fuerit celeſte:ſiue gn̄abile ꝛ corruptibile.hec enī nō accidit corpori:niſi ſm ꝙ eſt corpus ifinitū. Et ideo orbes mouent ꝛ mouenṯ in tpe:virtutes vo in actione ꝛ paſſione.ifinitas in tpe neceſſariū eſt eſſe in corporibus celeſtibus.paſſione qdem:qꝛ ſunt ſimplr ſimplicia.actione vo:qꝛ ſue forme non ꝯſtituunṯ per ſubm:ꝛ vtrūqꝫ eſt ipoſſibile in corporibus generabilibus ꝛ corruptibilibus:quia ſunt compoſita ex materia ꝛ forma.

Cōmē.10. ¶ Declarat nūc diſtōnē.ꝛ vult ifinitū in vigore nullatenus eſſe in aliquo corpore:qꝛ nec in cęleſti nec ſublunari.Cā aūt eſt:qꝛ hęc infinitudo vigoris nō cōpetit: niſi corpori infinito:qđ nō daṯ.vt pꝫ.3.phyſi. Qꝛ qdez hęc infinitudo nō cōpetat corpori ſublunari:nemo eſt q dubitat.ꝙ vo nō cōpetat corpori cęlico.pꝫ:qꝛ orbes certis ꝛ ſtatutis velocitatib⁹ ferunṯ:ſic igiṯ ifinitudo vigoris nullatenus corpori cōpetit.infinitudo vo i duratiōe cęlico qdē corpi cōpetit.ſublunari vo minime. Hoc declarat ꝑ h:qꝛ orbes ſūt corpa ſimplicia:qꝛ enī ſūt ſimplicia:ſūt i patiēdo infiᵃ.qꝛ vo eoꝝ forᶜ nō cōſtituunṯ ꝑ ſubta:ſūt in agēdo ęterna:demū addit dr̃iaꝫ inter corpora ſublunaria ꝛ cęleſtia:ꝛ ait.corporib⁹ ſublunaribus nullā cōpetere infinitudinem:nec vigoris: nec tpis:eo qꝛ cōpoſita ſunt ꝛ corruptibilia. corporib⁹ vo cęlicis:lꝫ non cōpetat ifinitudo vigoris.hñt tn̄ cōpetit infinitudo tpis.ſunt enim ęterna:qꝛ abſoluta ab omni materia.Et ſic patet diſtinctio. ¶ Utruz vo infinitudo vigoris poſſit eſſe ſeparata:bona eſt dubitatio.ab Auerroe.n.nō habem⁹ niſi hāc infinitudinē nō Excuſatio.

eſſe in corpore. Sꝫ an ſit extra corpus: nõ hẽmꝰ ab eo: lꝫ Ariſtote. 3. phyſicoꝝ probauit illam nec eſſe in corpore: nec extra corpus. ¶ Sed de hac re quere codicillum noſtrum de infinitate primi motoris. Ibi enĩ oẽ dubium eſt diſputatum.

¶ Infinitũ igit̃ in vigore: cuius cã eſt corpus ſm qđ corpus impoſſe eſt in corporibus ſiue celeſtibꝰ ſiue aliȷs. infinitũ ꝟo in tempore neceſſe eſt eſſe in corporibꝰ celeſtibus ex diuerſitate motoris ⁊ moti in eis a corporibus generalibꝰ ⁊ corruptibilibꝰ. ⁊ eſt impoſſibile in corporibus generabilibus ⁊ corruptibilibus: qꝛ virtutes eorum motiue ſunt mãles: ⁊ corpora ſua que mouent̃ ab eis: ſunt cõpoſita ex materia ⁊ forma.

Cõmẽ. 11. ¶ Nũc ſoluit ad formã qõnis ⁊ vult ꝙ virtutes celicę ſũt ĩfinite ĩ tpe: ⁊ finite ĩ vigore: ⁊ ſic ĩtelligit Ari. quũ appellat eas finitas. nõ. n. voluit niſi illas eſſe finitas quãtũ ad vigorẽ: nõ aũt quãtũ ad tp̃s. Et h̃ inq̃t. ĩfinitũ igit̃ ĩ vigore: cuiꝰ cã eſt corpꝰ ſm ꝙ corpꝰ: ideſt cuiꝰ cã eſt corpꝰ ĩfinitũ: nõ corpꝰ tale ⁊ finitũ: ipoſſe eſt corporibꝰ ſiue celeſtibꝰ ſiue aliȷs: ⁊ ſic motores celici ſunt vigore finiti. Infinitũ ꝟo in tpe ⁊ duratione: qđ idẽ eſt qđ eternũ: neceẽ eſt eẽ in corporibꝰ celeſtibꝰ: ⁊ ſic ꝟtutes celicę ſunt infinitę ſaltẽ tpe: qđ ꝓbat per hoc: qꝛ corpora celeſtia dr̃nt a corporibꝰ gñabilibus tam ex pte motoris q̃ȝ ex pte moti. Motoris qdem: qꝛ ille eſt forma nõ ꝯſtituta p ſubm. At motor corporis generabilis eſt ꝯſtitutus p ſubm. Moti ꝟo: qꝛ mobile celeſte eſt ſimplex: mobile corpis gñabilis eſt mixtũ: ⁊ ſic pꝫ corporibꝰ ſublunaribꝰ nullã cõpetere infinitudinẽ: nec vigoris nec tpis: qꝛ ⁊ motores illoꝝ ſũt mãles: ⁊ corpa eoꝝ mixta: atqꝫ cõpoſita ex mã ⁊ forma. Ad ꝟba igit̃ Ari. cõcedo illa: qꝛ nihil aliud volũt: niſi ꝙ motores celici ſunt finiti vigore: non autẽ finiti tpe. Hec Ariſto.

¶ Corpora igit̃ celeſtia ⁊ generabilia ⁊ corruptibilia cõueniunt in hoc ꝙ actio ⁊ paſſio in eis exiſtẽtes ſunt finite in ſe. ⁊ per hoc mouentur in tempore: ⁊ quedam ſunt velociora quibuſdam. ⁊ cum virtutes eoꝝ motiue non ſunt materiales. ideo recipiunt ex modo illo receptione infinita in tempore: non receptione finita. quia ꝟo virtutes generabiliũ ⁊ corruptibilium ſunt materiales. ideo nullã infinitatem recipiunt.

Cõmẽ. 12. ¶ Ex ȷs cõcludo ꝯueniẽtiã ⁊ dr̃iam inter celeſtia corpora ⁊ gñabilia. ꝯueniẽtia qdẽ eſt: qꝛ ꝟtutes motiuę amboꝝ ſũt vigore finitę: ⁊ ꝓpea mouent̃ in tpe: ⁊ q̃dã velocius q̃dã tardius. Differẽtia ꝟo: qꝛ ꝟtutes celoꝝ mouẽt eterna ⁊ infinita motione: corpora recipiũt ĩfinita receptiõe: ⁊ h̃ p tãto: qꝛ ꝟtutes illoꝝ ſunt imãles. Virtutes ꝟo gñabiliũ ſunt ſimplr̃ finitę nullã infinitatẽ recipiẽtes: nec vigoris: nec tpis: qꝛ ſũt mãles: ⁊ cõſtitutę in eſſe p ſubꝫ. ¶ Animaduerte textũ: qꝛ nõ inuenit̃ eodẽ mõ in oibus codicibus: ſed qꝛ ego nõ vidi ipſum in propria lingua: expoſui meliorem: quem habui: lꝫ non multum referat ad rem.

¶ Et nõ ſequit̃ ex hoc ꝙ in corpore celeſti eſt virtus finita in actione ⁊ paſſione vt in eo ſit virtus finita in tempore: neqꝫ ſequit̃ ex hoc ꝙ ſit virtus finite actionis ⁊ paſſionis vt ſit corpus poſſibile vt corrumpat̃: aut vt ſit cõpoſitum ex materia ⁊ forma. poſſibilitas nõ debet eſſe: niſi ex hoc ꝙ virtus finita in tempore ſit: ⁊ ſit compoſitum.

Cõmẽ. 13. ¶ Circa ſolonẽ dictę qõnis remouet duos cauillos. primus ẽ: qꝛ qs poſſet obȷcẽ ꝟtutes celi ẽ finita ĩ actione ⁊ paſſiõe: ⁊ gñatiꝫ in vigore. igit̃ celũ eſt finitũ in tpe. Breuiter vult ꝯñaꝫ nõ valẽ: qꝛ ſtat oppoſitũ ꝯñtis cũ añte. ſtat enĩ celũ eẽ tpe ĩfinitũ: ⁊ actiõe ⁊ paſſiõe atqꝫ vigore finitũ. celũ enĩ ẽ tpe ĩfinitũ: qꝛ ſua fora nõ ꝯſtituit̃ p ſubm: ⁊ eiꝰ mã ẽ ſimplex. actione ꝟo ⁊ paſſione finitũ: qꝛ nulla ẽ ꝟtus ĩfinita ĩ vigore: niſi in corpe ĩfinito: qđ nõ dat̃. Scđs eſt. celũ ẽ actiõe ⁊ paſſione fitum. igr̃ ẽ poſſe corrũpi: vel ẽ cõpoſitũ ex mã ⁊ fora. ¶ Reſpõdet ẽt negãdo ꝯñaꝫ: qꝛ ſtat oppm ꝯñtis cũ añte. ſtat enĩ ipꝫ eẽ ipoſſe corrũpi: ⁊ ſimplex: ⁊ eẽ actiõe ⁊ paſſione finitũ. qꝛ nihil ẽ ĩfinitũ: niſi ſit corpus actu ĩfinitũ: qđ nõ dat̃. Et ꝓpterea addit cãm. q̃re nõ valꝫ ꝯñtia: ⁊ ait eẽ p tãto: qꝛ poſſibilitas corruptiõis nõ dꝫ eẽ: niſi ex h̃ ꝙ ꝟtus ſit finita in tpe: ⁊ celũ ſit cõpoſitũ ex mã ⁊ fora. Dubitatio. ¶ Sꝫ occurres: qꝛ ſi celũ eſt actione ⁊ paſſione finitũ. igit̃ eẽntia. nõ enĩ eſt eẽntia in ſempiternis ſine actiõe ⁊ paſſiõe. vt dr̃. 9. metaphy. cõ. 7. Et p ꝯñs ẽ corruptibile. Solutio. ¶ Dici põt ꝙ celũ eſt actione ⁊ paſſione finitũ ſm ĩteſionẽ: nõ aũt ſm exteſionẽ: imo ſm extenſionẽ celum ipſum eſt infinitum ⁊ ſempiternum: tam in actione: q̃ȝ in eſſentia: ⁊ ſic tollitur queſtio.

¶ Et eſt manifeſtum ꝙ ſi poſuerimus corpꝰ celeſte componi ex materia ⁊ forma: ſequit̃ in ipſo eſſe virtutẽ finite actionis ⁊ paſſiõis in tpe. Manifeſtũ eſt enĩ ꝙ ſi in corpore cõpoſito ex mã ⁊ forma eſſet virtus infinita in tpe ſequeret̃ in ipſo eſſe virtutẽ infinitam in ipſa actione aut paſſione: ⁊ eſt impoſſibile: qđ Ariſto. intulit ex poſſe virtutum: quibus mouent̃ corpora celeſtia in tempore.

Cõmẽ. 14. ¶ Declarat ſolonẽ dictoꝝ cauilloꝝ: q̃ ꝯſiſtit in hac ꝓpoſitiõe hypoca. vꝫ. ſi celũ cõponit̃ ex mã ⁊ fora: celum eſt finitę actionis ⁊ paſſiõis in tpe. Et hanc ꝓbat: qꝛ ſi nõ ſeq̃t̃: det̃ oppoſitũ. vꝫ. ꝙ ſit infinitę actionis ⁊ paſſionis. tũc ꝟtus talis cõpoſiti erit infinita in vigore ſiue in actione ⁊ paſſione: ⁊ ita moueret in nõ tpe: quod impoſſe Ariſt. intulit. 2. celi. vt declarat Auerro. ibi cõ. 38. ⁊. 39. ex poſſe ꝟtutũ qbus celi mouent̃. nã ſi ꝟtus vt vnũ mouet velociter vt vnũ: ⁊ virtus vt duo. velociter vt duo. igit̃ virtus infinita mouet in infinitũ velociter. Sic igit̃ pꝫ ꝙ ſi celũ ſit cõpoſitũ erit finitę actiõis in tpe: qꝛ ſi ĩfinitę actionis in tpe: ẽt erit infinitę actionis in vigore. quare recte dictũ eſt virtutẽ infinitam in tpe non poſſe ineſſe corpori compoſito ex mã ⁊ forma: nec corpus cõpoſitũ poſſe hr̃e virtuteꝫ infinitã in tpe. vt in dicta ſolone eſt aſſumptũ. ¶ Debes ſcire ꝙ textus Auerro. reſoluit in duo enthitra. Primũ eſt. celũ eſt cõpoſitũ. igit̃ celũ agit vel patit̃ finito tpe. Scđm eſt virtus celi eſt in corporę cõpoſito. igit̃ mouet in nõ tpe. Primũ quidẽ perſpicuũ eſt: qꝛ vbi celũ ſit cõpoſitũ cõpoſitione ex materia ⁊ forma vniuocis. vt dictuꝫ eſt. ipſuꝫ erit corruptibile: ⁊ cũ omne corruptibile neceſſario corrũpat̃: aliqñ corrũpet̃: ⁊ ſic erit finitũ tpe.

Dubitatio pulchra de virtute i corpore infinita: cur mouet subito. ¶ Reſtat igiṫ q̄ circa zᵐ. eſt.n. maxīa dubitatio ꝓ g̈d ſeq̄ṫ vtus ęterna ſiue infinita in tpe eſt in corpore cōpoſito. igr̄ mouet in nō tpe: ⁊ nō ſeq̄ṫ. ſi ponaṫ extra corpᵒ. vt eni idē iudiciū ⁊ eadē oīno rō. ¶ P̄. z. phyſi. dcm̄ eſt forᵃᵐ ꝑ mäz finiri. vt Auer. ibidē. cō. 26. igr̄ talis vtus ſi ponaṫ i mā: erit oi ex ꝑte finita ⁊ tpe ⁊ vigore.

Solutio. ¶ Huic dubōni rn̄det Auer. 8. phyſi. cō. 79. ⁊ breuiter vult illud seq: q2 ſi vtus ē ęterna ⁊ i corpe. illa erit ifinita vigore ⁊ tpe. Extra vō magnitudinē nec eſt finita nec infinita.

Obiectiones thomę. ¶ Obycit aūt huic soloni Thomas ꝑ q2 ɔ̄dixit Ariſt. g̈ dixit vtutē ifinitā mouere mobile finitū tpe infinito. Et loq̄ṫ de vtute extra corpᵒ. igiṫ vtus extra corpus pōt dici finita vel ifinita: cuiᵒ ɔ̄riuz ſentit Auer. 2ᵒ eo mō forᵉ cōpetit finitudo vel infinitudo: quo ēt ſibi cōpetit magnitudo. Sed forᵉ cōpetit mgnitudo ꝑfectiōis. z. de gnōne libᵒ. igiṫ ifinitudo vꝉ finitudo. Et ita lꝫ virtus extra corpus non ſit finitas vel infinitas rōne ſubiecti: eſſe pōt talis rōne gradus ꝑfectionis formę. 3ᵒ circūſcriptis orbibᵒ. motor ꝑmi mobilis eſt perfectior motore lunę. igiṫ finitus vel infinitus. ⁊ tn̄ cōſideratur abſq3 magnitudine.

Solutio Jo. ¶ Joannes in lib. 8. phyſi. euadit ⁊ dicit ad ꝑmū Auerr. fuiſſe locutū de ꝑ motore: qui nō mouet niſi vt finis. Talis aūt nō eſt in magnitudīe: nec ſubītiue: nec attributiue. ⁊ ꝑpea nullatenus eſt finitᵒ vel ifinitᵒ. ¶ Ad zᵐ dicit Ariſt. accepiſſe potētiā cauſalitate. ꝑmus eni motor g̈ mouet vt finis: eſt infinitę potētię: idest cāitatis: tn̄ eſt ſeparatus: ⁊ ꝑpterea nō dī finitᵒ vel ifinitus potētia. ¶ Ad 3ᵐ diceret. nullū motorē eē maiorē vel minorē alio circūſcriptis orbibᵒ. Sꝫ bn̄ illis ɔ̄ſideratꝫ: niſi forte in aptitudine: qō nō repugnat.

Confutatio. ¶ Sꝫ Joānes errauit. Prio. q2 tūc demr̄atio Ariſt. eēt particularis ſoluz de ꝑmo motore: g̈ mouet vt finis: ⁊ ſic non valeret de alys: qō ē ɔ̄ oēs: ⁊ ipmmet Ari. 2ᵒ q2 fruſtra Ari. ſuppoſuiſſet mouē ꝑpetuo motu: ſi ſolū moueret vt finis. 3ᵒ ipſe abutiṫ oībᵒ vbis Ariſt. q2 Ariſt. vbiq3 ꝑ mouēs

Solo Auer. ⁊ ꝑnᵐ vn̄ motus intelligit effectricē cām. ¶ Propter hęc Auer. itelligit motorē cęli nō eſſe finitū vel ifinitū finitudine vel infinitudine q̄ ſibi cōpeteret rōne ſubiⁱ ⁊ mąē: vt exponit ꝑ totū cōmētū: ſed de alia infinitudine vel finitudine nō negaſſet. Et ſic rōnes Thomę cōcludūt motores eē finitos vel ifinitos ꝑ attributionē ad mobilia: cū q̄ ſtat illos nō eſſe finitos vel ifinitos rōne ſubi: h̄ eſt q2 depēdēt a ſubō: vt virtutes mālēs. ¶ Sꝫ lꝫ h̄ ſint bn̄ dicta. Reſtat rn̄dē ad forᵃᵐ qōnis: ꝑpea aiaduerte vt ſorticolę tradūt. Etiā ex Ari. ꝑ poꝝ ꝙ ex ipoſſibili ſimplr̄ ſeq̄ṫ qōlibꝫ. i. vtrūq3 ɔ̄dictoriorū. Dato. n. ꝙ Socrates ſit hō irronalis ſeq̄ṫ ipꝫ eē riſibilē: ⁊ nō riſibilē: riſibilē gdē: q2 ē hō. nō riſibilē vō: q2 ē irronalis. ſic i ꝑpoſito. ſi vtus ifinita in tpe h̄ eſt ęterna eēt i corpe cōpoſito: illa eēt ifinita in vigore. vt nō ifinita. nō ifinita gdē: ꝑp rōnes: q2 ois vtus in mā finiṫ ꝑ illā. infinita vō: q2 ęterna. Nā ſi eēt i corpore cōpoſito eēt corruptibilis: ⁊ ſi corruptibil. oꝫ vt tpe ęterno reſiſtat corrūpēti: cū ſit ęterna: ⁊ ſi tpe ęterno reſiſtit corrūpēti: creſcet in vigore ifinito: q2 ɔ̄tinuo ſupat cōtrariū. ⁊ ſic ſeq̄ṫ illā eē ifinitā vigore: ⁊ ita ſequitur illā mouere in nō tpe: ⁊ mouere in tpe. Jn nō tēpore gdē: q2 illatū eſt illā eē ifinitā vigore. Jn tpe vō: quis illatū eſt eſſe finitam vigore. ¶ Ex ys apparet. quare poteſt eſſe virtus infinita in tempore extra corpus q̄ non eſt infinita vigore. Et in quare nulla virtus infinita in tēpore eſſe poteſt: quę non ſit vigore etiam infinito. Quę ignorauerūt Joānes ⁊ multi iuniorum.

¶ Et eſt manifeſtū ꝙ nō ſequiṫ etiaꝫ ex hoc ꝙ corpus recipit paſſionē finitam in ſe non in tempore: aut recipit actionem finitaꝫ in ſe. infinitam in tempore: vt ſit cōpoſitū ex materia ⁊ forma: ſicut ſequereṫ hoc quādo actio ⁊ paſſio eſſet finita in tempore. Primū eniꝫ contingit ei ꝭm quod eſt corpus tm̄. Scōm aūt ꝭm qō eſt corpus compoſitum.

¶ Reſumit nūc ſolonē ad ꝑncipalē qōnem: ⁊ quaſi reſpondet ad formā: ⁊ ait enthimema nō valere. cęleſte corpᵒ agit actiōe finita in ſe: ęterna tn̄. igr̄ eſt cōpoſitū ex mā ⁊ forᵃ. Ut ſequereṫ qn̄ illa actio eēt tpe finita: ⁊ reddit cām: q2 cęleſte corpus pati actioneꝫ finitā in ſe hꝫ a rōne corpis in eo qō corpᵒ. oē eni corpus q̄tenᵒ corpᵒ eſt finitę actōis i ſe. nō eni daṫ corpᵒ ifinitū. cęleſte vō corpᵒ pati actionē finitā in ſe ⁊ in tpe: hꝫ a corpore: quatenᵒ cōpoſitū eſt ex mā ⁊ forma. Cęleſte igiṫ corpus quatenᵒ corpus: moueṫ certa velocitate: q̄tenᵒ vō ſimplex: moueṫ tēpore infinito. aīal aūt ſublunare quatenus corpus: moueṫ certa velocitate quatenus cōpoſitū moueṫ certo tpe: vt tādiu quādiu exiſtit. ⁊ non laborat ⁊ ſic patet ad formam queſtionis. Cōmē. 15.

¶ Modus deceptionis in hac qōne: ⁊ qō fecit Ariſto. putaui ɔ̄tradicere ſibi: eſt equiuocatio iſtoꝝ duoꝝ noīuꝫ finitū ⁊ infinitū: qm̄ cum nō diſtinguunṫ finitas et infinitas cōtingentes in tpe a finitate et infinitate contingētibus in actione et paſſione: cōtingit iſta ambiguitas. et ex hac finitate. in qua conueniūt corpora celeſtia et mālia. declarauit Ariſto. vniuerſaliter corpus omne eſſe finitū. nō ex finitate que accidit corpori ꝭm ꝙ componiṫ ex mā et forma: et per hec abſcindunṫ dubitationes contra Ariſtotelem.

¶ Nūc vult ad qōnē ſatiſfacere logice aſſignās cāꝫ erroris eoꝝ: g̈ Ariſt. cōtradixerūt. ⁊ ait. errorē eoꝝ ꝑficiſci ex ignorātia ęquocatiōis illoꝝ noīuꝫ finitū ⁊ ifinitū. Nā finitū ⁊ ifinitū ꝑn̄t accipi in vigore ⁊ in tpe: ⁊ ita vtutes cęlicę erūt finitę vigore: tpe vō ifinitę. cā ät eſt: q2 oē corpus quatenᵒ corpus eſt vtutis finitę in vigore. corpus vō quatenus cōpoſitū eſt finitū tpe ⁊ vigore. Hęc ad qōnē expoſitoꝝ ⁊ quo ad mām: ⁊ forᵃᵐ phyſicę ⁊ logicę. Cōmē. 16.

Dubitatio de virtutibus cęlicis ¶ Sꝫ vr̄ ꝙ nō oēs vtutes cęlicę ſint finitę. q2 primus motor eſt cęlica vtus: imo forma vniuerſi: ⁊ ſignāter ꝑmi mobilis. ⁊ tn̄ hęc eſt ifinita: qō ēt Auer. 12. metaphy. cō. 41. aperte dicit. ait eni ꝑᵐ motū cōponi ex duobᵒ motoribᵒ. quoꝝ vnᵒ eſt finitę motionis: vt eſt aīa exiſtēs in eo: ⁊ alter eſt ifinite motionis. ſicut eſt poᵉ quę nō eſt in mā. ecce ꝙ vult motorē ſeparatū ⁊ ꝑᵐ eē vtutē infinitā: ⁊ nō loq̄ṫ de infinitate durationis: q2 tā aīa: q̄ꝫ ꝑmus motor eſt vtus infinita in duratione: ſꝫ loquiṫ de infinitate ⁊ finitate vigoris. igiṫ de mēte Auerro. nō ois vtus celi eſt finita vigore.

Solutio. ¶ Aiaduerte ꝙ de ifiniᵗᵉ ꝑmi facimᵒ acutū codicillū vbi oīa ꝑtractamᵒ: ⁊ diligēter. ¶ Propterea ꝑ nūc dicerē de mēte Auer. ꝑᵐ motorē: quē ſeparatū appellat: ⁊ cęteras cęloꝝ vtutes eē vigore finitas. q2 oēs mouēt certis ⁊ ſtatutis velocitatibᵒ: lꝫ ꝭm veritatē oppᵐ ſentiā: vt i codicillo illo acutiſſime diſputo. Extrinſeco. ¶ Tūc ad auctoritatē Auer. q̄ ſp mihi fecit difficultatē. dicerem ꝙ Auerro. ꝑ motū cęli intelligit oēm cęli motū: vt tam Expoſitio dubiorum. Auer. pulchra.

diurnū q̄ʒ erraticū.hic igiť motus cū ſit gemin9:duos
hʒ motores:alterū ſeparatū:vt pm motorē:q ſeparat9 dr:
q̄ten9 nulli9 orbis ē pprius motor:ſʒ cōis motor toti9
vniuerſi.mouet.n.vniuerſū motu diurno.Alter vni-
cuiqʒ orbi ppriū:q̄ vnuſqſqʒ orbis ppo motu pprio
tpe ferť.vt pm mobile ſingulis.36.mill.ānoꝝ.Satur-
nus vo ſingulis trigenis.Alij alijs tpib9.Prim9motor
q̄ vniuerſuʒ ferť motu diurno:dr īfinit9 īfinita motio
ne mouēs:quatenus ille mouet a ſe ⁊ idepēdēter ⁊ pp
ſe.Alij dicūť finiti qr mouēt pp aliud ⁊ ab alio:⁊ depē
dēter.Oē eni depēdēter mouēs finitū dr:q̄tenus ſuaʒ
motionē finit ab alio.qđ vo mouet idepēdēter infini
tū vr:qr motionē ei9 a nullo finit:ſʒ a ſe habʒ ⁊ pp ſe ⁊
gr̄a ſui.Ex ijs igiť Auerro.vbis nō habeť pm motorē
eē īfiniti vigoris:ſʒ q̄ ſit a ſe īfinitus tpe.cęteri vo īfi-
niti tpe ſʒ ab alio.Joānes āt Gādauēſis hūc ſēſū igno
rās trudiť in aniles fabellas.Ego ēt diu hūc locū igno
raui:⁊ dixi multa puerilia:quę nunc omitto.

Et pōt aliqs dicere q̄ cū oē corpus agit p
aliqđ:⁊ patiť per aliuđ:neceſſe eſt vt omne
corpus ſit compoſitū ex mā ⁊ forma.

Cōmē .17. Z a qđ đ cęlo ipo ſic cōponiť:oē qđ agit ⁊ patiť cōpo
niť ex mā ⁊ forma.corpus cęleſte agit motū ⁊ patitur
motū.igiť cōponiť ex mā ⁊ for a.Maior pʒ:qr actio ē
rōne formę:vt dr.3.phyſi.com.17.paſſio rōne māę.9.
metaphy.cōmē.2.⁊ p de gn̄atione.cō.54.⁊ ſic pʒ qđ.

Et ad hoc dicam9 h eſſe veꝝ.ſ.q̄ corporuʒ
qđdā eſt cōpoſitū:ita q̄ forma non cōſtituiť
p māʒ.⁊ ita q̄ mā eſt ſubm tm̄:⁊ non mā:cu
ius eē ſit in potētia:vt corpus celeſte:⁊ qđ-
dam eſt compoſitum ex materia:que eſt in
potentia:⁊ forma que conſtituiť per mate-
riaʒ.vt corpora generabilia ⁊ corruptibilia.

Cōmē .18. Rn̄det ⁊ diſtiguit de cōpōne:qr alia ē cōpō ex mā
⁊ for a alteri9 rōnis:vt ex for a ſepata ⁊ idepēdēte a mā
⁊ ex mā:cui9 eē nō ē in po a:⁊ q̄ eſt ſubm tm̄.⁊ hac com
poſitiōe cęlū cōponiť ex motore ⁊ mobili:vt totiens
dcm̄ ē.Alia ē cōpō eiuſdē rōnis vt ex mā exn̄te in po a
⁊ for a depēdēte a ſubō.Et h pacto cōponunť aīalia ⁊
res ſublunares.Ad formā igiť ɔcedo cęlū eſſe cōpoſi-
tum ex mā ⁊ forma alterius rationis:vt per formam
agat motū:⁊ per mām ⁊ ſubm patiatur motum.

Et ex hoc vr q̄ corpus diciť de eis equiuo
ce.qr eternū ⁊ nō eternū non cōmunicant in
aliquo omnino.apparet etiaʒ ex hoc corpus
celeſte non habere ſubm.niſi tm̄ propter mo
tum localē.corpora aūt generabilia ⁊ corru-
ptibilia hn̄t māʒ pp gn̄ationē ⁊ corruptionē.
dať autem eis forma pp actionem.ſed diffe-
renter.qr in altero eſt tempore infinita.in al-
tero vo finita.propterea ille ſunt immateria
les:iſte vo forme materiales:ꝑʒ hoc igiť dʒ
intelligi iſta queſtio:quam ignoraui diu an̄
logicam perſcrutationem.

Cōmē. 19. Ex ijs dictis Auer.īfert duas ɔclones.Pria eſt.cor-
pus eē equoce dcm̄ de cęleſti ⁊ corruptibili.Hec dcla
rať ptiʒ ex dcis.ptiʒ rōne.ex dcis qdē:qr cęli illa cōpō
eſt alteri9 rōnis a cōpōne hoꝝ corpoꝝ.igr̄ ⁊ corporei-
tas q̄ reſultat ex cōpōne.rōne vo:qr ęterno ⁊ corrupti-
bili nihil eſt cōe vniuocū.in nullo eni ęternū ⁊ corru-
ptibile ɔueniūt vt ait.Scđa ɔ ē:tā cęlū q̄ʒ gn̄abile cor
pus hr̄e for am ⁊ māʒ.Sʒ nō eodē mō:qr tā ex pte māę
q̄ʒ ex pte for e dr̄nt.Ex pte māę qdē:qr illa cęli mā nō
dr niſi ſubʒ re u mot9localis:⁊ dr mā ad vbi.mā gn̄abi
lis corpis dr mā ob gnōnē ⁊ corruptionē.vt totiēs eſt
dcm̄.ex pte forme vo:qr lʒ deť ambob9 for a pp actio-
nē:for a tn̄ cęleſti eſt īfini9 tpe:qr nō depēdet a mā.for a
āt corpis gn̄abilis eſt tpe finita:qr dpēdet a ſubō.De-
mū laudat ſe:⁊ pʒ i textu.Hęc Auer.de mobili ipſius
cęli. Sʒ occurres:qr in cęlo ſunt plura accn̄tia vt ra Dubitatio.
ritudo ⁊ dēſitudo ⁊ dimēſiōes:q̄ eē nō pn̄t ſine ſubto.
igr̄ nō tm̄ pp motū dať cęlo ſubʒ. Nōnulli nr̄i ɔtē- Solutio pma
tēporanei dixerūt po am ad motū eē paſſiuā.Ad cętera
vo accn̄tia eē actiuā. Sʒ hęc ſolo friuola ē:qr cęle-
ſtis mā:q̄ ē res mota nulli9 ē actiuitatis:nec re u mot9:
nec alioꝝ. Sʒ itelligētia eſt agēs tm̄.⁊ mā ē patiēs.
vt dixit Auer. Joānes ait.q̄ lʒ cęleſtis mā ſit ſubʒ Solu. Joan.
cęteroꝝ accn̄tiū:tn̄ reſpectu nulli9 alioꝝ eſt i po a trāſ-
mutabili.niſi reſpectu mot9.Et ppterea reſpectu mo
tus dr ſubm. Sʒ hęc ſol.nō eſt ad mētem Auer.qr
Auer.voluit lib.2.eā cęli ptē q̄ moueť ad itelligētiā di
ci ſubʒ:qr illā actu ⁊ fixe recipit.ad motū eē mām:qr
ad illū eſt i po a. P.Lumē eſt ɔtinuo aliud ⁊ aliud
veluti mot9.igr̄ ſaltē re u lumis eſt in po a. Uidetur Solutio ppa.
igr̄ mihi Auerroē hic ɔfundiſſe vba:qr p ſubʒ ⁊ mām
itellexit idē.Jn lib.2.habuit ſollicitudinē de noib9.⁊
obſeruauit drīaʒ iter ſubʒ ⁊ māʒ.vt ēt Themiſti9 feč.
Ad ppoſitū.igr̄ Auer.p ſubm intellexit māʒ:⁊ tūc
qđ dicit eſt veꝝ:qr illa cęli ps q̄ moueť re u itelligētię
⁊ eoꝝ accn̄tiū q̄ actu fixo recipit dr ſubm.Reſpectu
vo mot9 dr mā:qr illū trāſmutabilr recipit:⁊ ſic recte
diť cęlo nō cōpetere māʒ:niſi pp motū.qđ vo dicebať
de lumine:dico q̄ lʒ lumē ſit aliđ atqʒ aliud:lux quā
ɔſeqť eſt ſp eadē:⁊ ppterea ad lumē hʒ ēt rōnē ſubti:
qr ſaltē ad lucem:quaʒ lumē ipſum conſquitur.

Cum declaratū eſt ab Ariſto.q̄ mot9 celi
eſt primus motus:⁊ fuit ēt dictum q̄ mot9
eſt in moto:ſequiť ex hoc vt hoc qđ moueť
hoc motu ſit eternum.ſi eni eēt generabile ⁊
corruptibile:tūc motus eius non eſſet prim9
motus.Et cuʒ cōſiderauit res poſſibiles in
motu ⁊ quiete:fuit neceſſe etiam(propter
hoc q̄ motus eius eſt motus primus an̄ oēʒ
motum:)vt eius motus ſit eternus.

Hacten9 đ ea cęli pte q̄ ſe hʒ vt mā:⁊ q̄ moueť nūc đ Cōmē.20.
motore ⁊ motorib9 cęloꝝ ptractat:pmittit tn̄ duo:vt
ide pficiſcať ad rē.Quoꝝ pm ē:q̄ id qđ moueť motu
cęli ſit ęternū.pbat.oē qđ moueť motu p ē ęternū.id
qđ moueť motu cęli moueť motu p.igr̄ ē ęternū.Mi
nor ē p ſe motu:ſʒ maior pbať:qr ſi nō eēt ęternū:nō
moueret motu p.ſi.n.eēt gēitū:gn̄o eēt pōr illo motu.
Scđʒ ē q̄ mot9 ille ſit ętern9:⁊ īduit duas rōnes.Tū
p res poſſes moueri ⁊ qeſcē.hę.n.ſunt ęternę.igr̄ oʒ vt
reducāť ad aliquē vnū motū:q ſit cā cęteroꝝ.Tū qr ē
pm9mot9.cū.n.ſit pmus mot9:nō pt eē niſi ętern9:qr ſi
eēt fact9:an̄ eū eet ali9 mot9.vt deductū fuit in.8.lib
phy. Debes ſcire q̄ ſi corp9cęlicū nō eēt ęternū:ei9
mot9 nō eēt pmus nec ppetu9:qr ſi cęlū eēt genitū:nō
eēt genitū niſi a corpe alio.nihil.n.ſeipʒ gn̄at:ſʒ ſaluat.
vt dr.2.de aīa.⁊ cū oē corp9 gn̄ans nūc:qđ prius nō ge
nerabat:indigeat aliquo pōri exhente ipm de po a ad
actū.igr̄ gn̄ans cęlū egebit vno mobili:qđ ppetuo mo-

tu mouet̄ motu priori:ꝛ ita motus eius nō eſſet p̄mus
ꝛ ꝑpetuus. ¶ Sc̄do debes ſcire ꝙ ꝑꝑ tria oē p̄mū eſt
eternū. p̄ q: indepēdens. 2° q: eſt cā ceteroꝝ. 3° q: ad
ip̄m cetera redcunt̄. Motus igit̄ celi (q: eſt p̄mus) iō
eſt eternus. eſt.n. indepēdens ab alio quouis motu: eſt
etiā cauſa ceteroꝝ motuū. ¶ P̄. Ad ipſum ceteri mo-
tus reducunt̄. Et ſic patent hec duo.

¶ Et cū declarauit iſta. ſ. corp⁹ eſſe eternū ꝛ
motū ēt: ꝑſcrutabat̄ prio ð motu coeli ꝛ iue
nit iſtū a ꝟtute neq; graui neq; leui. cum.n.
oīs ꝟtus aut grauis aut leuis exiſtat in corꝑe
gn̄abili ꝛ corruptibili: aut natura generabili
ꝛ corruptibili: aut aīa exn̄te in materia: nece
fuit vt haec ꝟt⁹ q̄ nec eſt leuis nec grauis ſit
in corꝑe ſimplici nō hn̄s ſubm: nec ↄ̄riū: ꝛ vt
ſit aīa necio nō admixta materiae: ſ; aīa cor-
poris aeterni: ita vt iſta aīa nō ſit abſtracta a
corꝑe: ꝛ cū hoc ſeparata ab ipſo: inquātum
iſtud corpus nō indiget ipſa: q: eſt ꝑmanens
per ſe: ſicut eſt diſpō in aīalibus quae ſunt cū
virtutibus naturalibus: ꝛ vt illa aīalia ſit in
eo. nam omne qð mouetur ex ſe: mouet̄ per
virtutem exiſtentem in eo.

Cōmē. 21. ¶ His ſuppoſitis cōcludit motorē celi eſſe aīaz: declarā
do ↄditiōes aīe: ꝛ ſyllogiçat ſic. oīs virt⁹ nō aīa eſt gra
uis aut leuis: aut nā grauis vel leuis: aut aīa exiſtēs in
mā graui aut leui. virt⁹ e qua mouet̄ celuz nō eſt gra-
uis nec leuis: nec nā grauis nec leuis: nec anima grauis
nec leuis. igit̄ virt⁹ celi nō eſt nō aīa: ꝛ ita eſt aīa. ys cō
ditiōib⁹ limitata vt ſit in corꝑe ſimplici nō hn̄s ſubm
ſiue māz eiuſdē rōnis: nec ↄ̄rium: ꝛ vt ſit aīa necio nō
admixta māe: ſ; aīa corꝑis eterni: que nō ſit abſtracta
a corꝑe: ꝛ cū hoc ſepata ab ipſo. ſepata q̄dem: quaten⁹
iſtud corp⁹ qð mouet̄: nō indiget ipſa: cū ſit ꝑmanens
per ſe. ecōtrario aīalib⁹ quoꝝ corpora indigent aīab⁹.
nō abſtracta v̄o q̄ten⁹ celuz mouet̄ ab illa: q: oē quod
mouet̄ a ſe: mouet̄ ꝑ v̄tutē exn̄tem in eo. Hec oīa ſunt
nō ſemel ðclarata in h̄ lib. ꝓpterea ſi ↄcl'o eſt amplior
p̄miſſis: nō eſt mirāduz: q: addidit oīa illa v̄tute oīuz
eoꝝ: que his declarauit. ¶ Quo v̄o ad v̄ba attinet: de-
bes ſcire tria eſſe el'ntū. mixtū in aīe ꝛ aīal. ꝓpterea di-
xit oēm v̄tutē nō aīaz eē grauē vel leuē: quo ad el'ntū:
aut nām grauē vel leuē q̄tū admixtū in aīe: aut aīam
Dubitatio exn̄tem in mā q̄tū ad aīal. tetigit.n. illa tria. ¶ Sed
occurres: q: hic ait Auer. aīaz celi eē ſepatā: q: celū nō
indiget ipſa q̄tū ad ſui ꝑmanētiā: q: eſt ꝑmanēs ꝑ ſe.
Supius dixit oppoſitū: dixit ꝙ nō ſoluz dat motū: ſed
Solo Joā. ꝑmanētiā eternā. ¶ Joānes dicit. ꝙ aīa celi eſt ſepa-
ta q̄tū ad eē: q: nec dat eē celo nec recipit eſſe ab illo:
Confutatio eſt tn̄ ↄiūcta quo ad opationē. ¶ Hec ſol'. eſt reproba-
ta ſupius: q: Auer. voluit aīaz celi dare eſſe ꝛ motū: vt
Solo ꝓpria. ēt plurib⁹ rōnib⁹ eſt oſtēſuz. ¶ Propterea dico ꝙ aīa
celi eſt ſepata a celo: ꝛ ↄiuncta celo. ſepata q̄dez: q: nō
dat eē poſt nō eē: cū quo ſtat ꝙ det eē habitudie ↄſer-
uatōis. eſt igit̄ ſepata habitudine dandi eſſe de nouo:
eſt tn̄ ↄiuncta habitudine ↄſeruatiōis: q: ↄſeruat cele-
ſte corp⁹ vt forma finis ꝛ agens. De hac re multa dixi-
mus ſupius: nūc ſat eſt breuib⁹ ſic reſumpſiſſe.

¶ Et cū ↄſiderauit in iſtis virtutib⁹: declara-
tum fuit ipſi ipſaz eſſe virtutē appetitiuā de
virtutib⁹ aīaetīn. ꝛ cum cōſiderauit de iſtis
ꝟtutib⁹ appetitiuis coeleſtib⁹: inuenit eas mo
ueri ad appetibile nobilius ipſis. ꝛ cū ↄſide-
rauit in virtutib⁹ appetitiuis coeleſtib⁹: inue-
nit eas eſſe finitarū potentiarū. ꝛ cū ↄſidera
uit in cōtinuatiōe motus eaꝝ: fuit declaratuz
ꝙ cā ↄtinuationis motus eaꝝ nō eſt iſta vir-
tus qua mouet̄. ſed illud qð largit̄ ei ↄtinua-
tionem: eſt aliquid appetibile.

¶ Hactenus quales ſint motores celici cōcluſuz eſt: ꝛ Cōmē. 22.
dictū ꝙ ſunt aīe īmāles: ꝛ intellectiles: nūc vult decla-
rare quo ordine ſe ſe hēant celice ipſe aīe: vt inde ꝑfi-
ciſcat̄ ad declarāduz qs ꝛ qualiſnā ſit motor p̄m⁹: ꝛ ſu
mit quatuor in an̄cedēte. inferēdo cāz ꝑpetuitatis eſſe
aliq̄d appetibile preter aīas celicas. ꝛ dicit p̄mo: ꝙ aīe
celoꝝ nō hn̄t de v̄tutib⁹ aīe niſi v̄tutē appetitiuā ſiue
volūtatē ſupple tn̄ ꝛ itellectū: imo ipſe ſunt intell's ap-
petitiui. Q: q̄dez hēant intell'm: eo pz q: ſunt aīe īmā-
les ꝛ abiuncte. Q: v̄o voluntatē. per id pz: q: voluntas
ſequit̄ intell'm vt vmbra corp⁹. vt dī. 12. metaphy. cō.
39. ꝛ ſic pz p̄ma ꝓpō. Dicit 2° ꝙ eiuſmodi v̄tutes appe
titiue celice mouent̄ ſaltē vt ad finē: ad aliqð appetibi
le nobili⁹ ipſius. Hoc pz q: oē mouēs: ꝛ maxie vt finis
eſt nobilius eo qð mouet̄. ꝛ ſic pz 2ª ꝓpō. Dicit 3° aīas
celoꝝ que mouerit celos vt effectrices cāe eē finitaꝝ
potētiaꝝ. hoc eſt mouere ſua mobilia q̄tuz ē ex ſe tꝑe
finito. ꝛ hui⁹ cā eſt: q: mouēt depēdēter: ꝓpterea ſeclu-
ſo eo e quo depēdēt mouēt tꝑe finito: ꝛ ita aīe ille mo
uent finitis potētys. ꝛ ſic pz 3ª ꝓpō. Dicit 4.° ꝙ de fcō
mot⁹ celici: qui fiūt ab aīab⁹: ſūt ↄtinui: hoc eſt ꝑpetui
ꝛ eterni: nūq̄ deficiētes. ¶ Ex ys q̄tuor ↄcludit ordi-
nez. ſ. vt ſit q̄dā appetibile grā cui⁹ aīe mouēt: qð eſt
p̄ter aīas ipſas preſtātius ꝛ nobilius. cā oīs eternitatis
motuū illaꝝ. cum.n. aīe ille moueāt vt appetētes. per
p̄mā erit aliqð appetibile: nobilius per ſc̄dam. ꝛ cū aīe
ſint finite per tertiā: ꝛ mot⁹ illaꝝ de facto ſit ꝑpetuus
per quartā: iure ſequit̄ eē aliqð appetibile preter aīas
appetētes: qð ſit cā oīs ꝑpetuitatis. nō.n. iſtud appeti-
bile pōt eſſe aliq̄d de aīab⁹ appetētib⁹: q: nō moueret
perpetuo: ſ; finita potētia vt aīe celice mouēt. ¶ Joā- Que Joā.
nes hic declarat p̄mo ꝙ v̄tutes aīaꝝ celoꝝ ſint finite:
q: mouēt tꝑe finito. Sc̄do ꝙ mot⁹ celoꝝ quotuis ſint:
ſunt perpetui. p̄mū ꝓfundet: tum q: ſunt v̄tutes q̄ nec
eſſe: nec mouere pn̄t ſine alio. igit̄ ſua nā ſunt tꝑe fini-
te in mouēdo: q: tādiu: q̄diu intelligit̄ eē illud ꝑꝑ qð
mouent. vn̄ ſyll's eſt. oīs virt⁹ que in mouēdo depēdet
ab alio: ipſa in mouēdo ſua nā finita eſt. hec pz: q: ꝑpe
tuitas mot⁹ eſt rōne alteri⁹: ꝛ nō rōne ſui: ꝛ ita ratione
ſui erit finitudo mot⁹. Sed aīe celoꝝ in mouēdo depē
dent a p̄mo motore. igit̄ mouent ſua nā tēpore finito.
Tum 2° q: oē mouēs ꝑꝑ diſpōnez alteri⁹: quātum eſt
ex ſe tꝑe finito mouet: ſed aīe celoꝝ mouēt ꝑꝑ diſpō-
nem p̄mi appetibilis: q: ſi illud eſt trāſmutabile: mo-
uent finito tꝑe: ꝛ ſi itrāſmutabile: mouent ꝑpetuo. igit̄
ipſe q̄tū ē ex ſe mouēt tꝑe finito. Sc̄dz patuit: q: mo-
tus celi eſt mobilis ꝛ motoris eterni. ¶ Ex ys ↄcludit Cōcluſiones
duo. ¶ Primū ꝙ p̄m⁹ motor mouet vt finis tm̄. pz ꝑ Joā. p̄ima.
ea q̄ Auer. dicit. ait.n. ip̄m mouere vt q̄dā appetibile
ex̄ oēz celoꝝ multitudine. ¶ Sc̄dz ꝙ ſit īfiniti vigo- Secunda.
ris. ait.n. ceteros motores mouere tꝑe finito: q: ſūt fini
te v̄tutes. igit̄ qð mouet tꝑe īfinito: erit īfinita v̄tus in
vigore. Hec Joā. ¶ S; circa hec aīaduerte: q: ea q̄ di Moderatio
cit ꝑ ſunt v̄a vno mō: ꝛ altero mō f'la. ſi.n. velit v̄tutes eoꝝ que Joā
celoꝝ eē ſuapte nā finitas: q̄ten⁹ ſīt corruptibiles: ſ; ꝑ- nes dicit.
ſuant̄ a motore illo cōi mēti. Hec.n. ſūt for' ſimplices

nõ cõſtitutę ꝑ ſubm: totiẽs Auer. exclamauit. At ſi ve-
lit ꝙ ſint ęterne coexiſtitiue: finitę ṽo tp̃e ex ↄditõe: re
cte ſapit. Hęc.n.cũ depẽdeant in eẽndo ⁊ mouẽdo a p̃:
ſic ſt finitę: ꝙ ſi p̃m itelligeret nõ eẽ: hę nõ eẽnt: veluti ſi
ꝓpõnes nõ eẽnt verę: ↄ̃nes ñ eẽnt verę: q̃ʒq̃ʒ ⁊ ꝓpõnes
⁊ ↄ̃nes ſint nec̃e. Igit̃ ex ↄditione ſũt finitę: qꝛ eẽ earũ
eſt ab eẽ alteri᷒. Sunt aũt coexiſtitiue īfinitę: qꝛ coexi-
ſtũt cũ illo motore cõi. ⁊ ſic p3 dcm̃ Auer. ⁊ id qđ Ioã.
ait. ẜm qđ dixit ꝙ mot᷒ cęloꝝ ſũt ꝑpetui: ꝓꝑ mobilis ⁊
motoris ꝑpetuitatẽ: recte cẽſet. eſt.n. ſua nã̃ finitus oĩs
cęli mot᷒: ſʒ perpetuitateʒ nãciſcit̃ a motore ⁊ mobili.

Error Ioã. primus. ¶ Sʒ lʒ h̃ ṽa ſint ↄ̃nes nõ ſũt auerroicę. p̃ª qdẽ nõ: qꝛ
vbiq; Auer. vult p̃m motorẽ mouẽ vniuerſũ vt agens: ⁊
itells orbiũ vt appetibilis finis. mouet qdẽ vniuerſuʒ
ↄgregatũ ex oĩb᷒ orbib᷒ vt agẽs: qꝛ mouet illud motu
diurno: q̃ oẽs orbes mouet̃ 24. horis. mouet ṽo moto
res ꝑticulares orbiũ ꝑticulariũ vt finis: qꝛ illi mouent
ſuapte nã̃ finito tp̃e: q nĩſi ob illđ bo͛ mouerẽt: certo ⁊
ſtatuto tp̃e mouerent: ⁊ ꝓpea motor orbis ſtellati. mo-
uet ꝑpetuo: q ſua nã̃ mouẽt. 36. mil. ãnoꝝ tm̃: ꝓꝑ illud
appe͛ cõe: ⁊ motor ſaturni ꝑpetuo: q ſua nã̃ nõ mouet:
niſi. 3. ãnis: ꝓꝑ idẽ. ⁊ đ cęterl ſil̃r. Qđ ṽo hic motor mo-
ueat ꝑticulares motores vt finis ꝑſpicuũ eſt de mente
Auer. vbiq;: ſʒ ꝙ moueat vt agẽs poſſuʒ ꝓbare multis
auctãtib᷒ Auer. ⁊ rõnib᷒. Ad pñs trib᷒. Prio 3° cęli. cõ.
28. ⁊ 4° cęli. cõ. 22. forª mãl ⁊ ẽ mouẽs: ⁊ ẽ mota. q̃ten᷒
qdẽ forª mouet: cũ đ rõne for͛ ſit mouẽ. q̃ten᷒ ṽo in mã̃
mouet̃: qꝛ đ rõe mãę ẽ pati. vñ 9° meta. cõ. 2. dĩ i libatl
a mã̃ nõ eſt paſſio: ſʒ actio. ¶ Tũc arguo. de rõne for͛
eſt mouẽ. igit̃ vbi potiſſimũ ſaluat̃ rõ for͛: in eo ſaluat̃
ẽt rõ motiui. At cũ in p̊ ſimp͛ ⁊ rõ for͛ ⁊ rõ act᷒ maxie
ſaluat̃: ⁊ ip̃m maxie mouebit. 2° oẽ qđ agit ⁊ mouet:
agit ⁊ mouet vt ẽ in actu. 3° phy. cõ. 17. ⁊ 9° meta. cõ. 20.
Prim᷒ motor ſimpl̃r ẽ act᷒ ꝑ eẽntiã. igit̃ agit ⁊ mouet
ꝑ eẽntiã. 3°. p̃m᷒ motor ſimpl̃r eſt in maxio circulo. 8°
phyſi. cõ. 84. vt in loco: ⁊ potiſſimũ in dextro illi᷒ vt in
ortu. 2° cęli. cõ. 15. vt in loco magis ꝓp̃o. igit̃ ibi opat̃ ⁊
mouet: qꝛ ſubę ſepatę apđ Ari. ⁊ Auer. nõ ſunt in loco
niſi ꝓꝑ opõnẽ. ¶ Ex ys coll̃r p̃m motorẽ nõ mõ mouẽ
vt finis: ſʒ vt agẽs. ¶ Multas rõnes addo i codicillo
de īfinitate p̃mi. Decipit̃ aũt Ioã. qꝛ Auer. ait p̃m mo-
torẽ mouẽ vt appetibile: ⁊ eẽ ex̃ alios motores. Hoc.n.
nõ itellexit. Auerroes.n. voluit ip̃m mouere vt appe͛:
ſi referat̃ ad motores ꝑticlares ⁊ ꝓpos orbium. nã re᷒
illoꝝ finis eſt. voluit aũt ip̃m eẽ ex alios: q̃ten᷒ ille nul
luʒ mobile: nullũq; orbẽ ꝑticularẽ mouet: ſʒ vniuerſũ

Scđs error Ioãnis. aĩal cęlicũ. Et ſic q̃ten᷒ eſt cõis vĩ eẽ ex̃ alios. ¶ Erra-
uit ẽt 2° Ioãnes: qꝛ dixit p̃m motorẽ eẽ īfinitũ. ↄ̃dixit.n.
ſibi in 8° phyſi. vbi voluit ip̃m nec finitũ: nec īfiͫ eſſe.
Et ↄ̃dixit Auer. vbiq;: q negat ip̃m eẽ īfinitũ: vt in co-
dicillo de īfinitate oñdit̃. ¶ Sed qꝛ res hęc eſt longa
⁊ in illo libro determinata: ſufficit ſcire p̃m dici īfinitũ
nõ vigore: ſʒ duraitõe: qui (qm̃ eſt indepẽdenter ⁊ a ſe
talis) iõ dĩ īfinit᷒ abſolute: cęteri motores ꝑticulares
ſunt ẽt infiniti: ſed qꝛ ſunt tales ab alio atq; dependen
ter: hac rõne dicunt̃ finiti: vt totiẽs dictũ eſt.

¶ Et qꝛ ↄtinuatio nõ ꝓuenit niſi a motore nõ
moto: ſequit̃ ꝙ iſtud mouẽs neq; eſt corp᷒:
neq; potẽtia in corꝑe: ⁊ ꝙ eſt intelligẽtia ab-
ſtracta. qđ ẽt declaratũ eſt in libro de aĩa. ſ. ꝙ
oẽ qđ eſt tale: eſt intelligentia abſtracta: ⁊ ꝙ
iſtđ corp᷒ coeleſte itelligit hãc itelligẽtiã: itel
ligẽtia.n. trãſmutat ip̃m appetere ad illud.

Cõmẽ. 23. ¶ Nũc expõit q̃lis nã̃ ſit ille p̃m᷒ motor: ⁊ vult ꝙ neq;
ſit corp᷒: neq; ṽt᷒ corꝑea: ⁊ ꝙ ſit itells ſepatus. Et h̃ ꝓ-
bat̃: qꝛ ↄtinuatio ſiue ꝑpetuitas mot᷒ nõ ꝓuenit: niſi a
motore nõ moto: ⁊ h̃ idẽ 3° de aĩa eſt ꝓbatũ. ⁊ dcm̃ ꝙ
oẽ mouẽs: qđ in mouẽdo nõ mouet̃: eſt itells ſepatus.
vbi ẽt dcm̃ eſt corp᷒ cęlicũ itelligere hãc ſepatã mẽteʒ.
per h̃ qꝛ itelligẽtia vnicuiq; ꝓp̃a trãſmutat ip̃m appe
tere ad illud. hoc eſt per h̃: qꝛ itelligẽtia vnicuiq; orbi
ꝓp̃a facit ip̃ʒ appetere illã mentẽ ſepatã: q appetit᷒ nõ
eſt abſq; cõpręhẽſione. Sic igit̃ p3 talẽ p̃m motorẽ eſſe
neq; corp᷒: neq; viʒ corporeã ⁊ eẽ purã ⁊ ſepatã mẽtẽ:
quã Plato ideam boni appellat: ⁊ alibi vnitatem.

¶ Et cũ ↄſiderauit ẽt de cã̃ aeternitatis coeli:
decl̃auit in vltio primi coeli ⁊ mũdi in eo nõ
exiſtere potẽtiã oĩno: ⁊ đclarauit ẽt đ ṽtute
q̃ mouet̃ coelũ local̃r. ſ. aĩa appetitiua ipſam
nõ hr̃e mã̃ʒ: niſi mã̃m q̃ eſt in potẽtia in loco
tm̃. Cũ igit̃ ſciuit has tres cãs: cõpleuit ſciãʒ
de coelo: ⁊ eſt declaratũ ex h̃ toto ꝙ dixit in
ſcđo coeli ⁊ mũdi. ſ. ꝙ ſi in coelo eſſent pl̃es
ſtellae aut maiores: ceſſarẽt mot᷒ ei᷒ aut eẽnt
minores: ⁊ ſic ceſſaret ↄtinuatio mot᷒. mot᷒
eniʒ eſt neceſſari᷒ in cõtinuatione.

¶ Placet mihi expõ Io. q̃ ait Auer. q̃ſi reſumere ea q̃ Cõmẽ. 24
dixit. Dixit.n. in cęlo nullã eẽ poªm ad eẽ: q̃ cęluʒ poſſit
eẽ ⁊ nõ eẽ. Ampli᷒ in illo nõ eſſe poªm niſi ad vbi: ⁊ hęc
repetit. p̃m.n. ꝓbatũ eſt ꝓꝑ cãʒ ęternitatis. ſunt.n. cauſę
ęternitatis duę: carẽtia mãę ⁊ carentia ↄ̃rij. Et ꝓꝑ has
cãs ſeq̃t̃ cęlũ nullã hr̃e poªm ad eẽ. omne.n. carẽs mã̃ ⁊
ↄ̃rio caret poª penit᷒. Scđʒ ꝓbatũ eſt ꝑ hoc: qꝛ ↄtinuo
mot᷒ eſt ali᷒ atq; ali᷒. igit̃ corp᷒ cęleſte eſt in poª ad mo
tum ⁊ ad q̃etẽ. ¶ Addit ꝙ cũ Ari. in lib. cęli ſciuit has
tres cãs mot᷒ cęli. v3. finẽ q eſt motor ſepat᷒. effectricẽ
cãm. v3. itelligẽtiã vnitã vnicuiq; orbi: ⁊ mã̃ʒ ad vbi:
qđ eſt corp᷒ cęleſte: cõpleuit ſciãʒ de cęlo. ſcire.n. eſt per
cãs ⁊ potiſſimũ ſcire ꝑ oẽs cãs. hę tres cãę ſunt oẽs cãę:
qꝛ alia eſt finis vt motor ſepat᷒. alia effectrix vt motor
ꝑticularis. alia mã̃ vt cęleſte corp᷒: qđ eſt altera ꝑs aĩa-
lis cęli: ⁊ qꝛ finis ⁊ forª idẽ eſt. igit̃ hę ſũt oẽs cãę cęli ⁊
ei᷒ mot᷒: ⁊ ita cõplet̃ ſcia de cęlo: q̃ eſt per oẽs cauſas.
¶ Addit ꝙ ẽt ex 2° lib. cęli eſt decl̃atũ cęluʒ carere oĩ
poª: qꝛ ibi eſt dcm̃ ↄtinuatiõeʒ mot᷒ ei᷒ eẽ nec̃iã. ſignũ
aũt: qꝛ h3 pro ipoſſi motũ orbis eẽ tardiorẽ aut ceſſare:
vt apꝑet in illo enthime͛ ſi orbi adderet̃ ſtella aut nõ
moueret̃ aut tardi᷒ moueret̃. Sic igit̃ p3 Ari. hr̃e pro
ipoſſi motũ cęli poſſe variari aut ceſſare: ⁊ ita vult illũ
eẽ nec̃iuʒ: ⁊ ꝑ ↄñs cęluʒ caret oĩ potẽtia ad eſſe. Aliter
aliq̃n ceſſaret. Hęc eſt recapitulatio eoꝝ quę dixit.

¶ Et fuit declaratũ ex ijs oĩb᷒ ꝙ dator conti-
nuatõis mot᷒ eſt dator mot᷒ coeli: qꝛ niſi ip̃e
eẽt: deſtrueret̃ mot᷒: ⁊ ſi mot᷒: etiã coelum.
coelũ.n. eſt ꝓꝑ motũ ſuũ: ⁊ ſi mot᷒ coeli de-
ſtrueret̃: mot᷒ entiũ īferioꝝ deſtrueret̃: ⁊ ſic
mũdus. Ex quo ṽificat̃ ꝙ dator ↄtinuatiõis
mot᷒ eſt dator eſſe oĩbus alijs entibus.

¶ Ex ys cõcludit vnã ↄ̃nẽ. v3. p̃m᷒ ꝙ motor eſt vl̃is cã̃ Cõmẽ. 25.
effectrix oĩuʒ rerũ. Et arguit a p̃mo ad vltimũ hoc pa-
cto. Primus motor eſt dator cõtinuationum in motu
cęli: vt ꝓbatũ eſt. igit̃ dator mot᷒ cęli: qꝛ mot᷒ cęli eſſe
nõ p̃ot ſine cõtinuatiõe: nec ſine illo p̃mo. vt dcm̃ eſt.
Ultra. p̃mus motor eſt dator motus. igitur ipſius cęli.
nõ.n. eſſe p̃ot cęlum ſine motu. eſt.n. cęluʒ ob motum

ſuũ:tãq̃ ob ꝓpriã opatioñe ⁊ finẽ ſcdariũ. Ultra p̃m⁹ motoꝛ eſt cã mot⁹ ⁊ celi.igiť cã rez ſublunariũ:q2 illę nec eẽ:nec moueri p̃nt ſine motu celi. Ultra p̃m⁹ motoꝛ eſt cã oiũ rez ſublunariũ.igiť eſt vl'is cã toti⁹ mũdi.eſt.n.mũdus ex reb⁹ ſupis ⁊ iferis ꝯgeries. Ex q̃ infert illũ eẽ cãz eẽndi oib⁹:q eſt datoꝛ ꝯtinuatiõis: ⁊ ſic recte vificať qd̃ Ari.ifert.12.meta.lib.cum ait. ex tali igiť p̃n° celuz ip̃z ɗpẽdet.vbi Auer.ait.cõ.38.illi⁹ p̃tis. deũ eẽ aial ſempiternũ:e quo celũ ⁊ tota nã dependet.

Dubitatões. Prima. ¶ Sz circa hec occurrũt dubitatiões. Pria vtruz ceſſante motu celi ceſſaret celũ. ¶ 2ª vtrũ ceſſante motu celi ceſſarẽt oẽs res ſublunares penit⁹. ¶ Cõtra p̃ᵃᵐ arguiť q̃ nõ:q2 ceſſante accñte nõ oz ceſſare ſuba. Sed mot⁹ eſt accñs celo. ¶ Cõtra 2ᵃᵐ vo:q2 ſi res ſublunares ceſſarẽt:vl' p annihilatioñe:vl' p corruptioñe. nõ p annihilatiõez:q2 hec ꝑterruit oẽs phyſicos.nõ p corruptiõez:q2 corruptio vni⁹ eẽt gnõ alteri⁹: ⁊ ſic adhuc remanerẽt. ¶ In oppõm eſt Auer.vt vidiſtis. ¶ De his

Solo qõnũ. qõnib⁹ diſputam⁹ copioſe in lib.celi:nũc curſiz vt pipathetici dicim⁹. Ex falſo ipoſ'i ſeq' fl'z ipoſ'e. Et ꝓpea:q2 motũ celi ceſſare pipathetici credũt eẽ fl'm ipoſ'e: ideo ꝯñter coguñť ꝯcedere ipſo ceſſante oĩa ceſſare: ⁊ ipſo ceſſante oĩa q̃ ſũt remanẽ. Q2 gdẽ ipſo ceſſante oĩa ceſſent p3. p̃ q2 mot⁹celi eſt veluti vita oĩuz eoꝝ q̃ p nãm ſubſiſtũt:vt oĩ 8° phyſi.mõ nihil eſſe põt ſine vita. 2° mot⁹celi eſt finis celi q̃ ꝯſuať in eẽ: ſz ablato fine auferť eẽ.igiť auferť celũ: ſz motoꝛ eẽ nõ p̃t ſine mobili in neceſſarijs.igiť auferť oĩs motoꝛ: ⁊ ſic ablata erit oĩs nã ſupioꝛ:ſz nã iferioꝛ eẽ nõ põt ſine nã ſupiori.igitur ablato motu tolliť oẽ eẽ. 3° in oĩ ordĩe eẽntiali ablato p̃ toti⁹ordis auferť oẽ poſteri⁹:ſz mot⁹celi eſt p̃m⁹oĩuz motuũ.igiť ipſo ablato auferť oĩs ali⁹: ⁊ ita oĩa mobilia ⁊ motores:⁊ ſic p3 q̃ ceſſante motu celi oĩa ceſſant. Q2 vo ceſſante motu celi cũcta remaneãt.p3:q2 vl' deſinũt p corruptiõez:vl' p ãnihilatõez. nõ p corruptioñe: q2 corruptio vni⁹eſt gnõ alteri⁹: nec p ãnihilatioñe:q2 ipoſ'e eſt aliqd ex nihilo fieri: ⁊ ita ipoſ'e erit aliqd in nihil redigi apd̃ pipatheticos. Et ita p3 ambo illa oppᵗᵃ ſeq.cã aũt eſt:q2 añs eſt fl'z ipoſ'e: ex q̃ nõ niſi fl'z ipoſ'e ſegť:qd̃ gdẽ ſequẽs ẽ ꝯcedẽdũ nõ p ſui q̃litate:vt ſorticolę aiũt:ſz vt ſequẽs ad poſitũ. Hec raptiz de qõne: q2 in lib⁹ celi ſcribim⁹copioſ⁹. ¶ Ad rõnes p3 ſol. Ad p̃mã dico q̃ mot⁹celi nõ ẽ accñs ꝯtigẽs celo:ſz ꝓprius illi⁹finis ſaltẽ ſcdari⁹.ꝓpa motoris ⁊ mobilis opatio. Et ꝓpea eo ceſſante ceſſant motoꝛ ⁊ mobile. ¶ Ad 2ᵐ p3 ſol.rõ.n.ꝯcludit illa nõ ceſſare: ⁊ oppᵗᵃ rõ illa ceſſare:⁊ hoc q2 añs eſt falſum impoſ'e ad qd̃ ſeqtur qõl3.i. ambo cõtradictoria. Et ſic p3 ſolutio qõnum. Sed de his ad celum te mitto.

¶ Demrõ aũt q̃ vſus eſt in vltio octaui phy. ꝓbãs.ſ. q̃ vtus ifinita nõ exiſtit in corpe finito:ſiue fuerit mãlis ſiue nõ: plures idurit ad erroꝛẽ: ⁊ multotiẽs locuti fuim⁹ ɗ diſſol'one qõnis ꝯtigẽtis in ea. ⁊ ſil'r locuti fuim⁹ ɗ hoc qd̃ ꝯtingit ex hoc:q̃.v3. primũ motũ ex ſe ⁊ ex alio eſt motũ p accñs per naturã motoris ſui: ⁊ hoc intẽdim⁹ declarare. ⁊ eſt manifeſtuz q̃ q deſtruxit ſciaz cãꝝ illoꝝ triũ quaeſitoꝝ:nõ complebit in eo ſcĩa coeli.

Cõmẽ.26. ¶ Excuſat ſe a duobus:⁊ repetit qd̃ ꝯcluſerat. Circa p̃ᵐ oƀes ſcire q̃ Ar.8° phy. ꝓbauit q̃ nulla vt⁹ ifinita ſit in corpe finito:q̃liſcũq3 ſit illa vt⁹. p ħ. v3. q2 tũc moueret in nõ tp̃e: vt deducit p ꝓportioñe motoris ad mobile. vt A uer.explicat.cõ.79.mõ ꝯ hãc ɗductioñe mouet q̃d vt ibi mouit Auer.pp gd.v3.ſegť vtutẽ ifinitã mouẽ in nõ tp̃e ſi eſt in corpe: ⁊ nõ ſegť ſi eſt ex̃ corp⁹. Auerroes igiť ſe excuſat a ꝯtractatiõe h⁹ qõnis: q2 ait p'res illã diſputaſſe. vt i 8°phy.cõ.79.⁊.12.met.cõ.41. ⁊ alibi. Que qd̃ fuit cã erradi m'ltis: vt dicit. ¶ 2° debes ſcire q̃ vnuſq̃ſq3 orbis mouet ſe p accñs:q2 non p̃ p ſe:ſz pp motoꝛẽ cõem. Moueť.n.a nã motoris ꝓprij:⁊ ita vĩ q̃ſi p accñs ſe mouẽ. Propterea ait ħ voluiſſe declare:ſz q2 al's copioſi⁹ ɗcl'auit:iõ vult eẽ excuſatũ ſe de vlterioꝛi declatiõe. ¶ Sz gcgd ſit: dic̃ q̃ deſtruit ſciaz illoꝝ triũ.v3.cõis motoris:mobilis:⁊ ꝓprij motoris nõ põt cõplete ſcire celũ: vt ſupi⁹ fuit bñ explicatũ. Hec de 3° libro.

¶ Finis tertij libri.

## ¶ Eiuſdem Auguſtini Nyphi cõmẽtatiões in librũ Auer. de ſuba orbis quartum.

PErſcrutandu3 eſt de hoc qd̃ dicunt q̃ corpus coeleſte eſt ſimplex ⁊ ſpirituale.

¶ Hactenus in libro 3° de motore ⁊ mobili ipſius celi. Cõmẽ.p̃ᵐ. Nũc vltio in ħ 4° lib⁹ vult loq ɗ gbuſdaz attributis celo:⁊ diſſoluet qõnes. Tũ de celi mã. Tũ de ei⁹ foꝛᵃ. ¶ Quãtũ ad p̃ᵐ ꝓponit itentiões:⁊ inqt ꝑſcrutãdũ eſt ɗ ħ qd̃ dñt q̃ corp⁹ celeſte eſt ſimplex ⁊ ſp̃ũale:⁊ ſum it corp⁹ celeſte pro altera p̃te aĩalis celici. Sunt igiť tributa corpori celeſti tria: q̃ videl3 ſit corpus: q̃ ſimplex: q̃ ſp̃ũale. Et hec tria declarabit.

¶ Intẽdũt.n.in ipſo eẽ dimẽſiões nõ i mã: ⁊ iõ nõ recipit alteratioñe i q̃litatib⁹: n3 i ſuba. ⁊ ẽ ſic dixit Themi. q̃ ſol ⁊ luna ⁊ aliae ſtellae aut ſũt foꝛe.i. dimẽſiões nõ i mã.i. corpa ſp̃ũalia: aut hñt mãz equoce cũ iſtis materijs. Null⁹ ãt dubitat i hoc q̃ ſt corpa q̃ moueť.

Cõmen.2. ¶ Exponit ⁊ vificat dicta attributa: ⁊ p̃ q̃ celeſte corp⁹ ſit ſimplex: ⁊ ait celeſte illd̃ corp⁹ eẽ ſimʳ q̃ten⁹ in ipſo ſt dimẽſiões nõ in mã.i.dimẽſiões nõ ꝯñtes mãz.qd̃ ꝓbat p ħ:q2 nec p q̃litates ẽ alterabile:nec p ſubaz eſt trãſmutabile.igiť celeſte corp⁹ ẽ ſimplex p excluſioñe mãe. Q2 vo ſit ſp̃ũale: ꝓbat p auc̃tez Themiſtij dicẽtis q̃ ſol ⁊ luna ⁊ alię ſtellę aut ſũt foꝛ⁹: ħ eſt dimẽſiones ſimplices:ſiue corpa ſp̃ũalia.aut hñt mãz equoce.i.aut ſt mãe equoce. Q2 ãt ſit cõp⁹: ꝓbat p ħ: q2 nemo dubitat ip̃z moueri:⁊ oẽ qd̃ moueť ẽ corp⁹. Et ita ẽ corp⁹:q2 moueť.ſimʳ:q2 dimẽſio ſine mã.ſp̃ũale:q2 ẽ mã equoce. Aiaduerte q̃ l3 idẽ ſit ſimplex ⁊ ſp̃ũale dĩt: q2 ſimplex dĩ p reſ'oñe ad mãz.ſp̃ũale vo p reſ'oñe ad foꝛᵃᵐ.

¶ Et ẽt nullus dubitat q̃ corpa nõ recipiũt alteratioñe ⁊ trãſmutatiõez i ſuba: niſi q2 ſt in mã. ⁊ iõ iueniť i eis plus q̃ vnũ nuõ: ⁊ ſt ſp̃es ⁊ gña.corpa igiť coeleſtia ſũt abſoluta a mã.

Cõmen.3. ¶ Remouet cauillũ:q2 nõnulli negarũt mãz: ⁊ ꝯceſſerũt alteratiões ⁊ gnõne.vt Democrit⁹ ⁊ alij p'res veluti hĩ p̃ de gnõne. ¶ Rñdet q̃ nemo oz dubitare nihil poſſe trãſmutari niſi pp mãz. oẽ.n.qd̃ trãſmutatur h3 mãz: vl' ẽ ip̃a mã. Sigᵐ affert:q2 m'ltitudo idiniduoꝝ eſt pp mãz:ita q̃ vbi ẽ mã:ibi ẽ m'ltitudo idiniduoꝝ ⁊ ſp̃es ⁊ gña:q̃ ñ eẽt niſi p q̃to illa mã eẽt cã alteratõis ⁊ gnõis. ¶ Ex ijs ifert corpa celeſtia eẽ abſoluta ab oĩ mã:⁊ ita p3 illa eẽ corpa ſimplicia ⁊ ſp̃ũalia. Hec de attributis. ¶ Sz circa hec eſt ꝯdictio:q2 Auer.hic cãz

Dubitatio.

multiplicatōis indiuiduoꝝ ſub eadē ſpē dicit eē māȝ q̄ eſt cā gnōnis ⁊ corruptiōis. In p̄ vo de celo. cō. 4. ait cāȝ multiplicatōis idiuiduoꝝ ſub eadē ſpē eē ipfectio nē. Solutio. ℂ Dici pōt ꝙ ipfectio nō eſt cā multiplicatōis idi uiduoꝝ in eadē ſpē: niſi velut cā ſine q̄ nō. ℂ Sȝ cāę p ſe ſūt multę. mā qdē cā p ſe ē vt ſubȝ: effectrix cā eſt gnās aptū plura gnāre i eadeȝ ſpē. Cā formalis eſt for' rei: qꝛ vt dī z° ð aia. cō. 4. idiuiduū eſt h̄ pp formā: for malis ſine q̄ nō eſt ꝯtinēs. ſunt. n. ꝯtēta in ꝯtinētib' vt in formis. Cā vt finis eſt eē meli'. naȝ cū nā ſp agat de poſſibilib' qđ meli' eſt: ⁊ plura eē idiuidua ſub vna ſpē qū apta nata ſunt eē: eſt meli'. igiť h̄ eſt cā vt finis. at tribuiť aūt ipſi māę cā multiplicatōis: qꝛ vī ipſa p̄ci pua. ipſa. n. exñte indiuidua ſunt multa ſub eadē ſpē: ⁊ ipſa ablata nō eſt niſi vnū idiuiduū i ſpē. Utrū vo mā ſit cā multiplicatōis ſola: an vt ꝯtā: alibi quęre.

ℂ Sȝ tñ fuit dubitatū de eis vtrū hēant māȝ per potētiā q̄ eſt in eis ad vbi. oīs. n. potētia exiſtit in mā. Sȝ forte vī ꝙ iſta mā hȝ eē me dium inter māȝ q̄ eſt oīno in potētia: ⁊ inter actū purū. ſ. tres dimēſiōes: in qb' nō eſt po tētia oīno: ⁊ ſic potētia hēbit gradus: ⁊ mā gradus: ⁊ p hāc potētiā idigent corpa coele ſtia motore in quo nō eſt potētia oīno.

Cōmen. 4 ℂ Mouet qōneȝ: q̄ lȝ ſit ꝯtractata: tñ mouet ſub noua for'. Qđ eſt vtrū orbes ſiue celi ipſi hēant mām: ppea qꝛ hñt poeȝ ad vbi: hęc eſt qđ. nō. n. q̄rit vtrū celū hēat mām. Sed vtrū hēat māȝ eo: qꝛ hȝ poeȝ ad vbi: vt q̄ſi ſit ſenſus: vtruȝ poa ad vbi ſit mālis. ⁊ arguit ꝙ ſic: qꝛ oīs poa eſt in mā. igiť ſi hȝ poeȝ ad vbi: hȝ māȝ. Soluit: ⁊ vt mihi vī ꝯcedit celuȝ hře māȝ: ppea qꝛ hȝ poam ad vbi: ſȝ illa mā quā hȝ celuȝ eſt alteri' rōnis: qꝛ mā celi nō eſt pura poa velut mā gnābiliū: nec i actu puro nul li poe admixto veluti ſunt dimēſiones celicę: q̄ nunq̄ fuerūt iterminatę: nec in poa ad terminū aliquē. Sȝ eſt mediū qđdā nō qdē ꝑticipatiōe extremoꝝ vt tepidū: ſȝ ꝑticipatiōe ꝯditionū māę purę ⁊ act' puri. ꝑticipat eniȝ ꝯditiōe māę reu mot': qꝛ ad illū eſt pura poa. ꝑtici pat aūt ꝯditiōe act' reu motoris: qꝛ reu illi' ſemp eſt in actu. dcm̄ ē. n. celeſtē illā māȝ eē ſubȝ ad motorē. māȝ vo ad motū. ℂ Ex ijs infert ſolōneȝ ad duos cauillos. p̄m' eſt: qꝛ ſi celum hȝ māȝ ⁊ alteri' rōnis. igiť dabunť duę pc māę. ℂ Rñdet ꝯcedēdo eē duas p̄mas mās al teri' rōnis: qꝛ mā hȝ gradus velut poa. vt. n. eſt quędaȝ poa ad eē: ⁊ qđā ad vbi: ſic eſt q̄dā mā ad vbi: q̄dā ad eē. Erūt igiť duę pc māę: ſȝ alteri' rōnis. Scđs cauillus eſt: qꝛ ſi in celo eſt mā ad vbi ꝑt qeſcere. poa. n. eſt vna ꝯtrioꝝ. ℂ Rñdet ⁊ ꝯcedit māȝ celi eē mot' ⁊ quietis. ſignū aūt eſt: qꝛ pp hāc poam idiguit celū motore: q oī a poa ſit liberat' tā ad eſſe q̄ȝ ad vbi. De hac qōne ⁊ alijs eſt diſputatū ſupiorib' libris.

Aue Joan. Gadauen. ℂ Joānes vo p celū eſſe mediū vī velle celū eē ligamētū ęternoꝝ ⁊ gnābiliuȝ. Et dcipiť: qꝛ lȝ corp' celeſte ſit mediū p h̄: qꝛ ligat ęter na cū corruptibilib': nō intelligit ſic Auer. in hoc loco.

Error Joan. ℂ Sed mediū itelligit quādā māȝ: quę hȝ rōnē māę ⁊ act' ſm̄ diuerſas ꝯditiōes. nō. n. cōparat celeſte corp' ad ęterna ⁊ corruptibilia: ſed ad actū puꝝ ⁊ purā potē tiā. ⁊ ſic Joānes vī dicere verū nō ad ꝓpoſitū.

ℂ Joānes aūt dedit qōneȝ de qua plures cō ſiderantes non poterunt euadere. dixit. n. ſi mūdus eſt finitus: dȝ hře potētiā finitā. igiť eſt generabilis ⁊ corruptibilis.

Cōmen. 5. ℂ Mouet zam qōnē: q̄ lȝ alibi ſit mota ð celo ipſo: nūc mouet ð toto mūdo. Dȝ tñ eā viȝ. Qđ vo ſic cōponiť: oē qđ hȝ poam finitā eſt corruptibile. Mūdus hȝ poam finitā. igiť mūdus ē corruptibilis. Mior ꝓbať: qꝛ mū dus eſt finit' tā motu q̄ȝ dimēſiōe: ⁊ ita virtute ⁊ poa.

ℂ Et ad hoc dicēdū eſt ꝙ generatio ⁊ corru ptio ⁊ oīs motus eſt a virtute: quae eſt habi tus: ⁊ oē qđ caret cauſis mot': neceſſe eſt ha bere quietem: quae eſt eius priuatio.

ℂ Rñdet ad qōnē: ⁊ nō multū curat formā qōnis. ſup ponit igiť p̄ ꝙ gnō ⁊ mot' ſint a cā poſitiua: quā appel Cōmen. 6. lat hitū. qetē vo ⁊ icorruptibilitatē vult eē a cā p̄uatia. vbi cā. duę ſunt cāę corruptōis: mā. vȝ. ⁊ ꝯriū. igiť p̄ua tio haꝝ cāꝝ erit cā icorruptibilitatꝭ. In cāis. n. ꝯuerti bilib' ſi affirmatio eſt cā affirmationis: p̄uatio erit cā p̄uatōis: vt dī in lib. poſte. ℂ P. Duę ſunt cāę mot' p ſe: mobile p ſe: ⁊ motor p ſe. id igiť qđ non hȝ mobile p ſe: nec motorē p ſe: qeſcit per p̄uationē dictaꝝ cāꝝ.

ℂ Et non eſt ipoīe exiſtere in corpe finito qđ caret motu: qetē infinitā: lȝ corp' ſit finituȝ. qes. n. eſt priuatio: ⁊ priuatio nō eſt potētia.

ℂ Hac ſuppōne ſtāte rñdet ad mām qōnis: ⁊ ꝯcedit in Cōmen. 7. ipſo mūdo ſiue celo eē qetē ifinitā ſiue qes ſumať pro p̄uatiōe mot' de loco in locū: ſiue pro p̄uatione corru ptōis. Mūdus. n. ſp qeſcit a motu locali: ⁊ ſemp qeſcit a gnōne. Cā aūt eſt: qꝛ qes eſt effect' p̄uatiu': ⁊ nō effe ct' poſitiu': ⁊ ppea eſt per p̄uationē cāꝝ: ⁊ nō p pñtiaȝ cāꝝ. quieſcit. n. mūdus a motu de loco in locū pp carē tiā cāꝝ mot': ⁊ quieſcit a corruptione pp carentiā ma terię ⁊ cōtrarij. Erit igiť mūdus infinito tēpore incor ruptibilis: lȝ ſit finitus mole ⁊ operatione.

ℂ Uñ dicit Ariſt. ꝙ cū ſtelle carēt cāis mot': q̄s hñt corpa coeleſtia: de necītate hñt qeteȝ infinitaȝ: q̄ eſt priuatio mot'. Et ſilr̄ dicit ꝙ terra dȝ hře qeteȝ ifinitā q̄ eſt priuatio mot': qꝛ caret agēte motū in ea ifinitū. ⁊ lō dicit ꝙ qes q̄ eſt in ea ꝯtigit necīo vt ſit fortior ꝟtute coeli q̄ mouet: qꝛ mot' ſup ipſaȝ ſit: ēt mot' ipoīis eſt in eo qđ eſt quieſcēs cū caret cau ſis motus: ⁊ hoc manifeſtū eſt per ſe.

ℂ Probat dictā ſolōnē p aucteȝ Ari. p̄ de ſtellis. Ait. n. Cōmen. 8. Ariſt. z° celi. ſtellas nō moueri p ſe in celo vt piſces in mari: ſȝ ad motū orbiū: ⁊ ꝓpterea ſtellę cuicꝫ ineſt qes infinita a motu p ſe: ⁊ hoc qꝛ talis quies ineſt pp p̄ua tionē cāꝝ mot': ⁊ nō pp cās affirmatiuas. Scđa aucto ritas eſt de terra q̄ tpe ifinito qeſcit: pp duas rōnes. p̄ qꝛ caruit agēte motū in illa. z° qꝛ celū ferť circa eā. mō oē qđ mouet idiget qeſcēte. Et addit obiter ꝙ hac ra tiōe dixit Ari. in lib. de cā motuū aīalium ꝙ qes terrę eſt fortior poa celi: aut ſalteȝ ęquefortis: qꝛ oēs dij oēs deę nō poſſent mouere totā terrā. ea. n. virt' quę moue ret terrā eſſet fortior vi celi. p̄ qꝛ faceret celuȝ qeſcere. ⁊ z° qꝛ faceret motū terrę. Uirt' aūt celi ſolum mouet celuȝ. Sic igiť terra ifinito tpe qeſcit. Tū qꝛ caret mo tore ⁊ cauſis mot'. Tuȝ qꝛ celū ferť necīo circa ipſaȝ. ℂ Debes ſcire ꝙ Alexā. aphrodiſius credidit qđlibet elm̄tū eē aiatū vt ſibi iponit Auer. p̄ ð aia. cō. 88. ppea qdā opinati ſunt terrā qeſcere ꝓpter ꝟtutē aīę: quę eſt ei' forma. Auerroes vo ꝯ hos dat itelligere terrā quie ſcere nō pp ꝟtutē aīę: ſȝ ꝓpter p̄uationē cāꝝ facientiuȝ motuȝ: qꝛ demſ̄at nullum elm̄tum poſſe eſſe aiatum in pluribus locis. Ex ijs pȝ dicta ſolutio ad materiam ⁊ qualiter eſt peripathetica.

C In coelo igiť eſt priuatio īfinita: lꝫ ſit finitum: quuꝫ quies ſit priuatio: nō virtus: ſicut eſtimauerunt qui dixerunt ꝙ quies eſt in eo per virtutem. Immo neceſſario eſt per priuationem virtutis.

Cōmen. 9. C Rſumit ſolonē ⁊ cōcedit mūduꝫ eē finitū: ⁊ hr̄e ꝑuationē corruptōis infinitā: ⁊ h̄ qꝛ ques a corruptione eſt ꝑuatio nō v̄tus: ſicut eſtimauerūt qui dixerūt ꝙ ques a corruptiōe eſt in ipſo cęlo per v̄tutē. Auicēna.n. ⁊ Philoponꝰ crediderūt corpꝰ cęleſte eē corruptibile: ſꝫ ęternitatē hr̄e a motore ſeparato. Et ꝓpterea addit ꝙ talis ques eſt ꝓpter ꝑuationē virtutis.i. potētię mãę. cęlum igiť eſt ęternū: qꝛ caret cāis corruptōis. vꝫ mã ⁊ ꝯrio. Tūc pōt dici ad foram ꝯcedēdo maiorē ⁊ negādo miorē: qꝛ mūdus nec hꝫ poam finitā nec īfinitā: cū careat oī poa penitus. Ad ꝓbationē ꝯcedo ꝙ mūdus eſt opatiōe ⁊ mole finitꝰ: nō tñ ſequiť vt ſit potētia finitus. oīs.n. potētia eſt rōne mãę. mō cęluꝫ eſt abiunctū ab oī proſus mã. Et ſic pꝫ ſol. ad materiā ⁊ ad formam.

C Et ideo videmus loquētes in hac queſtione querere vtrū ꝑmaneat per ſe aut ꝑ diſpōnem additam illi. Et eſt ꝑmanentiū per ſe qꝛ permanentia eſt priuatio motus: ⁊ priuatio nō accidit ei: niſi quia caret agente motū. Et ſcias ꝙ hec queſtio eſt valde bona: ⁊ ſi cōſumatus eſt libellus de ſuba orbis.

Cōmē. 10. C Obycit dictę ſoloni: qꝛ mundus eſt ęternꝰ: vt totiens ꝓbatū eſt: ꝓpterea quęrūt vtrū ſit ęternus ꝑ ſe vel per diſpōnē additā illi. Rñdet ꝙ cęlū nō eſt ęternū ꝑ diſpōnem additā ipſi: vtpote per virtutē ſepatā: vt dixit Aui. ⁊ Ioā. grāmaticꝰ. ſed eſt ęternū per ſe: qꝛ ꝓpter carentiā cāꝝ motꝰ gnōnis. addit qōnē hāc eē vtileꝫ: ⁊ ꝓpterea vult eē vlteriꝰ ꝯſiderādaꝫ. Signū qꝛ alibi mouit ⁊ ſoluit: vt 12° meta. cō. 41. ⁊ 2° cęli. cō. 71. ⁊ alibi. C Debes ſcire ꝙ duplex pōt aliqd intelligi eē ęternū: aut ꝑ additionē: vt qñ aliqđ eſſet ſua nã corruptibile: ſed ab alio ꝓſeruareť: vt Plato ⁊ Philoponꝰ ⁊ Auic. dixerūt de cęlo. voluerūt.n. cęluꝫ eē ſua nã corruptibile: ſꝫ nãciſci ęternitatē a motore ſepato. Alio mō aliqd dī ęternuꝫ ꝑ ſe: h̄ eſt nō ꝑ additionē cāꝝ: ſꝫ ꝑuatiōe cāꝝ corruptiuaꝝ. ⁊ h̄ pacto Ari. ⁊ Auer. arbitranť cęlū eē ęternuꝫ. C Sꝫ occurres: qꝛ per Auer. cęlū caret cāis corruptōis. igiť pōt hr̄e: oīs.n. ꝑuatio eſt in ſubto apto nato. Dubitatio Solutio. C Dici pōt ꝙ ꝑuatio eſt ſm genꝰ ⁊ ſm ſpēꝫ. ſꝫ genus qdē talpa ꝑuať viſu: qꝛ pōt hr̄e ſalteꝫ ſub rōne aialis. ſꝫ ſpēꝫ catulus ꝑuať ipo viſu: qꝛ pōt hr̄e inq̄ꝫtū canis. dico igiť ꝙ cęlū eſt ęternū ꝑ ꝑuationē cāꝝ: q̄ ſibi cōpetit per rōnē gñis: ⁊ ita pōt corrūpi ꝑ rōnē gñis. Uel tutius dicerē Auer. ꝑ ꝑuationē itellexiſſe negationē cāꝝ: ⁊ hoc pacto dꝫ intelligi. Hęc ſunt quę mihi vñr đ iſto lib. Auer. C Animaduerte ꝙ Paduę ꝓſcis diebꝰ alias ędītiōes fecimꝰ. Sed qꝛ in iuuētute ſunt compoſitę in qbꝰ multa iuueniliter diximꝰ: quę nūc nō diceremus: dubitātes ne aliqs maliuolus illas ęderet: has ꝓdidimus: ⁊ has volumꝰ eſſe nr̄as: quas nō publicaremꝰ: niſi alij maledici ꝓueniſſent. Nam hac etate nō multuꝫ in Auerrois dictis inſiſtimus: occupati altioribus.

C Finis.

C Completū Sueſſe. MCCCCCXVII. Augu. 22°.

C Venetijs impenſa heredum nobilis
viri quōdā dñi Octauiani Scoti
Modoetiēſis ac Socioꝝ.
Anno dñi. 1519. die
25. Octobris.

## Regiſtrum

A B C D E Omnes ſunt Quaterni.